

I

Satrapa dicitur eunuchus regis a deo prinsatu.

Satrapa dicitur dimidiantis

Trapezeta dicitur nummularius qui pecuniam numerat super mensa

Enigma est obscura sententia per occulta similitudine rerum ut mater me genuit eadem mox ex me gignitur / per eam progenies oritur nunc in alvo


Paradigma est enarratio exempli hortantis aut deterrentis / ut Helias homo erat similis nobis passibilis et oratione oravit ut non plueret super terram et non pluit / Deterrentis a civitate ... Loth ... qui fuit in tecto / ...

543

Ista continet originalia | magistri petri de Sunnolis | I

Habemus dominum excelsum vere a deo ...

Sermones varii, iuxta Indicem.



Omelie beati Bernardi super ewangelium Missus est

Scribere me aliquid et devocio iubet et prohibet occupacio. Verumtamen quia prepediente corporis molestia fratrum ad presens sequi non valeo conventum, id tantillum ocii quod michi in somno fraudans in noctibus intercipere sinor, non sinam ociosum pertransire. Libet ergo temptare id potissimum aggredi quod sepe animum pulsavit, loqui videlicet aliquid in laudibus virginis matris super hanc lectionem ewangelicam in qua Luca referente dominice annunciacionis continetur historia. Ad quod sane opus faciendum et si nulla fratrum quorum me profectibus desudare necessitas urgeat vel utilitas moneat, dum tamen ex hoc non impediar quominus ad queque ipsorum necessaria inveniar paratus, non arbitror eos debere gravari si proprie satisfaciam devocioni. De omelia prima

Missus est angelus Gabriel a deo in civitatem Galilee cui nomen Nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomen Joseph de domo David et nomen virginis Maria. Quid sibi voluit ewangelista tot propria nomina rerum in hoc loco tam signanter exprimere? Credo quod noluit nos negligenter audire quod ipse tam diligenter studuit enarrare. Nominat siquidem nuncium qui mittitur, dominum a quo mittitur, virginem ad quam mittitur, sponsum quoque virginis, amborum genus, civitatem ac regionem propriis designat nominibus. Ut quid hec? Putas ne aliquid horum supervacue sit positum? Nequaquam. Si enim nec folium de arbore sine causa, nec unus de passeribus sine patre celesti cadit super terram, puto ego de ore sancti ewangeliste superfluum defluere verbum, presertim in sacra historia? Non puto. Plena sunt quippe superius omnia dicta misteriis ac celesti singula dulcedine redundancia, si tamen diligentem habeant inspectorem, et qui noverit sugere mel de petra oleumque de saxo durissimo. Nempe in ea die stillaverunt montes dulcedinem et colles fluxerunt lac et mel, quando rorantibus celis desuper et nubibus pluentibus iustum aperta est terra germinans salvatorem; quando dante domino benignitatem et terra nostra reddidit fructum suum, super illum montem montium coagulatum et pinguem misericordia et veritas obviaverunt sibi, iusticia et pax osculate sunt. Eo quoque tempore unus iste non ceterorum minimus mons, beatus videlicet ewangelista, dum desiderabile nobis nostre salutis exordium suo mellifluo commendavit eloquio, veluti perflante austro atque euro sole irradiante iusticie, quedam procul spiritualia effuderunt aromata. Utinam et nunc deus emittet verbum suum et liquefaciet ea nobis; flet spiritus eius et fiant nobis intelligibilia verba ewangelica, fiant in cordibus nostris desiderabilia super aurum et lapidem preciosum multum, fiant et dulciora super mel et favum. Ait itaque: Missus est angelus Gabriel a deo. Non arbitror hunc angelum unum de minoribus esse qui qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legacione. Quod ex eius nomine palam intelligi datur, quod interpretatum fortitudo dei dicitur. Et quia non ab alio aliquo excellenciori se sed

assolet spiritu sancto ab ipso deo missus perhibetur / propter hoc positum est a deo / vel ideo dictum est a deo ne cui beatorum spirituum antequam virgini revelasse putetur consilium / excepto dumtaxat archangelo gabriele / qui utique tante inter suos potuit inveniri excellentie / ut tali etiam nomine dignus haberetur et nuncio / Nec discordat nomen a nuncio / dei quippe virtutem christum quem melius nunciare decebat quam hunc quem simile nomen honorat / Nam quid est aliud fortitudo quam virtus / non autem dedecus aut incongruum videatur dominum et nuncium communi censeri vocabulo / Cum similis in utroque appellacionis non sit utriusque similis causa / Aliter quippe christus fortitudo vel virtus dicitur / aliter angelus. Angelus enim nuncupative tantum / christus autem etiam substantive / christus virtus dei et est qui fortiori armato qui suum atrium in pace custodire solebat / fortior superveniens ipsum sub brachio debellavit / et sic ei vasa captivitatis potenter eripuit / Angelus vero dei fortitudo appellatus est vel quia huiusmodi meruit prerogativam officii quo eiusdem nunciaret adventum virtutis / vel quia virginem naturaliter pavidam simplicem verecundam de miraculi novitate ne expavesceret confortare debebat quod et fecit / Ne timeas inquit maria / invenisti enim graciam apud deum etc. et ipsius sponsum virum utique magis humilem ac timoratum non incongrue forsitan idem angelus confortasse creditur quamquam ipse ab ewangelista non nominetur / Inquiens Ioseph fili david ne timeas mariam

quo xpus dicitur fortitudo et quo angelus

ioseph

accipe coniugem tuam / Convenienter itaque Gabriel ad hoc opus eligitur / immo quia illi tale negotium iniungitur ratione tali nomine designatur / Missus est ergo gabriel a deo / angelus quo in civitatem Galilee cui nomen nazareth / Videamus si ut ait nathanael a nazaret potest aliquid boni esse / Nazaret interpretatur flos / Videtur autem michi in quoddam semen fuisse divine cognitionis tamquam celo iactatum in terris scilicet locuciones et promissiones celitus facte ad patres abraham scilicet ysaac et iacob de quo semine scriptum est / nisi deus sabaoth reliquisset nobis semen sicut sodoma fuissemus et sicut gomorra essemus / Floruit autem hoc semen in mirabilibus que ostensa sunt in exitu israel de egypto in figuris et in enigmatibus per totum iter in deserto usque in terram promissionis / et deinceps in visionibus et vaticiniis prophetarum / In ordinatione quoque regni et sacerdotii usque ad christum / Christus autem huius seminis et horum florum fructus non immerito esse intelligitur dicente david / Deus dabit benignitatem et terra nostra dabit fructum suum Et iterum de fructu ventris tui ponam super sedem tuam / In nazaret autem nunciatur christus nasciturus / quia in flore speratur fructus processurus / sed prodeunte fructu flos decidit / quia veritate apparente in carne figura pertransiit / Unde et nazaret civitas galilee dicitur id est transmigrationis quia nascente illo omnia transierunt que supra memini / que ut ait apostolus / omnia in figura contingebant eis / Flores ergo flores et nos qui fructum tenemus pertransisse videmus et dum adhuc florerent etiam transituros providebant / Unde david ait mane sicut

herba transeat, mane transeat et flore-
at / vespere decidat et induret et are-
scat / Vespere id est quando venit plenitudo
temporis in quo misit deus unigenitum
suum factum ex muliere. Factum sub
lege dicente christo ipse / Ecce nova facio
omnia. vetera transierunt et defecerunt
quo in novitate succrescentis fructus
decidit fructus et arescit / Unde vere
scriptum est. fenum aruit et flos decidit /
verbum autem domini nostri manet in eternum /
Credo non ambigitis / quod verbum
fructus sit / verbum autem christus est / Bo-
nus igitur fructus qui manet in eter-
num / Sed ubi est fenum quod
aruit / ubi flos qui decidit propheta
videat / Omnis caro fenum et omnis
gloria eius tamquam flos feni / Si omnis
caro fenum / Ergo carnalis ille populus
iudeorum fenum fuit / Ante ibi fenum
aruit dum ille populus ab omni spiritus pin-
guedine vacuus sole littere adhesit /
Ante ibi etiam flos decidit quando gloria
quam habebat in lege non remansit / Si
flos non decidit, ubi regnum, ubi sacerdo-
tium, ubi prophete, ubi templum, ubi
denique magnalia illa de quibus
gloriari solebat et dicere / Quanta
audivimus et cognovimus ea et patres
nostri narraverunt nobis / Et item quanta
mandavit patribus nostris nota ea facere
filiis suis / Et hec dicta sunt pro eo quod
est posita fuit in nazareth civitate ga-
lilee / In illam ergo civitatem missus
est angelus gabriel a deo ad quid
ad virginem desponsatam viro cui
nomen Joseph / Que est ista virgo vene-
rabilis ut salutetur ab angelo, tam
humilis ut desponsata sit fabro / pul-
chra permixtio virginitatis et humilitatis / nec
mediocriter placet illa deo anima in qua
et humilitas commendat virginitatem et vir-
ginitas exornat humilitatem / Sed quam
putas veneratione digna est in qua
exaltat humilitatem fecunditas. partus
consecrat virginitatem / Audis virginem

audis humilem. Si non potes virgi-
nitatem humiliter imitari hu-
militatem virginis. laudabilis virgo
virginitas / sed magis humilitas
necessaria est. Ista consulitur / ista precipitur
ad illam invitaris. ad istam cogeris /
De ista dicitur qui potest capere capiat /
de ista dicitur nisi quis efficiatur ut parvu-
lus iste non intrabit regnum celo-
rum / Illa remuneratur / ista exi-
gitur / Potes quidem denique sine virgi-
nitate salvari / sine humilitate autem Sine humilitate nullus salvatur.
non potes / Potest enim placere humi-
litas que virginitatem deplorat
amissam / Sine humilitate autem
audeo dicere, nec marie virginitas
placuisset / Super quem requiescit spi-
ritus meus nisi super quietum
et humilem / Super humilem dixit
non super virginem / Si igitur maria
humilis non esset / super eam spiritus sanctus super
eam non requievisset / Si super
eam non requievisset nec impregnasset /
Quomodo enim de ipso sine ipso con-
ciperet / Patet itaque quia ut de spiritu
sancto conciperet fecit humilitas / Sicut
ipsa perhibet / quia respexit humi-
litatem ancille sue. potius quam
virginitatem / Et si placuit ex virgi-
nitate / tamen ex humilitate con-
cepit / Unde constat, quod etiam ut
placeret virginitas humilitas procul
dubio fecit / Quid dicis virgo
superba. maria virginem se oblita
gloriabatur de humilitate / et
tu negligendo humilitatem
blandiris tibi de virginitate / Re-
spexit ait inquit deus humilitatem
ancille sue que tamen virgo utique sancta
virgo sobria / virgo devota / et hu-
milis / numquid tu castior ista. num-
quid devotior / aut numquid tua pu-
dicitia gratior castitate marie /
ut denique tu sola sine humilitate
sufficias ex tua quod illa non
potuit ex sua / Denique quanto

nobilior es quod singulari munere casti
monie | tanto tibi maiorem dehonestacionem
facis | quod eius ipse decorem fedas
commixtione superbie | Alioquin expe
dit tibi virginem non esse quam de
virginitate insolescere | Non omnium quidem est
virginitas multo tamen paucorum est
cum virginitate humilitas | Si ergo
virginitatem in maria non potes
stude humilitatem imitari et sufficit
tibi | Si autem si virgo es et humilis es
magnus es | Est tamen mirum ad
quod in te non est sed in maria
scilicet cum virginitate fecunditas | A
seculo non est auditum | quod aliqua simul
esset mater et virgo | O si et cuius
mater est attende quo te tua super
eius celsitudine ducat admiracio |
Nonne ad hoc ut te videas nec
satis posse admirari non tuo ymo
veritatis iudicio illa que deum
habuit filium super omnes
choros exaltabitur angelorum |
An non deum et dominum angelorum |
Maria audacter appellavit filium
dicens | Fili quid fecisti nobis
sic quis hoc audeat angelorum | Suf
ficit eis | et pro magno habent
quod cum sint spiritus ex condicione
ex gracia facti et vocati sunt an
geli testante david | Qui facis
angelos tuos et ministros tuos | Ma
ria vero matrem se cognoscens ma
iestatem illam cui illi cum reveren
cia serviunt cum fiducia suum nun
cupat filium | Nec dedignatur deus
nuncupari quod esse dignatus |
Nam paulo post subdit ewangelista
et erat inquit subditus illis | quis
quibus deus hominibus deus
inquam cui angeli subditi sunt |
cui principatus et potestates obediunt
subditus erat | Marie non tantum
Marie sed etiam Joseph propter
mariam | Mirare ergo utrumlibet

Et elige quid amplius mireris
sive filii benignissimam sive matris
excellentissimam dignitatem utrimque
stupor utrumque miraculum | Et
quod femine deus obtemperet humilitas
absque exemplo | Et quod deo femina principetur
sublimitas sine socio | In
laudibus virginum singulariter canitur quod
sequuntur agnum quocumque ierit | Qui
bus ergo laudibus iudicas dignam
que etiam sit disce homo obedire
disce terra subdi | disce pulvis obtempera
re | De auctore tuo loquens ewangelista
Et erat inquit subditus illis | haut
dubium quin marie et Joseph Eru
besce superbe cinis | deus se humiliat
et tu te exaltas | deus se omnibus
subdit | et tu dominari gestiens hominibus
tuo te preponis auctori | utinam in
aliquando aliquid tale cogitanti deus
unde dignetur quod et suo inquit incre
pando apostolo | vade inquit post me
sathanas quia non sapis ea que
dei sunt quociens hominibus preesse de
sidero totiens deum meum preire conten
do | et tunc vere non sapio que dei
sunt | De ipso namque dictum est Et
erat subditus illis | Si homo o homo
dedignaris imitari exemplum | Certe non
erit tibi indignum saltem sequi auc
torem tuum | Sed si non potes forsitan
sequi quocumque ierit | dignare vel
sequi quo pro te condescendit | Hoc est si non
potes sublime incedere semitam virginitatis
sequere vel deum per tutissimam viam
humilitatis | A cuius rectitudine si qui de
virginibus etiam declinaverint | ut verum fa
tear nec ipsi sequuntur agnum quocumque
ierit | Sequitur agnum coinquinatus humilis
humilis sequitur virgo superbus sed neuter
quocumque ierit | quia nec ille ascendere
potest ad mundiciam agni qui sine ma
cula est | Nec iste ad eum mansuetum de
scendere dignatur | qui scilicet non coram tondente
sed etiam occidente se obmutuit | Actum

saluberrima elegit sequendo partem
in humilitate potius quam in virginitate
superbus. Cum et illius immundiciam
sua humilis satisfactio purgat et
huius pudiciciam superbia contaminat. Sed
felix Maria cui nec humilitas defuit
nec virginitas. Cui singularis est virginitas
quam non temerat sed honoravit fe-
cunditas. Et nichilominus specialis humilitas
quam non abstulit sed extulit fe-
cunda virginitas. Et incomparabilis prorsus
fecunditas quam virginitas simul
comitatur et humilitas. Quid horum non
mirabile, quid incomparabile, quid
non singulare. Mirum vero si non he-
sitas in eorum ponderacione quicquid
tua iudicas dignius admiracione, utrum
videlicet et potius stupenda sit fecunditas
in virgine an in matre integritas, an sub-
limitas in prole an cum tanta sub-
limitate humilitas. Nisi quod indubi-
tanter horum singulis preferenda sunt
simul cuncta et incomparabiliter excel-
lencius atque felicius omnia recepisse
quam aliqua. Et quid mirum si deus
qui mirabilis legitur et cernitur in sanctis
suis mirabiliorem se exhibuit in matre
sua. Veneramini ergo coniuges in car-
ne corrupta carnis integritatem. Admira-
mini et vos sacre virgines in virgine
fecunditatem. Imitamini omnes homines dei
matris humilitatem. Honorate sancti angeli
vestri regis matrem qui nostre adoratis
virginis prolem, ipsum utique nostrum ac ve-
strum regem, nostri reparatorem generis, vestre
civitatis restauratorem. Cuius apud vos
tam sublimis, inter nos tam humilis,
a vobis pariter et a nobis devocio et digni
debita reverencia et dignacioni honor
in secula seculorum amen.

Novum quidem canticum quod so-
lis dabitur in regno dei cantare
virginibus, ipsam virginum reginam
cum ceteris ymmo primam inter ceteras
esse cantaturam nemo qui ambigat.
est

Puto autem illam preter istud quod solis
licet cum omnibus canticum virgini-
bus ei ut dixi commune erat dulciori
quodam atque elegantiori carmine
letificaturam esse civitatem dei. Cuius
utique dulces sonos de virgine vel expri-
mere modulos ne ipsarum quidem
virginum ulla digna inveniretur,
quia soli matri decantandum servaba-
tur, que sola de partu divino gloriatur.
Gloriatur quidem de partu, non in se
sed in ipso quem peperit. Deus siquidem
~~deum~~ quem peperit matrem suam
singulari in celestibus donaturus gloria
singulari in terris prevenire curavit
et gracia, qua videlicet ineffabiliter et in-
tacta conciperet et pareret incorrupta.
Porro deum [illegible] decebat nativitas
qua non nisi de virgine nasceretur. Talis
et congruebat virgini partus ut
non pareret nisi deum. Proinde factor
hominum ut homo fieret, nasciturus de ho-
mine, talem sibi ex omnibus debuit
eligere, ymmo condere matrem, qualem
et se decere sciebat et sibi noverat
placituram. Voluit itaque esse virginem
de qua immaculata immaculatus
procederet, omnium maculas purgaturus.
Voluit esse et humilem, de qua
et humilis et mitis corde prodiret,
harum in se virtutum necessarium omnibus
saluberrimumque exemplum ostensurus. Dedit
ergo virgini partum qui ei iam ante
et virginitatis inspiraverat votum,
humilitatis prerogaverat meritum. Alio-
quin quomodo angelus eam in sequentibus
gracia plenam pronunciat, si quidpiam
vel parvum boni quod ex gracia esset
non haberet. Ut igitur que sanctum
sanctorum conceptura erat pariter et paritu-
ra, sancta esset corpore, accepit donum
virginitatis; ut esset et mente, humili-
tatem accepit. His nimirum virgo
regia gemmis ornata virtutum
geminoque mentis pariter et corporis

Omelia 2a

decora conspicua specie sua et pul
critudine sua in celestibus cogita
cionibus cuius in se provocavit aspec-
tus / ita ut regis animum in suum
concupiscenciam inclinaret et cele-
stem nuncium ad se de supernis
educeret / Et hoc est quod nobis evangelista
commendat cum angelum perhibet a
deo destinatum ad virginem / A deo
inquit ad virginem id est a celso ad
humilem a domino ad ancillam
a creatore ad creaturam / Quanta
dignatio dei quanta virginis ex-
cellencia / Currite matres currite
filie currite omnes post evam que parturi-
tur cum tristicia et parturitis / adi-
te virgineum talamum / Ingredi-
mini si potestis pudicum sororis vestre
cubiculum / Ecce enim deus mittit
ad virginem / Ecce affatur angelus
mariam / apponentes autem aurem
parieti auscultate quid nunciet
si forte audiatis / Unde consolemini
letare pater adam / sed magis
tu o eva mater exulta / quia sicut
omnium parentes ita fuistis omnium
peremptores / et quod est infelicius
prius peremptores quam parentes /
Ambo consolamini super filia et
tali filia / sed illa amplius de
qua malum ortum est prius / cuius
obprobrium in omnes pertransit
mulieres / Instat namque tempus quo
iam tollatur obprobrium nec habeat
ubi quid causetur adversus feminam /
qui utique dum se imprudenter excu-
saret ~~crudeliter~~ accusare crude-
liter illam accusare non cunctatus
est dicens / Mulier quam dedisti michi
dedit michi / propterea curre eva
ad mariam / curre mater ad filiam
filia pro matre respondeat / ipsa
matris obprobrium auferat / ipsa patri
pro matre satisfaciat / quia ecce si
vir cecidit per feminam iam non
erigitur nisi per feminam / Quid dice-
bas o adam / Mulier quam dedisti

michi dedit michi de ligno vetito
et comedi / Ista malicie sunt verba quibus
magis augeas culpam quam deleas /
verumtamen sapiencia vincit maliciam
cum occasionem venie quam a te
deus interrogando temptavit elicere sed
non potuit in thezauro indeficientis
sue pietatis invenit / Redditur namque
femina pro femina prudens pro fatua
humilis pro superba / que pro ligno
mortis gustum tibi porrigat vite
pro venenoso cibo illo amaritudinis
dulcedinem pariat fructus eterni
Muta igitur iniquae excusationis
verba in vocem graciarum actionis / et dic
Domine mulier quam dedisti michi dedit michi
de ligno / et comedi / et dulce factum
est super mel ori meo / quia in ipso vivi-
ficasti me / Ecce enim ad hoc missus
est angelus ad virginem / O admiranda
et omni honore dignissimam virginem
o feminam singulariter venerandam super
omnes feminas admirabilem parentum
reparatricem / posterorum vivificatricem /
Missus est inquit angelus ad virgi-
nem virginem professione virginem /
denique qualem describit apostolus men-
te et corpore sanctam nec novam nec fortuitu
inventam / sed a seculo electam ab
altissimo precognitam et sibi preparatam
et ab angelis servatam / a patribus
presignatam / a prophetis promissam /
Scrutare scripturas que dico proba ne
ut et ego ex hiis testimonia inseram /
ut pauca loquar de pluribus quam
aliam tibi deus predixisse videtur quam cum ad
serpentem ait / inimicicias ponam inter
te et mulierem / Et si adhuc dubitas
quod de maria hoc dixit / audi quod sequitur
Ipsa conteret caput tuum / Cui hec servata
ta est victoria nisi marie / Ipsa procul
dubio caput contrivit venenatum /
que omnimodam maligni suggestionem
tam de carnis illecebra quam de mentis
superbia deduxit ad nichilum / Quam
vero aliam salomon requirebat cum
diceret, Mulierem fortem quis inveniet

Mulierem fortem

Noverat quippe vir sapiens huius
sexus infirmitatem, fragile corpus et
lubricam mentem. Quia tamen et deum
legerat promisisse, et ita videbat
congruere, ut qui vicerat per feminam
vinceretur per ipsam, vehementer admirando
alebat aiebat: Mulierem fortem quis
inveniet? Quod est dicere: Si ita de ma-
nu femine pendet omnium nostra salus et in-
nocentie restauratio et de hoste victoria,
fortis omnino necesse est ut provideatur que
ad tantum opus possit esse idonea. Sed
mulierem fortem quis inveniet? Ac ne
hoc quesisse putetur desperando, subdit
prophetando: Procul et de ultimis
finibus pretium eius. Et hoc est non vile,
non parvum, non mediocre, non denique
de terra, sed de celo proximo terris pretium
huius fortis mulieris, sed a summo celo
egressio eius. Quid deinde rubus
ille Moysaicus portendebat flammas
quidem emittens, sed non ardens, nisi
Mariam parientem dolorem non sen-
tientem? Quid rogo virga Aaron
florida nec humectata, nisi ipsam conci-
pientem, quamvis virum non cognoscentem?
Huius magis mirabilis maius misterium
Ysaias edisserit dicens: Egredietur
virga de radice Iesse et flos de radice
eius ascendet. Virgam virginem, florem
virginis partum intelligens. Quod si cui quidem
nunc in flore Christus intelligi superiori videtur
adversari, sine qua non virgo florem
sed floris fructum designari dice-
bat, noverit in eadem Aaronica virga
que non solum floruit sed et frondes edidit
et fructum emisit, non solum flore
vel fructu sed ipsius etiam frondibus
Christum significari. Noverit et apud Moysen
nec fructu virge nec flore sed ipsa virga
demonstrari. Illa utique virga qua fe-
riente aqua vel dividitur ut transeatur
vel de petra educitur ut bibatur. Nullum
enim inconveniens est diversis rebus diversis
ex causis Christum figurari. Et in virga
quidem potentia, in flore odoris fragrantia,
in fructu autem saporis dulcedinem, in
frondibus quoque sedulam eius intellige
protectionem, qua parvulos ad
se confugientes sub umbra alarum
suarum protegere non desinit, sive
ab estu carnalium desideriorum sive
a facie impiorum qui eos affligunt.
Bona et desiderabilis umbra sub
alis Ihesu, ubi tutum est fugientibus
refugium, fessis refrigerium. Miserere
mei domine Ihesu, miserere mei, quoniam in te
confidit anima mea, et in umbra
alarum tuarum sperabo donec transeat
iniquitas. Interim tamen in Ysaie testimonio
florem filium, virgam intellige ma-
trem, quia et virga floruit absque
germine, nec virgo concepit ex homine.
Nec virginis viorem floris lesit emissio,
nec virginis pudorem sacri partus
editio. Proferamus et alia virginis matris
Dei cum filio congrua de scripturis testi- vellus Gedeonis
monia. Quid id sibi vult Gedeonis vellus
quod utique de carne tonsum sed
sine vulnere carnis et in area ponitur,
et nunc quidem lana, nunc vero area rore
perfunditur, nisi carnem assumptam de car-
ne virginis absque detrimento virginitatis?
Cui nempe distillantibus celis tota se
infudit plenitudo divinitatis, adeo et
ut ex hac plenitudine omnes acciperemus
qui gedeonico signo expressum illud
dictum prophete satis convenire videtur
ubi legitur: Descendet sicut pluvia in
vellus. Nam per hoc quod sequitur:
Et sicut stillicidia stillantia super
terram, id datur intelligi quod inventum
rore madidam aream. Pluvia
namque voluntaria quam segregavit
deus hereditati tue placide prius
absque strepitu operationis humane
suo quietissimo elapsu virginalem
dimisit in uterum. Postmodum
vero ubique terrarum diffusa est
per ora predicatorum, non iam sicut
pluvia in vellus, sed sicut stillicidia
stillantia super terram, cum quodam
utique strepitu verborum ac sonitu
miraculorum. Si quidem recordate
sunt nubes, id est que portabant pluviam

conceptum sibi fuisse cum mitteretur
Quod dico vobis in tenebris dicite
in lumine / et quod in aure auditis /
predicate super tecta quod et fecerunt /
Et enim in omnem terram exivit sonus
eorum / et in fines orbis terre verba
eorum / Audiamus et Ieremiam nova
veteribus vaticinantem / et quia pute
ingressurus non potuit venturum /
et videntis desiderabat et fideliter
promittebat / novum inquit creabit
deus super terram / femina circumdabit
virum / Que est ista femina quis
est iste vir aut si vir quomodo a femina
circumdatur / aut si a femina circumdari
potest quomodo vir / et ut apertius dicam
quomodo simul potest et vir esse et in utero
matris / Hic est enim a femina circumdari
nominis virorum qui se in infantia
pueritia adolescentiam atque iuventutem
transcurrens ad gradum usque senec-
tutis provecti pervenerunt / qui iam
adeo grandis est / quomodo ergo a femina
circumdari potest / Si dixisset femina
circumdabit infantem / vel femina cir-
cumdabit parvulum / non novum videretur nec
mirum / Sive autem quia in illo tale po-
suit / sed dixit virum / querimus
que sit hec novitas quam deus fecit
in terra / ut femina circumdaret virum /
et ubi in tam exigui corpusculi
membra sese cohibet / quid est hoc
miraculum · numquid potest hoc ut
iterum introeamus in ventrem matris iterato
introire et renasci / Atz vero me nunc
de conceptu v[ir]g[inis] ad conceptum partum que virginalem
si forte plurima nova et mira
que ibi perfecte inspicit qui diligenter
inquirit / Certa hec quam de propheta
protuli reperia novitatem / porro agno-
scitur longitudo brevis / latitudo
angusta / altitudo subdita / profunditas
plana / Ibi agnoscitur lux non
lucens / verbum infans / aqua siciens /
panis esuriens / Videas si atten-
das potentiam regi infirmari sapientiam
instrui virtutem sustentari / deum
denique latentem sed angelos
reficientem vagientem sed miseros con-
solantem / Videas si attendas tristem
leticiam pavere fiduciam salutem pati /
vitam mori / fortitudinem infirmari / Atque
quod non minus mirandum est / Ipsa ibi
sunt tristicia letificans pavor confortans
passio salvans mors vivificans infirmitas
roborans / cui iam id quoque non occurrit
quod quidem nunc non facile ibi est intel-
lectu feminam cognoscere virum circumda-
tem cum maria videas virum agglutinatum
a deo illesum suo utero complectentem /
Virum autem dixerim fuisse iesum
non solum cum iam diceretur vir propheta
potens in opere et sermone sed etiam cum
teneros adhuc infantis dei matris me-
bra blandeat fovere in gremio vel
portaret in utero / Ubi igitur erat ihesus
non dum etiam natus sed sapientia non
etate animi vigore non corporis matu-
ritate sensuum non corpulencia membro-
rum / neque enim minus habuit sapientiam vel
potius non minus fuit sapientia / conceptus
quam natus parvus quam magnus / Sive
igitur latens in utero sive vagiens in
presepio sive iam grandiusculus interrogans
doctores in templo · sive iam provecte
etatis doceret eque profecto /
plenus erat spiritu sancto / nec fuit hora
in quacumque etate sua qua de plenitudine
ia qua in sua conceptione accepit in utero
vel aliquid minueretur vel eidem aliquid
adiceretur / Sed a primo conceptus / a primo
inquam plenus fuit spiritu sapientie et in-
tellectus spiritu consilii et fortitudinis spiritu
sapientie et pietatis et spiritu timoris domini /
Nec te moveat quod tempore legis in alio
loco / Ihesus autem proficiebat sapientia
et etate et gratia apud deum et homines /
Nam quod de sapientia et gratia hic dictum
est non secundum erat / sed secundum quod [illegible] intel-
ligendum / non quia vere aliquid novum
accidit quod ante non haberet sed quod tam
[illegible] videbatur quando ipse volebat ut videretur /
Tu hoc cum proficias nec [illegible] tantum
vir proficis / sed te nescire tuus profectus
moderatur tua vita disponit / At vero
puer ihesus qui disposuit tua et ipse

disponebat et sua et quando volebat
sapiens apparebat / cum et quibus vo
lebat sapientissimus quamquam in se non
esset nisi sapientissimus / Similiter et cum sit omni
gratia plenus fuisset sive quod apud deum
quam apud homines debet gratiam habere / pro
suo tamen arbitrio eam nunc plus
nunc minus ostentabat / prout loco et tempore vel
meritis congruere vel saluti expedire
sciebat / Constat ergo quod sit Jhesus habuit
virilem animum / et si semper virum in corde
non apparuit / Cur denique dubito
virum fuisse in utero quem deum
dei fuisse non ambigo / Minus quippe
est virum esse quam deum esse / Sed
vide si non hec etiam Jeremie novitatem
ysayas lucidissime aperuit qui et
novos superius etiam Jeremias flore
exposuit / Ecce inquit virgo concipiet
et pariet filium / et habens feminam
scilicet virginem / vis et audire de viro
quis sit et vocabitur nomen eius Ema
nuel. id est nobiscum deus / Femina
itaque circumdabit virum virgo et concipi
ens deum / Vides quam pulcre et concordi
ter eorum mira facta et mistica dicta
invicem conveniunt / Vides quam stupendum sit hoc
unum de virgine et in virgine factum mira
culum quod tot miracula prevenerunt / tot mira
cula promiserunt / Unus nimirum
fuit spiritus prophetarum / licet diversis modis si
gnis et temporibus eandem rem et non dissimili
spiritu et previderunt et predixerunt / Ade
Moysi monstratum est in rubo et igne
Aaron in virga et flore / Gedeon in vel
lere et rore / Hic aperte Salomon providit in
forti muliere et eius precio / Apertius Iere
mias cecinit de femina et viro / Apertissime
ysaias declaravit de virgine et deo / Ga
briel tandem exhibuit ipsam virginem
salutando / Ipsa namque est de qua nunc
Ewangelista / Missus est inquit angelus gab
riel a deo ad virginem desponsatam Joseph
ad virginem inquit desponsatam / quare
desponsata cum esset virgo electa et ut ostensum
est virgo concepta et virgo paritura / mi
rum cur desponsata fuit non nupta

Nunquid vel hoc casu factum / quis dixit
non est casu factum quod rationabilis
causa commendat / Et valde necessaria
et digna prorsus admiracione consilii
divina dictante quin immo cum me qui
pluribus visum est / Illa utique fuit
causa desponsacionis Marie que et du
bitacionis Thome / Mos quidem erat
iudeorum ut a die desponsacionis sue
usque ad tempus nuptiarum sponsis
sponse traderentur custodiende / Quatenus
ipsi earum eo pudiciciam sibi
curiosius servarent quo fideles com
sisterent / Sicut igitur Thomas palpando
et dubitando constantissimus factus
est dominice confessor resurreccionis
Ita et Joseph per mariam sibi de
sponsando eius conversacionem in tempore custo
die studiosius comprobando factus est
pudicicie fidelissimus testis pulcra
utrius quod rei convenientia / et dubitacio
Thome et desponsacio Marie poterat
quidem fuisse nobis laquum erroris
immittere / fidei videlicet in illo castitatis in
illa veritate in suspicionem adducere
Sed valde prudenter et pie e contrario
factum est ut unde metuebatur
suspicio / inde firma fieret certitudo
Nam et de filii resurreccione citius
quidem ego qui infirmus sum crederem
Thome palpanti et dubitanti quam
Cephe audienti et credenti Et de ma
tris continencia facilius sponso eius
custodienti quam ipsa quoque virgini
de sola conscientia sua se defendenti
Dic queso quis eam videns de
sponsatam et gravidam non potius
debet mentem quam virginem / Non
autem hoc decebat dici de matre dei
Tollerabilius atque honestius fuit
putari ad tempus Christum de coniugio fu
isse natum quam de fornicatione / Sed
non poterat inquis deus aliquod
apertum signum ostendere quo videlicet fieret
ut eius nec ortus infamaretur nec mater
criminaretur / poterat utique sed poterat
non latere demones / quod sciret homines

Oportebat autem a principio mundi aliquamdiu celari divini consilii sacramentum, non quod deus si palam opus suum facere vellet impediri ab illo metueret, sed quia ipse qui non solum potenter sed etiam sapienter omnia quecumque voluit fecit / sic in omnibus operibus suis quasdam rerum vel temporum congruencias propter ordinis pulchritudinem suae conservavit / Ita in hoc quoque tam opere magnifico suo nostre videlicet reparacionis / non tamen potenciam sed sapienciam suam ostendere voluit / Et quamvis illud aliter quo vellet modo perficere potuisset / placuit ei tamen eo potius et modo et ordine hominem reconciliare quo noverat cecidisse / ut sicut prius dyabolus feminam seduxit / et postmodum virum per feminam vicit / Ita prius a femina virgine seductus / et postea a viro Christo aperte debellaretur / quatenus ingeniose fraudi dolo artis pietatis illuderet ac malignam fortitudinem Christi virtus contereret dyabolo deus et prudencior appareret et fortior / Ita quippe decuit incarnata sapiencia spiritualem vincere maliciam / que non solum attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter / Attingit autem a fine usque ad finem id est a celo usque ad infernum / Si ascendero inquit David usque in celum tu illic es / Si descendero ad infernum ades / Ubique ergo fortiter / quando et desuper expulit superbum / et apud inferos spoliavit avarum / Conveniens ergo erat ut suaviter omnia celestia scilicet et terrena disponeret / quatenus et illic deiecto inquietatore reliquos in pace firmaret / et hic debellaturus invidum nobis sue humilitatis et mansuetudinis valde necessariam formam relinqueret / Ecce quam mirabili fuit moderamine sapiencie ut et suis suavis et hostibus fortis appareret / Quid enim prodesset dyabolum a deo vinci nobis remanentibus superbis / Necessario igitur desponsata est maria Joseph quando per hoc et a canibus sanctum absconditur et a sponso virginitas comprobatur / et virginis tam verecundie quam fame providetur / Quid sapiencius quid dignius divina providencia / uno tali consilio secretis celestibus et admittitur testis / excluditur hostis / et integra fama servatur virginis matris / Alioquin quando pepercisset iustus adultere / Scriptum est autem Joseph autem vir eius cum esset iustus et nollet eam traducere voluit occulte eam dimittere / Bene cum esset iustus noluit traducere eam / quia sicut nequaquam iustus fuisset si cognitam ei consensisset / Nichilominus vir iustus esset si probatam innocentem condempnasset / Cum ergo iustus noluit eam traducere voluit occulte dimittere eam / Quare voluit eam dimittere / Accipe in hoc non meam sed patrum sententiam / Propter hoc Joseph voluit eam dimittere / propter quod petrus dominum a se repellebat dicens / Exi a me domine quia homo peccator sum / propter quod et Centurio a domo sua eum prohibebat cum diceret Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum / Ita ergo et Joseph indignum et peccatorem se reputans dicebat intra se a tali et tanta non debere sibi ultra familiare prebere contubernium / cuius supra se expavescebat mirabilem dignitatem videbat et horrebat certissimum divine presencie insigne / Et quia misterium penetrare non poterat volebat dimittere eam / Expavit petrus magnitudinem potencie / expavit centurio presencie maiestatem / Expavit nimirum et Joseph sicut homo tanti miraculi novitatem misterii profunditatem / Et ideo voluit occulte dimittere eam / Miraris quod Joseph pregnantis se consorcio virginis indignum iudicat / cum audias et sanctam Elizabeth eius non posse sustinere presenciam nisi cum timore quodam et reverencia / Ait namque Unde hoc mihi ut veniat mater domini mei ad me / Ideo itaque Joseph voluit dimittere eam / Sed quare occulte et non palam / Ne videlicet divorcii causa inquireretur

et porrigeret racionem / Quid em vesso
det vir iustus pplo dure cervicis /
populo no credenti sed contradicenti
Sed denique quod senciebat qd de illius
puritate comprobaverat nisi mercedulii
mox et crudeles iudei subsannarent
illum / et lapidarent illam / Unde
namque veritati credent tacenti in vtero
que pro ea postmodum clamate in
templo / quid facerent ne dum appare
ti cui postmodum impias manus
inicerent cum miraculis coruscanti /
Merito ergo et vir iustus ne a' meti
aut infamare coniectus innoxia occulte
voluit dimitte eam / Sunt ac no aliquis
quis senciat et Joseph se hoc totaliter
sz quia iustus erat noluisse quid
hitare cum ea propter suspicionem ne tamen
prius erat tradua' voluisse suspectam
Et ideo voluit occulte dimitte eam / Breui
ter etiam credo sic item dubitacionem in
Joseph fuisse noticiam que divino merue
rat certificari oraculo / sic quippe scriptum
est / Hec aut eo cogitante qd scilicet occulte
dimitteret eam / apparuit ei angelus
in sompnis dicens / Joseph fili David
noli timere accipe mariam coniugem tuam
Quod enim in ea natum est de spiritu sancto
est / Itaque propter istas raciones despon
sata est maria / Joseph vel potius sic
sponsata viro cui nomen Joseph
virum nominat / non quia maritus sed
quia hoc dei statutum dei erat / vel propter
quod iuxta aliud evangelistam non vir simpliciter
sed vir eius dictus est / Merito enim appel
lat' quod nemo putat / Debuit ergo
vir eius appellari qd non fuit et putari
sic et pater salvatoris non quid esse sed
dici meruit ut putaretur esse / Dicente hoc
evangelista / et Jhesus ipse erat incipiens quasi
annos xxx ut putabatur filius Joseph /
Nec vir ergo matris nec filii pater potuit
communis esse ut dictum est et nec ita dis
pensatione vtique appellatus sit ad hoc
et putatus Quomodo tamen hac appel
lacione quali dispensatoria meruit ho
norari a deo ut pater dei et dictus

et creditus sit / Quomodo et quod ipso
vocabulo ipso argumentum non dubi
tas intimari qui et qualis fuerit
iste Joseph simul et memento magni
illius quondam patriarche venditi in
egiptum / et scito ipsius istum non
solum vocabulum fuisse sortitum
sed et castimoniam et actum innocenciam
assequutum et graciam / Siquidem ille Joseph
fratrum commuidia venditus et ductus
in Egiptum est vendicionem prefigurat
Iste Joseph herodiana invidiam
fugiens christum in Egiptum portavit /
ille domino suo fidem servans domine
sue noluit commisceri / Iste dominam
suam dominam sui matrem virginem agnoscens
et ipse continens fideliter custodivit /
Illi data est intelligencia in misteriis
sompniorum / Isti datum est consciuum
fieri atque participem celestium secretorum /
Ille frumenta servavit non sibi sed
omni populo / iste panem et vivum
e celo servandum accepit tam sibi
quam omni mundo / Non est dubium quin
bonus et fidelis homo iste Joseph
fuit / cui mater est desponsata salva
toris / Fidelis inquam servus et prudens
quem constituit dominus sue matris sola
cium sue carnis nutricium / solum denique
in terris magni consilii coadiutorem
sibi fidelissimum / Huc accedit quod dicitur
fuisse de domo David ex Illegitima(?)
stirpe regia descendit vir iste no
bilis genere nobilior plac filius
David degeneris a patre suo David
prorsus inquam filius David non tamen
carne sed fide sed sanctitate sed devo
cione / Quem tamquam alterum domus
David invenit / sic cor suum cui tute
committeret secretissimum et sanctissimum
sui cordis archanum / cui tamquam
alteri David in certa et occulta sapiencie
sue manifestavit / et dedit illi non
ignarum esse misterium / quod nemo
principum huius seculi cognovit Cui
denique datum est quod multi Reges

Maria maris stella interpretatur

et propheta cum vellet videre / et non viderunt et audire et non audierunt / non solum videre et audire sed etiam portare / et deducere et amplecti et osculari nutrire et custodire / non tamen autem Joseph sed maria credenda est descendisse de domo david / alioquin non fuisset desponsata viro de domo david si ipsa non esset et ipsa de domo david / Ambo igitur erant de domo david / sed magis completa est veritas qua iuravit dominus david / altero tamen testio et teste adimplete promissionis / In fine autem huius et nomine virginis marie loquamur pauca / et super hoc nomine quod interpretatur maris stella dicitur / et matri virgini valde convenienter aptatur / Ipsa namque syderi aptissime comparatur / quia sicut sine corruptione sydus suum emittit radium / sic absque sui lesione virgo parit filium / nec sideri radius suam minuit claritatem / nec virgini filius suam integritatem / Ipsa ergo est nobilis illa stella ex iacob orta / cuius radius universum orbem illuminat / cuius splendor prefulget in supernis ad inferos penetrat / terras etiam perlustrans et calefaciens magis mentes quam corpora / fovet virtutes / excoquit vicia / Ipsa inquam est preclara et eximia stella super hoc mare magnum et spaciosum necessario sublevata micans meritis illustrans exemplis / O quisquis te intelligis in hoc seculi profluvio magis inter procellas et tempestates fluctuare quam per terram ambulare / ne avertas oculos a fulgore huius syderis si non vis obrui procellis / si insurgant venti temptationum si incurras scopulos tribulationum / respice stellam voca mariam / Si iracundia aut avaricia aut carnis illecebra naviculam concusserit mentis respice mariam / Si criminum immanitate turbatus conscientie feditate confusus / iudicii horrore perterritus baratro incipias absorberi tristicia desperationis abysso / cogita mariam in periculis in angustiis in rebus dubiis mariam cogita / mariam invoca / non recedat ab ore non recedat a corde et ut impetres orationis eius suffragium ne deseras conversationis eius exemplum / ipsam sequens non devias / ipsam rogans non desperas / ipsam cogitans non erras / ipsa tenente non corruis / ipsa protegente non metuis / ipsa duce non fatigaris / ipsa propicia non pervenis / Et in temetipso experiris quam merito dictum sit / Et nomen virginis maria / sed iam modice pensandum est ut et nos in transitu claritate tanti luminis intueamur / Ut enim verbis apostoli utar bonum est nos hic esse / et libet dulciter contemplari in silencio quod laboriosa non sufficit explicare locucio / Interim autem ex devota distillantis desiderii contemplatione fervencior reparabitur in hiis que sequuntur

¶ Omelia tertia

Libenter ubi video verba sanctorum assumo quo vel ex vasculorum pulchritudine pulchrior gratiora fiat que meis lectori apposuerim / ut autem a propheticis verbis nunc incipiam / Ve michi non quod sim propheta quia tacui / sed quia locutus sum quia vir pollutus labiis ego sum / Heu quot vana quot falsa quot turpia per hoc ipsum spurcissimum os meum eruminisse recolo / in quo nunc celestia revolvere verba presumo / Vehementer timeo ne audiam iam ad me dictum / quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum / Utinam et michi de superno altari non quidem calculo unus sed ingens globus igneus afferatur qui videlicet multa et inveterata prorsus oris mei rubiginem ad plenum excoquere sufficiat quatenus angeli ad virginem et virginis ad ipsum grata et casta invicem colloquia digne valeam meo qualicumque replicare sermone / Ait enim evangelista Et ingressus angelus ad eam / haut dubium quin ad mariam dixit / Ave

angeli astant orantibus et delectantur in eleva-
tione manuum.

gratia plena dominus tecum / Quo ingressus
ad eam. puta in secretarium pudici
cubiculi / Ubi fortassis clauso super se
hostio orabat patrem in abscondito
solent angeli astare orantibus
et delectari in hiis quos vident leva-
re puras manus in oratione / Solent
holocaustum sancte devotionis gaudere
se offerre in odorem suavitatis
Quantum autem orationes placue-
rint in conspectu altissimi angelus
altissimi indicavit / qui ingressus ad
eam tam reverenter salutavit / Nec
fuit difficile angelo per clausum
hostium penetrare abdita virginis
cui utique ex subtilitate sue substan-
tie inest in natura / ut nec ferreis
vectibus arceatur ingressus quocumque
tendit suus impetus fecerit / Angeli-
cis spiritibus parietes non obsistunt sed
cuncta illis visibilia cedunt cuncta
corpora quantumcumque solida vel
spissa penetrabilia sunt eis ac pervia /
Suspicandum igitur non est quod apertum
angelus invenerit hostium virginis cui
nimirum in proposito erat hominum fuge-
re frequentias vitare colloquia ne vel
orantis perturbaretur silencium / vel contine-
ntis castitas temptaretur / Clauserat ergo
illa hora super se sui habitaculi
prudentissima virgo sed hominibus
non angelis. Proinde et si potuit
et ad eam angelus intrare / hominibus
tamen facilis non patebat accessus
Ingressus ergo angelus ad eam
dixit Ave gratia plena dominus tecum
Legimus enim in actibus apostolorum
et Stephanum gratia et repletos
apostolos spiritu sancto fuisse dissimiliter
a maria / quoniam nec in illo habitavit
plenitudo divinitatis corporaliter quemadmo-
nec dum in maria / nec illi conceperunt de
spiritu sancto quemadmodum maria Ave inquit
gratia plena dominus tecum / quid mirum
si gratia plena erat cum qua dominus
erat / Sed hoc potius mirandum est quomodo
qui angelum miserat ad virginem cum
virgine inventus est ab angelo /

Gratia legimus S. Stephanum et apostolos in se dissimiliter
habuit gratiam spiritus sancti /

Ita ne velocior angelo deus ut
festinante nuncio celerior ipse pre-
venerit ad terras / Nec mirum Nam
cum esset rex in accubitu suo nar-
dus virginis dedit odorem suum
et ascendit in conspectu glorie eius
fumus aromatis / et invenit gratiam
coram oculis domini clamantibus qui
circumstabant / Que est ista que
ascendit per desertum sicut virgula
fumi ex aromatibus mirre et
turis / Statimque egrediens rex de
loco sancto suo exultavit ut gigas
ad currendam viam / Et licet a summo
celo egressio eius / nimio tamen per-
volans desiderio prevenit suum
nuncium deus ad virginem quam ama-
verat quam sibi elegerat cuius decorem
concupierat quem prospiciens a longe
venientem gratulabunda et exultans
ait ecclesia / Ecce venit iste saliens
in montibus / Merito autem concupivit
decorem virginis / fecerat enim quod
quod longe ante premonita fuerat a patre
suo David dicente sibi Audi fi-
lia et vide et inclina aurem tuam et
obliviscere populum tuum et domum patris
tui / Et sic hic fecit concupiscet
rex decorem tuum / Audivit quippe
et vidit non ut quidam qui audientes
non audiunt et videntes non intelli-
gunt / sed audivit et credidit / vidit
et intellexit / et inclinavit aurem
suam / scilicet ad obedientiam et cor
suum ad disciplinam / Et oblita
est populum suum et domum patris
sui / quia nec populum suum augere prole
successione nec domui patris sui
relinquere curavit heredem / Sed quicquid
honoris in populo quicquid de terrena
domo rerum habere / potuisset
omnia arbitrata est ut stercora
ut Christum lucrifaceret nec fefellit
eam intencio cum Christum sibi vendicat
filium nec propositum pudicicie
violavit / Bene ergo gratia

plena / que ad uirginitis gratiam tenuit / et in super fecunditatis gloriam acquisiuit / Ingt gratia plena dominus tecum / et non dixit mecum / sed dominus tecum / Deus enim qui ubique equaliter totus est per suam simplicem substanciam / aliter tamen in racionabilibus creaturis quam in ceteris et ipsarum aliter in bonis quam in malis per efficaciam / Ita sane est in irracionabilibus creaturis ut non tamen capiatur ab ipsis / A racionabilibus autem omnibus capi potest per cognicionem sed a bonis tamen capitur eciam per amorem / In solis ergo bonis est ita ut eciam cum ipsis sit propter concordiam uoluntatis / Nam dum suas uoluntates ita iusticie subdunt ut dominum deceat uelle quod ipsi uolunt per hoc quod ab eius uoluntate non dissenciunt dominum sibi specialiter iungunt / Sed cum ita sit in omnibus sanctis specialiter tamen cum Maria / cui tanta cum eo confessio fuit ut illius non solum uoluntate sed eciam sibi carnem coniungeret / ac de sua uirginitate substancia efficeret uel potius unus Christus fieret / qui et si nec totus de deo nec totus de uirgine / totus tamen dei et totus uirginis esset / nec duo filii sed unus utriusque filius / Ait itaque / Aue gratia plena dominus tecum / Non tamen filius tantum quem carne induis sed et dominus spiritus sanctus de quo concipis et dominus pater qui genuit quem concipis / Pater inquam tecum qui suum filium facit et tuum / Filius tecum / qui ad condendum in te mirabile sacramentum miro modo et sibi reserat genitale secretum / et tibi seruat uirginale signaculum / Spiritus sanctus tecum qui cum patre et filio tuo sanctificauit uterum / Dominus tecum / Benedicta tu in mulieribus /

Libet intelligere / quod Elisabeth cum hec uerba sunt prosequta ad eiusdem Et benedictus fructus scilicet uentris tui / non quia tu benedicta ideo benedictus fructus uentris sed quia te ille preuenit et benedictionibus dulcedinis / ideo tu benedicta / Uere etenim benedictus fructus uentris tui in quo benedicte sunt omnes gentes de cuius plenitudine tu quoque accepisti cum ceteris et differenter a ceteris / ac propterea benedicta tu sed in mulieribus / Ille uero benedictus non in hominibus non in angelis sed qui est ait apostolus super omnia benedictus deus in secula / Dicitur benedictus uir benedictus panis benedicta mulier uel si quid tale in creaturis benedictum esse memoratur sed singulariter benedictus fructus uentris tui quia sit super omnia benedictus deus in secula / Benedictus ergo fructus uentris tui / Benedictus in odore / benedictus in sapore / benedictus in specie huius odoriferi huius fructus fragranciam senciebat qui dicebat / Ecce odor filii mei sicut odor pleni cui benedixit dominus / an non uere benedictus cui benedixit dominus / De sapore huius fructus ille quod gustauerat eructabat dicens Gustate et uidete quoniam suauis est dominus Et alibi quam magna multitudo dulcedinis tue deus quam abscondisti timentibus te / Et alius gustauit dicit inquit gustate quoniam dulcis est dominus Et ipse fructus de se inuitat uos ad se / qui edit me ait adhuc esuriet et qui bibit me adhuc siciet / utrumque propter saporis sui dulcedinem hoc dicebat / quia semel gustatus excitat appetitum bonus fructus / qui animarum esurencium et sicientium iusticia et esca et potus est / Audisti de odore audisti de sapore / Audi et de specie / si enim fructus iste mortis / non solum fuit suauis ad

vestiendum sed certe teste scriptura
delectabilis aspectu quanto magis
huius vitalis fructus mirificum
decorem debemus inquirere. Cum
pulchrum in conspectu videat et in
corpore et in corpore videre cupierit
qui dicit Cor Syon species decoris eius
et ne mediocrem tu iudicaveris conce
disse decorem recole quod in xliiii
psalmo legis. Speciosus forma
pre filiis hominum diffusa est gratia in
labiis tuis propterea benedixit te deus
in eternum. Benedictus ergo fructus
ventris tui seu benedixit deus
in eternum quo cum benedictione benedic
ta certe tu in mulieribus quia non
potest mala arbor fructum bonum
benedicta igitur tu in mulieribus
que illam crudelem maledictionem
evasisti qua dictum est in dolore
paries filios et in etiam qua scrip
tum est Maledicta sterilis in
Israel ac similem consequuta est benedi
ctionem ut nec sterilis maneas nec
dolorem parturias. Dura necessitas ac
grave iugum super omnes filias Eve
et si pariunt cruciantur et si non
pariunt maledicuntur. Et dolor
prohibet parere et non parere male
dictionem. Quid facies virgo que hic
audis si parturis angustiaris si ste
rilis maneris malediceris. Quid eli
ges prudens virgo. Angustie michi
sunt undique. Melius est michi integre
et castam manere quam parere quid
concipe per concupiscentiam quod michi
parti dolore parituram. hinc et
enim si videro maledictam sed non
peccatum illinc vero peccatum simul et cru
ciatum. Denique ista maledictio
quid aliud est quam hominum opprobrium
nec ob aliud dicitur sane sterilis male
dicta nisi quod opprobrio et contemptui
sit habita tanquam inutilis et in
fructuosa et hoc in Israel tantum anchi
tur pro nimio est apud hominibus

displiceo dum me possum virginem
castam exhibere Christo. O virgo pru
dens o virgo devota quis te do
cuit deo placere virginitatem que lex
que iustitia que pagina veteris
testamenti vel precipit vel consulit
vel hortatur in carne non carnaliter
vivere et in terris angelicam vitam
ducere. Ubi legeras beata virgo sapi
entiam carnis mors est et curam car
ne feceris in desideriis. Ubi lege
ras de virginibus quod cantant
canticum novum quod nemo alius
cantare potest et sequuntur agnum
quocumque ierit. Ubi legeras lauda
tos esse qui se castraverunt propter
regnum dei. Ubi legeras nam et
si in carne ambulantes non secundum carnem
militamus et qui matrimonio iungit
virginem suam bene facit. Ubi
audieras volo omnes esse sicut
me ipsum et bonum est homini si
sic permaneat. Sed consilium meum
de virginibus in ... preceptum non
habeo consilium autem do. Tu vero non
dicam preceptum sed nec con
silium nec exemplum nisi quod unc
tio docebat te de omnibus ac
sermo dei vivus ac efficax an
tibi factus magister quam filius tuus
instruxit mentem quam induceret car
nem. Vovisti ergo devoveris te ex
hibere virginem et nescis cui propi
te exhiberi oporteat et viro
Eligis in Israel esse contemptibilis
et ut illi placeas cui te probasti
maledictionem incurre sterilitatis
et ecce benedicta benedictione
commutatur sterilitas fecunditate
recompensatur. Aperi virgo sinum
expande gremium para viscera
quia ecce ~~facturus~~ facturus est
tibi magna qui potens est et
in tantum ut pro maledictione
Israel beatam te dicant omnes genera
tiones nec suspectam habeas

perdens ergo fecunditatem / quia non
aufert integritatem concipies / sed sine
peccato gravida eris / sed gravata pa-
ries / sed non cum tristicia / nescies
enim dolorem et gignens filium / qua-
lem filium / illum cuius mater / tu ipsa
deum pater filium patris / ut trinitatis et
corona tue maiestatis et castitatis /
Copia patris cordis erit fructus
uteri virginalis / Deum denique pa-
ries et de deo concipies / Confortare
ergo virgo fecunda casta puerpera
mater intacta / quia non eris ulterius
ultra maledicta neque sterilis de-
putata / Et si ad huc maledicens
ab Israel secundum carnem non quia sterilis
videtur / sed quia fecundam invidet /
memento quod et Christus maledictionem
pertulit crucis / quia te suam matrem
benedixit in celis / Sed et in terris ab
angelo benedicta et cunctis generationibus
terre merito benedicta predicaris / Bene-
dicta tu in mulieribus et benedictus
fructus ventris tui / Que
cum audisset turbata est in ser-
mone eius et cogitabat qualis
esset ista salutatio / Solent virgines
que vere sunt virgines semper esse pa-
vide et numquam esse secure et ut
caveant timenda / etiam tuta pertime-
scere / scientes se in vasis fictilibus
thesaurum portare preciosum / et inmensis
arduum esse vitam angelicam inter homines /
et in terris more celestium conversari /
et in carne celibem agere vitam
Ac proinde quoque novum subitum
sibi ortum suspectas habent insidias
et totum contra estimant machinatum /
Ideo et maria turbata est in sermone
angeli / turbata est sed non perturbata
Turbatus sum inquit propheta et
non sum locutus / sed cogitavi
dies antiquos et annos eternos in
mente habui / Ita ergo maria
turbata est et non est locuta / sed
cogitabat qualis esset ista salu-
tatio / quod turbata est verecundie fuit
virginalis / quod non fuit perturbata forti-
tudinis / quod tacuit et cogitavit pruden-
cie / Cogitabat autem qualis esset ista
salutatio / Sciebat prudens virgo /
quia sepe angelus sathane transfigu-
rat se in angelum lucis / et quia in-
nocentissima et simplex erat / nichil
tamen penitus ab angelo sperabat / Et ideo
cogitabat qualis esset ista salutatio /
Tunc angelus intuitus virginem et vi-
rens eam volvere cogitationes / varias seu
deprehendens paventem consolatur / confirmat
dubiam / ac familiariter vocans eam
ex nomine benigne ne timeat persuadet
Ne timeas inquit maria invenisti enim
graciam apud deum / nichil hic doli nichil
fallacie est / nulla hic circumvencio
nullas hic suspiceris insidias non
sum homo sed spiritus et dei angelus
non sathane / Ne timeas maria inve-
nisti graciam apud deum / O si scires quomodo
tua humilitas altissimo placeat quomodo
tua apud ipsum sublimitas maneat an-
gelico te indignam nec colloquio iudi-
cares nec obsequio / ut quid enim indebita
tibi diceris graciam angelorum que inve-
nisti graciam apud deum quia graciam dei
et hominum pacem / mortis destructionem
et vite reparacionem / Hec est ergo gracia
quam invenisti apud deum / Et hoc tibi
signum / Ecce concipies et paries filium
et vocabis nomen eius Ihesum / Intellige
prudens virgo quod nomine promissi filii quantam
et quam specialem graciam inveneris apud
deum / et vocabis nomen eius Ihesum / Ra-
tione huius vocabuli ponit alius evange-
lista ab angelo interpretatum sic / Ipse enim sal-
vum faciet populum suum a peccatis eorum
Duos Ihesus lego in typo huius qui
nunc in manibus habemus precessisse ambos
populis prefuisse quorum unus populum suum
de babilonia eduxit / alius suum populum
in terram promissionis introduxit / Et
illi quidem illis hostibus perire defende-
bat sed numquam salvabat a peccatis eorum
Hic autem Ihesus noster et a peccatis salvat

Duos Ihesus in scriptura reperio

populum suum et introducit in terram
viventium / Ipse enim salvum faciet populum
suum a peccatis eorum / quis est hic
qui etiam peccata dimittit / Utinam
et me peccatorem dignetur dominus ihesus
annumerare populo suo et salvum faciat
a peccatis meis / Ve enim beatus populus
cuius est iste ihesus dominus deus eius /
quos tamen ipse non habet de populo suo
vereor ne plerisque qui sunt in populo
eius religiosiores esse videntur / Ipse
aliquando dicat populus hic labiis me
honorat / cor autem eorum longe est
a me / Novit dominus ihesus qui sunt eius
novit quos et elegit a principio / Quid
me vocatis aut dicitis domine et non
facitis ea que dico / Vis scire utrum
pertineas ad populum eius vel potius
velis esse de populo eius / fac que
dicit ihesus et reputabit te in populo
suo / fac que iubet in ewangelio dominus
ihesus / que iubet in lege et in prophetis
que iubet / et per ministros suos qui
sunt in ecclesia / obtemperans eius vicarius
prepositis tuis / non tamen bonis / sed
etiam dyscolis / Et disce ab ipso ihesu /
quia mitis est et humilis corde et
eris de beato populo eius / quem elegit
deus in hereditatem sibi / eris de lauda-
bili populo eius cui benedixit dominus
dicens / Opus manuum mearum
tu es hereditas mea israhel / Et ne
forte ipsi carnalem populum commendanti
ticeas testimonium perhibet dicens
populus quem non cognovi servivit mihi
in auditu auris obedivit mihi / Sed
audiamus quid idem angelus sentiat
de illo cui ut dum concepto tale indi-
dit nomen / Ait namque. Hic erit ma-
gnus et filius altissimi vocabitur
Bene magnus quia filius dei meruit
appellari / An non magnus cuius
magnitudinis non est finis / Et quis
magnus ait sicut deus noster / plane
magnus / quia tam magnus quam ipse altissimus quia et
altissimus / neque enim altissimi fi-
lius / rapinam arbitratur esse se equalem

deo altissimo / Ille vero cogitasse
arbitrandus est rapinam qui non cogitasse
de nichilo in angelicam formam
factus fuisset. factori suo se compa-
rans usurpavit sibi quod filii al-
tissimi proprium est / qui utique
in forma dei a deo non factus
sed genitus est / Altissimus enim
pater omnipotens sit / non potuit
vel equalem sibi condere crea-
turam / vel inequalem sibi gignere
filium / fecit itaque angelum sed magnum
non genitus ipse. et ideo non altissimum
solum autem unigenitum quem non fecit
sed genuit omnipotens omnipotentem
altissimus altissimum / coeternus coeterni
ipsi / per omnia sibi comparem
ne rapinam estimat nec iniuriam
Recte igitur hic erit magnus qui
filius altissimi vocabitur / Sed
quare hic erit et non potius
est magnus / qui semper equaliter ma-
gnus et non habet quo crescat /
nec maior post conceptum futu-
rus sit quam ante / vel sit vel fuit ante.
Sed propterea dixit erit / quia qui
deus magnus erat. magnus homo fu-
turus sit / Bene ergo hic erit
magnus homo / magnus doctor /
magnus propheta / Hic enim de eo
dicitur in ewangelio / quia propheta ma-
gnus surrexit in nobis / Et a
minori quodam propheta magnus inde propheta
venturus promittitur / Ecce magnus
veniet propheta magnus / et ipse re-
novabit ierusalem / Et tu quid ego
o ego puerum parvum / puerum
prolem nutrix / puerum prolem / letatus
sed videns puerum cogita ma-
gnum / Erit enim magnus / quia
magnificabit eum dominus in
conspectu regum adeo ut adorent
eum omnes reges / omnes gentes servi-
ant ei / Magnificet ergo et anima
tua dominum / quia hic est magnus
et filius altissimi vocabitur /

Magnus erit et magna faciet
tibi quia potens est et sanctum
nomen eius quod est sanctius
nomen eius est quod filius altissimi
vocabitur / Magnificetur a nobis pu-
erulus magnus dux quos ut fa-
ceret maiores factus est puer / puer-
culus natus est nobis filius datus
est nobis / nobis non sibi qui utique
ante tempora multo nobilius natus
ex patre / nasci temporaliter non indigebat
ex matre / non angeli quoque qui
tam magnum habent parvulum non
requirebant / Nobis ergo datus natus
est nobis et datus / quia nobis natus
iam de nobis nato et dato faciamus
ad quod natus est / et datus /
utamur modo in nostram utilitate
de salvatore salute operemur ecce
puerulus in medio statuitur / o
parvulum puerulum desideratus / o
vere puerulus est malicia puer
non sapientia / Studeamus effici sic
puerulus iste discamus ab ipso /
quia mitis est et humilis corde / ne
magnus utique deus sine causa factus
sit homo parvus ne gratis mortuus
nec in vacuum crucifixus / Discamus
eius humilitatem imitemur eius
mansuetudinem / amplectamur
dilectionem / communicemus passionibus /
lavemur in sanguine eius / ipsum
offeramus propiciationem pro peccatis
nostris / quia ad hoc ipse natus est et
datus est nobis / ipsum oculis nostris
ipsum offeramus et suis / quia pro-
prio filio non pepercit / sed pro
nobis omnibus tradidit illum
et ipse filius semetipsum semetipsum
exinanivit formam servi acci-
piens / ipse in mortem tradidit
animam suam et cum sceleratis
ve Deputatus est / Et ipse peccata
multorum portavit et pro trans-
gressoribus rogavit ut non perirent
pro quibus filius rogat ne pereant
pro quibus filium pater tradidit in mor-
tem ut vivant / Equaliter ergo ab
utroque speranda est venia equibus
equalis est in patre una / pari-
ter voluntate potentia una in di-
vinitate subsistit in qua vivus cum
eis spiritus sanctus vivit et regnat
deus per omnia secula seculorum Amen
Non est dubium quicquid in lau-
dibus matris proferimus ad
filium pertinere / et vicissim
cum filium honoramus / a gloria matris
non reaedinus / Nam si iuxta Salomonem
sapiens filius gloria est patris / quanto
magis gloriosum est matrem ipsius ef-
fici sapientie / Sed quid ego tento in
eius laudibus quam laudabiliter
predicat propheta / prohibet angelus / nar-
rat Ewangelista / non ergo laudo quia
non audeo / sed tamen replico devote
quod explicavit per os Ewangeliste
spiritus sanctus / Sequitur namque et ait
Et dabit ei dominus deus sedem da-
vid patris sui / Verba sunt angeli de
promisso filio promittentis quod deus
possideret regnum david / quod quidem ipse
david exigente non dubitet dominus ihesus
nemo dubitat Queso autem quam
dcdit ei dominus deus sedem patris sui
david / cum ipse in Iherusalem non regnaverit
Quin immo Iudeis cum volentibus
constituere regem non acquievit / Sed
et ante faciem presidis protestatus
sit est regnum meum non est de hoc mundo
Denique quid magnum promittit
ei qui sedet super cherubin quem
propheta vidit sedentem super solium ex-
celsum et elevatum / sedere super sedem
david patris sui / Sed novimus quandam
aliam Iherusalem ab ea que nunc est in
qua regnabit dominus Iesus sublimiorem multo
ista nobiliorem / multo ditiorem / Sed
puto hoc fuisse designatum illo
more usu loquendi / quod sepe reperis

Dnica octa

in scripturis significabatur tamquam pro signo
Cui sane dedit ei deus sedem patris
sui | quando constitutus est rex ab eo super
Syon montem sanctum eius | Sed hic propheta
de quo regno dixit cognoscitur appa-
ruisse videtur | quod non in Syon posuis-
set sed super Syon | Nam ideo fortas-
sis dictum est super quia in Syon syon
quidem regnavit David | super Syon vero
regnum est illius de quo dictum est ad
David | De fructu ventris tui ponam
super sedem tuam | de quo et dictum
est per alium prophetam | Super solium
David et super regnum eius sedebit
Vides quod ubicumque reperies super Syon
super sedem super regnum super solium
Dabit ergo ei dominus deus sedem
patris sui | non typicam | sed veram | non
temporalem | sed eternam | non terrenam |
sed celestem | que ideo ut ita dictum
est memoratur fuisse David | quod hec
in qua temporaliter sedit eterne illius ge-
rat ymaginem | Et regnabit in domo
Jacob in eternum et regni eius non erit
fi finis | Hic quoque domum Jacob accipimus
spiritualem quia in illa que eterna non est
in eternum regnaturus est | Querenda est
ergo domus Jacob eterna in qua re-
gnat in eternum cuius regni non erit
finis | An non demum domus Jacob
[illegible] impie abnegavit eum et in-
sipienter respuit ante faciem Pilati | quan-
do presidente regem verum crucifigi
uno ore respondendo clamavit | non
habemus regem nisi Cesarem | Recte
itaque apostolus et discernet tibi cum qui
in occulto iudeus est ab illo qui in ma-
nifesto et que in spiritu circumcisio ab ea
que in carne fuit | et spiritualem Israel
a carnali et filios fidei Abrahe |
a filiis carnis | non enim inquit omnes
qui ex Israel hii sunt Israel neque qui semen
Abrahe hii filii | Sequitur ergo et
de Jacob similiter | non omnes qui ex Jacob
hii reputandi sunt in domum Jacob
Jacob quippe ipse est Israel | Solus ergo qui
in fide Jacob perfectus invenitur reputatur
in domo Jacob | Vel potius

fare
Vel potius ipsos novimus spirituales et
etiam domum Jacob in qua regna-
bit dominus Ihesus in eternum | quid ergo vo-
bis est qui iuxta interpretationem nominis
Jacob supplantet diabolum de corde
suo | luctetur cum viciis et concupiscen-
tiis suis | ut non regnet peccatum in suo
mortali corpore sed regnet in eo
Ihesus | et nunc quidem per gratiam et
in eternum per gloriam | Beati in quibus
Ihesus regnabit in eternum | quia et ipsi
cum eo regnabunt | et regni eius
non erit finis | O quam gloriosum est
regnum illud in quo reges congrega-
ti sunt convenerunt in unum ad lau-
dandum | scilicet et glorificandum eum
qui super omnia rex regum et dominus
dominantium | De cuius plenissima con-
templacione fulgebunt iusti sicut
sol in regno patris eorum | O si et
mei peccatoris meminerit Ihesus
in beneplacito populi sui cum venit
in regnum suum | O si me in illa
die qua traditurus est regnum deo
et patri visitare dignabitur ad viden-
dum scilicet in bonitate electorum suorum
ad letandum in leticia gentis
sue | ut lauderis cum anima mea in heredi-
tate sua | Veni interim domine Ihesu
aufer scandala de regno tuo
quod est de anima mea ut regnes tu
qui debes in ea | Venit enim avaricia
et vendicavit sibi in me sedes |
Iactancia cupit dominari in | Super-
bia vult mihi esse lex | luxuria dicit
ego regnabo | Ambicio | detractio
invidia | et iracundia | certant in
me ipso | et de me ipso cuius eorum po-
tissimum esse videor | Ego autem quantum
valeo resisto renitor quantum iuvor
dum meum Ihesum reclamo
ipso me defendo | quod ipsum me
iuris agnosco | ipsum in deum | ipsum
in dominum teneo | et dico non habeo
regem nisi Ihesum | Veni ergo domine
disperge illos in virtute tua

et regnabis in me quia tu es ipse
rex meus et deus meus qui
mandas salutes iacob / Dixit autem
maria ad angelum / quomodo fiet istud
quia virum non cognosco / primo
quod prudens tacuit cum adhuc
dubia cogitabat qualis esset ista sa-
lutacio mallens humiliter in mundo
non unde quam temere loqui quod
nesciret / iam vero confortata et bene
premeditata angelo quod foris lo-
quitur sed deo intus persuadente
Erat enim dominus cum illa dicente angelo
dominus tecum / Ista ergo confirmata fi-
de scilicet depellere timore / leticia
verecundia dixit ad angelum quomodo
fiet istud quoniam virum non cognosco
non dubitat de facto sed modum
requirit et ordinem / nec enim quid
an fiet istud / sed quomodo / quasi dicat
Cum sciat dominus meus testis conscien-
cie mee votum esse ancille sue non co-
gnoscere virum qua lege quo ordine
placebit ei ut fiat istud si opor-
tuit me frangere votum ut pariam
talem filium et gaudebo de filio
et dolebo de proposito / fiat tamen volun-
tas eius / Si non ergo concipiam virgo et
pariam et utique si placuerit ei
impossibile non erit / talis scio vere quia
respexit humilitatem ancille sue
quomodo fiet istud quoniam virum non cogno-
sco / Et respondens angelus dixit
Spiritus sanctus superveniet in te et
virtus altissimi obumbrabit tibi
Superius dicta est gratia plena
et nunc quod dicit / Spiritus sanctus
superveniet in te et virtus altis-
simi obumbrabit tibi / nunquid
potuit repleri gratia / et non [illegible] habere
spiritum sanctum cum ipse sit dator
graciarum / Si autem iam erat spiritus
sanctus in ea quomodo ad hunc tamquam noviter
superventurus repromittit / an forte
te ideo non dixit simpliciter veniet in te

sed addidit super / quia et prius quidem
in ea fuit per multam graciam sed
nunc supervenire nunciatur propter habundanti-
oris gracie plenitudinem quam effusurus
est super illam / Verum cum plena
iam sit / id amplius quod capere poterit
si autem plus adhuc potest quomodo et ante plena
fuisse intelligenda est / an forte quod
gratia eius tantum repleverat mentem / sanctus
tuum ventrem perfundere debet / scilicet ple-
nitudo divinitatis que cum in illa sit et
in multis sanctorum spirituum habitabat
corporaliter in nullo sanctorum corporaliter in ipsa
habitare incipiat / Ait itaque spiritus sanctus
superveniet in te et virtus altissimi
obumbrabit tibi / Quid est et virtus
altissimi obumbrabit tibi / qui potest
capere capiat / quis enim excepta fortassis
sola illa que sola in se feliciss-
ime promeruit experiri intellectu capere
racione discernere possit / qualiter splendor
ille inaccessibilis virginis sese visce-
ribus infuderit / et ut illa quod in-
accessibile est accedere ad se ferre po-
tuisset de porciuncula cuiusdam corporis cui
se univit contemperet reliquie masse
obumbracionem fecerit / Et forte propter hoc
dictum est maxime / obumbrabit tibi
quia res nimirum in sacro erat et
quod sola per se divinitas in sola et cum
sola virgine operari soli datum est nosse
cui soli datum est experiri / Dicatur
ergo / Spiritus superveniet in te / quia utique
sola potencia fecundabit te / et virtus
altissimi obumbrabit tibi / Est dicta
modum quo de spiritu sancto concipies
dei virtus et dei sapientia Christus / sic in suo
secretissimo consilio obumbrando
teget et occultabit / quatenus sibi tantum
notus habeatur et tibi / Ac si angelus
respondeat ad virginem / quid a me
requiris quod mox in te experieris / scies
et feliciter scies / sed doctore illo sed quo
et auctore / Ego autem missus sum
nunciare virginalem conceptum

non creare nec pot poteri nisi a
donate nec pot adisa nisi fa suscipien
te | Ideoqz et quod nascet ex te sctm
vocabitur filius dei / quod est dicere
qm non de homine sed de spu^s sancto
scto / concipies aut et utirem altis
simi hic est filium dei / Ideoqz et
quod nascet ex te sanctu vocabitur
filius id e non solum qui de sum
pris in vterum tuu veniens ob
umbrabit tibi / sed eciam illud qd
de tua sba sociabit sibi ex hac
iam vocabit filius dei / quead
modum et is qui a pre e ante
scla genitus tunc quoqz a mo
re putabit filius / Hic aut et ge
natum ex ipso eit tuus et quod
ex te erit suus ut no sint duo
filij sed vnus / Et licet ad quid
ex te aliud ex illo / Hic iam tu
no cuiqz suus sed vnus vtriusqz
filius erit / Ideo qz et quod nascet
ex te sanctum vocabit filius dei
Attende queso qm venerat dixit
quod nascet ex te sctm ut quid
cum tam sim dixit sctm et absqz
additamento / Credo qz non habuit
qz pre digne nominare nisi illud
ex imi u et illud magnificum id
reuerendum quod de purissima vz
virgine carne cum sua aia vnito
pris erat vnicedum / Si dixit sctm
vel sctus ho vel sctus infans
queqz tale poneret parum sibi
dixisse videret / posuit ergo inde
finite sctm / quiqz qz illud sit qd
virgo genuit sctm procul dubio fuit
de singulari sctm et p spus sctifi
cacom et per vbi assumacionem /
Et adiecit dns / Et ecce Elizabet
cognata tua et ipsa concepit fi
lium in senectute sua / Quid fuit
nec ecce hunc sterilis virgini
nunciare conceptum / nuquid forte
dubiam et incredulam oraculo

reuerendi voluit confirmare miracu
lum Absit legimus zacharie
incredulitatem ab hic ipso ange
lo castigatam / mariam tamen
in aliquo reprehensam nec legimus
qm potius fidem ipius elizabet
prophantem laudatam cognomina
beata que credidisti quoniam
perficient in te que dicta sunt
tibi a dno / Vz id sterilis cognate
conceptus virgini nuncia / ut
dum miraculum miraculo addit
gaudium gaudio cumularet / porro
nec erat non mom leticie
et amoris plenitudine inflamac
eam incendio que filium pa
tris dilectum cum gaudio spus
sancti mox fuerat conceptura /
neqz erat nisi in deuotissimo
tamqz hilarissimo corde tanta
se capere poterat dulcedinis atqz
hilaritatis effluencia / Vel ideo
conceptus Elizabet nunciat^r
marie / quia xpisto decebat ut
eum mox promulgandum vbiqz
sciret prius virgo per angelum
qm audiret ab homine / ne mu
ltz dei consilijs fidei videat^r
amota / Vel eorum que in ipis
tam prope generat^r nescia fuisse
ignara / Vel ideo potius Eli
zabet conceptus marie nuncia
tus e / ut dum mox saluator
mox precursoris aduentus adie
ctus eorum tempus et ordine teneb
ipa post modum melius scriptoribus
ac predicatoribus euangelij referret
veritatem / que plene de omnibus
a prin^o celitus fuerat instructa
misterijs / Vel ideo adhuc nu
ciat Marie Elizabet concep
tus ut audiens cognatam vetu
lam et grauidam cogitet virginem

de obsequio / Denique ea propter
ad instruendum paulo prophetolog
et oracio de quo minor adhuc
dum sui officii valebit exhibere
principias / et dum ad seniorem
redit iram instruciam que ab altis-
simo commendata devotionis mirabilis
fiat miraculum de miraculo / Vi-
de autem ne sileat tam magnifica
que ab angelo audis prenunciata
ab ipso spiritu sancto perficienda / a quo
ergo si queris ipsum angelum
audi / quia non erit impossibile
apud deum omne verbum / Quale
enim illi verbum impossibile poterit
esse / qui omnia fecit in verbo
et hoc in verbis ewangelicis quod
signanter non ait / quia non erit
impossibile apud deum omne factum
sed omne verbum / An ideo po-
suit omne verbum quia quam possunt
facile homines loqui quod volunt
etsi quod nullatenus possunt facere tam
facile ymmo incomparabiliter
facilius valet deus opere ad-
implere quod valent illi verbo proponere
dicam apertius / Si hominibus
tam facile esset facere quam dicere
quod volunt / ipsis quoque non esset
impossibile omne verbum / Nunc autem
quam vulgaris et verus est sermo
multum interesse inter loqui et facere /
sed apud homines non apud deum
soli deo quia idem est facere quod
velle loqui idem loqui quod et vel-
le / Ideo non est impossibile apud
deum omne verbum / Exempli gratia po-
tuerunt previdere et predicere prophete
virginem vel sterilem concepturam
esse et parituram / sed minime facere ut
conciperet et pareret / Deus
autem qui eis posse dedit previdere
quam facile potuit tunc quod vo-
luit per illos predicere tam facile
potuit nunc quod voluit per seipsum
quod promisit implere / siquidem apud
deum nec verbum dissidet ab inten-
tione quia veritas est / nec factum
a verbo quia virtus est / nec modus
a facto quia sapiencia est / Ac per
hoc non erit impossibile apud deum omne
verbum / Audisti virgo factum audi-
sti et modum utrumque mirum utr-
umque iocundum / Iocundare filia sy-
on et exulta satis filia iherusalem quoniam
auditui tuo datum est gaudium et leticia
Audiamus et nos a te responsum
leticie quod desideramus ut exul-
tent ossa humiliata / Audisti
inquam factum et credidisti crede et
de modo quod audisti / Audisti quia
concipies et paries filium / audisti
quod non per hominem sed per spiritum
sanctum / Expectat angelus responsum
Tempus enim est ut revertatur ad deum
qui eum misit / Expectamus et nos
o domina verbum miseracionis quos mi-
serabiliter premit sentencia dampnacionis
Et ecce offertur tibi precium nostre salu-
tis liberabimur si consencias / In
sempiterno dei verbo facti sumus
omnes et ecce morimur / sed in tuo
brevi responso sumus reficiendi ut
ad vitam revocemur / Hoc suppli-
cat a te o pia virgo flebilis adam
cum misera sobole sua / exul de pa-
radiso / hoc abraham hoc david hoc
ceteri flagitant sancti patres tui scilicet qui et
ipsi habitant in umbra mortis / hoc
totus mundus tuis genibus provolutus
expectat / Nec immerito / quoniam ex ore tuo
pendet consolacio ~~infirmorum~~ redempcio
mise rot
captivorum / liberacio dampnatorum /
Salus denique universorum filiorum
adam et tocius generis tui / Da virgo
responsum festinanter / O domina responde
verbum quod terra quod inferi quod expec-
tant et superi / Ipse quoque rex omnium
et dominus quantum concupivit decorem
tuum tantum desiderat et responsionis assensum

In qua nimirum proposuit salvare
mundum. Et cui placuisti in silencio
iam magis placebis ex verbo, cum ipse
tibi clamet de celo: O pulcra inter
mulieres fac me audire vocem tuam. Si ergo facies eum audire vocem tuam ipse te
+ ipse te videre faciet salutem nostram.
Numquid non est hec quod querebas
quod gemebas quod diebus ac noc
tibus orando suspirabas / quid
igitur tu es an aliam expectamus / tu
hec promissum est / ymmo tu ipsa
non alia / tu inquam illa promissa
illa expectata illa desiderata / ex qua
pater tuus Jacob iam morti appropinquans
vitam sperabat eternam cum dice
bat / Expectabo salutare tuum domine
In qua denique et per quam deus
ipse rex noster ante secula disposuit
operari salutem in medio terre / quid
ab alia speras quod tibi offertur quid
per aliam expectas quod per te mox exhi
bebit dummodo prebeas assensum / res
pondeas verbum / responde itaque
citius angelo / ymmo per angelum
domino / responde verbum et suscipe
verbum / profer tuum et suscipe di
vinum / Emitte transitorium et am
plectere sempiternum / quid tardas quid
trepidas / crede confitere et suscipe
Sumat humilitas audaciam verecun
dia fiduciam nullatenus convenit nunc ut
virginalis simplicitas obliviscatur
prudenciam / in hac sola re / ne timeat
prudens virgo presumcionem / quia et
si grata in silencio verecundia /
magis tamen in verbo nunc pietas
est necessaria / Aperi virgo beata cor fidei
labia confessioni viscera crea
tori / Ecce desideratus cunctis foris
pulsat ad ostium / O si te morante
pertransierit / rursus incipies dolens
querere quem diligit anima tua / Sur
ge / curre / aperi / surge per fidem / curre
per devocionem / aperi confessione /
Ecce inquit Ancilla domini fiat

solet esse gratie divine familiaris
virtus humilitatis / Deus enim super
bis resistit / humilibus autem dat
graciam suam / humilitas ergo videat
ut sedes gracie preparetur / Ecce inquit
ancilla domini / que est tam subli
mis humilitas que cedere non novit
honoribus insolescere gloria nescit /
+ mater dei eligitur et ancillam se
nominat / non mediocris revela
humilitatis est insigne nec oblata
tanta gloria oblivisci humilitatem
non magnum est esse humilem
in abiectione / magna vero prorsus
et rara virtus humilitas honorata /
Si me miserum homuncionem mea
decepta simulacionibus ad aliquem
vel mediocrem honorem prefert
ecclesia / deo nimirum hec vel pro
meis vel subiectorum peccatis permit
tente / nonne statim oblitus quid
fuerim talem me puto qualis ab
hominibus qui cor non videt pu
tatus sum / Credo fame conscienciam
non attendo reputans non honorem
virtutibus acquirendum sed virtutes ho
nore / eo sanctiorem quo superiorem
me estimans / Videas plerosque in ecclesia
de ignobilibus nobiles de paupe
ribus divites factos / subito intu
mescere pristine oblivisci abiectionis
generis quoque sui erubescere et
infimos dedignari parentes /
videas et homines pecuniosos
ad honores quosque emptos provolare /
moxque applaudere sanctitatem vestis // sibi
tum duntaxat mutacione non
mentium et dignos se estimare
dignitate ad quam ambiendo per
venerunt / quodque si audeo dicere ad
epti sunt nimis attribuere meritis /
Omitto autem de hiis quos excecat
ambicio / et honor ipse superbiendi
eis materia est / Sed video quod magis

doleo. post spretam seculi pompam
nonnullos in scola humilitatis super-
biam magis addiscere, ac sub galea
militis humilis quam regis quam vivunt
insolescere / et impacientes amplius
fieri in claustro quam fuissent in seculo /
quodque magis pressum est plerumque
in domo dei non pacitur haberi
contemptum / qui in seculo non nisi contemp-
tibiles esse potuerunt / Et quia videtur
ubi a pluribus honores appetunt
ipsi locum hunc non meruerunt, saltem
ibi honorabiliores videntur /
ubi ab hominibus honores contem-
nuntur / Video et alios quod non
sine dolore videri debet post abrenun-
ciationem et milliciam [?] vitam secularis-
bus implicari negociis, rursus ter-
renis cupiditatibus immergi, cum
magna cura erigere muros et
negligere mores / sub pretextu quoque
communis utilitatis verba vendere divitibus
et matronis salutaciones / Et quod et
contra sui imperatoris edictum
concupiscere aliena et sua cum
lite repetere non audientes apostolum
cum imperio regis tubicinantem: Hoc
inquit delictum est nobis, quod ab
hereticis / quare non magis fraudem
patimini / Ita mundum sibi et se
mundo [illegible] superavit / ut qui antea
vix in suo vico vel oppido cogniti
fuerunt / modo circuitis provincias
et curias frequentatis, regum noticias
et principum familiaritates asse-
quuntur / Quid de ipso habitu

De habitu

dicam in quo non calor sed color
requiritur / magis quam cultui vestium
quam virtutum insistitur / pudet di-
cere / virgines in suo studio mulier-
cule quando a monachis precium affec-
tatur in vestibus non necessitas /
ut saltem forma religionis vetita
in habitu ornari non curant appe-
tunt milites, propter quam apparere se

dum

ad plura et contra [illegible] preter

ostendere paupertatis insignia debue-
rant / quod utique adversarii valde for-
midant. in mollicie vestimentorum
prius potius preferentes indiciam
ultro se hostibus sine sanguine
tradunt inermes / nec aliunde omnia hec
mala contingunt, nisi quod illam quam secum
deservimus deserentes humilitatem,
dum per hoc regnum incepta de-
mum sectari studia secularium tamen
efficimur, prudentes ad vomitum /
Audiamus itaque quomodo virgo sua
quid iam responderit que mater dei
eligebatur, sed humilitatem non oblivi-
scebatur / Ecce ait ancilla domini
fiat michi secundum verbum tuum / fiat
est desiderii signum non dubitacio-
nis indicium / Et per hoc quod dicit
fiat michi secundum verbum tuum magis
intelligenda est affectum complere
desiderantis quam effectum requi-
rere dubitantis / quamquam nil obstet
intelligi fiat esse verbum orantis / nemo
quippe orat nisi quod credit et sperat /
Vult autem deus a se requiri et
quod pollicetur / et ideo forte multa
que dare disposuit prius pollicetur /
ut ex promissione devotio excita-
retur / Sicque gratis quod daturus
erat devota oratio promereatur /
Sic pius deus qui vult omnes ho-
mines salvos fieri / nostra volens ex-
torquet a nobis / et dum nos pre-
venit tribuendo quod tribuit gratis
agit / ne gratis tribuat / hoc utique
virgo prudens intellexit / quod pre-
venienti se gratuito muneri promis-
sionis addidit meritum sue devo-
cionis dicens / fiat michi de verbo secundum
verbum tuum / fiat obsecro in me
non prolatum quod transeat / sed
conceptum ut maneat carne vero
indutum non aere / fiat in me non au-
dibile auribus / sed et visibile oculis
palpabile manibus gestabile hu-
meris / nec fiat michi verbum scriptum

et mutum sed incarnatum et vivum
hoc est non mutis figuris in pellibus
mortuis exaratum / sed in forma
humana vivis castis visceribus
[illegible] impressum et hoc fiat non
mortui calami depictione sed spiritus
sancti operatione / Ecce videbis mihi
fiat in quo nemini ante me factum
est / nemini post me faciendum
est / porro multifarie multisque
modis olim locutus est deus patri-
bus in prophetis / et aliis quidem in
aure / aliis in ore / aliis etiam in
manu factum est verbum domini memoratur /
Michi autem oro ut et in utero
fiat iuxta verbum tuum / Nolo ut fiat
michi aut declamatorie predicatum
aut figurative significatum / aut ymagi-
natorie sompniatum sed silenter
inspiratum personaliter incarnatum
corporaliter inuisceratum / Verbum igitur
quod in se nec poterat fieri nec indi-
gebat dignetur / in me dignetur / et
michi fieri secundum verbum tuum / fiat
quidem generaliter omni mundo sed specialiter fiat
michi secundum verbum tuum / Lectionem
Ewangelicam exposui sicut potui nec
ignoro quod non omnibus placebit /
sed scio me ex hac re vel ingratitudinis
forte indignationi obnoxium et
aut iudicabor superflua aut pre-
vz sumptor quod vellet post patres qui
hunc ipsum locum plenissime ex-
posuerunt / rursus in eodem novus
expositor ausus fuerim manum
mittere / Verum si quid dictum est post
patres quod non sit contra nec patri-
bus arbitror nec cuiquam displicere
debere / Ubi autem dixi quod a
patribus accepi dum sic absit typus
presumptionis ut non desit fructus
devotionis patienter audiam de
superfluitate causantes / Noverint tamen
qui me tamquam de ociosa et non
necessaria expositione suggillant
non tam me intendisse exponere /

Ewangelium quam de Ewangelio sumere
quod loqui delectabat / Si vero
peccavi quod propriam magis con-
spontaneam devotionem quam co-
munem quesierim utilitatem
potens est pia virgo apud suum
misericordem filium hoc mediante
excusare peccatum cui hoc medium
qualecumque opusculum devotis-
sime destinavi /

Et sic iam finaliter habetur
exitus omeliarum beati Bernardi
super illam lectionem ewangelicam
Missus est angelus etc. /

Proposicio domini Archiepiscopi Colocensis coram Concilio Basiliensi
facta super dissolucione unionis que laborat in eloquio pauli videlicet Non
sit scisma in corpore

Maximam michi dicendi
fiduciam prestat Re-
uerendissimi patres ceterique
vos viri lectissimi hic
videtur conuictus am-
plissimus atque spectatissimus
Cum enim plurimos apud vos
istic videam quorum singularissima
sapiencia atque humanitas longa
in familiaritate prospecta et
cognita sit alios vero omni virtute
et optimis artibus ornatos esse
confidam / Omnes autem vos ad christia-
ne religionis conseruacionem et ampli-
tudinem corroborandam aduenisse
intelligam / Dubitare non possum
quin vniuersi prosapia equo animo
me dicentem audiatis, presertim cum
illud a me hodie dicendum sit quod
ad omnium nostrum salutem et immor-
talitatem gloriam attinet / Omnibus
enim hominibus natura inest ut ea que
ad se pertinent audiant / et tu hac
precium curam et studium ad hoc
solum contulisse videam ut
scienciores heresis coniungerant contra
cura et cerimonie repetantur
vestiarii fines pacis restituatur / pro
quibus omnibus aput vos michi
sermo habendus est / non maior esse
debet in me cura dicendi quam in vo-
bis audiendi voluntas / Sed ante-
quam ad eam disputacionem descendam
necessarium fore existimo ut quod
doctor gencium paulus dicat audi-
amus / Non sit inquit scisma in corpore

Thema

Item enim quondam idem veritatis
constantissimus predicator Corin-
thiis diffidentibus scripserat pre-
sertim epistola I c. Statum est huius
tempore preceptoris intelligencia preces
cognita fratribus fiet Dei prius ille
spiritus qui quondam igneo splendore
descendens mundum illorum et
trepidancium hominum animos et
glutino caritatis coniunxit et su-
ma sapiencia illustrauit suo
ardore corda nostra inflammet /
quod ut facere dignetur ad ipsum
fideles nostras cogitaciones atque oraciones
hoc modo eius suffragio postu-
lato ad proposite dissensionis per-
tractacionem veniamus / Inter cetera
dissidencie genera patres optimi
que membra corporis mistici
agitant atque perturbant nullum co-
derius quod scisma nominatum /
Est enim tocius discordie caput
apud principium admittitque corporis
ecclesiastici vnitatem / Cuius
pernicem idem doctor prospiciens
in capite predicte epistole ad Co-
rinthios summa obtestacione pre-
dicatus est ut illam pestem diffu-
geret / Obsecro inquit vos fratres
per nomen domini nostri ihesu christi ut
id ipsum dicatis omnes et non sint
in vobis scismata / Sitis enim
perfecti in eodem sensu et in eadem sentencia
Quid autem nomine scismatis intel-
ligi debeat patres doctissimi ne-
minem vestrum dubitare existimo
Grecus enim a quo fit in primis illa
voci significacio data est per illud
nomen scissura quandam ac di-
uisionem intelligit / non illam
de qua quislibet peccator a deo diui-
ditur De qua olim ysaias loquens
dixerat / peccata inquit vestra diui-
serunt inter nos et deum / nec rursus
illam diuisionem intelligere qua
ab vnitate fidei quispiam segrega-
tur Illa enim in aliud impietatis genus
transcendit / quod idem / Grecus
vetustus heresim nominauit / Sed illa
scissura nobis prius disputacio est
Cum quis eodem religionis cultu
seruato recte sapienti parti con-
temnit Cuius diffinicionem licet

alijs verbis ead tamen sma bea-
tissimus pater Aug Cum adversus
faustum scriberet apte ostendit /
Scisma inquit est eadem opinantem
atque eodem ritu colentem quo ceteri
solo congregacionis delectari dissi-
dio / Ex quo et illud sequi necesse
est / vt ab vnitate quam spiritus sanctus
in dei ecclesia iudicat et confirmat
voluntarie recedatur / Hec beato
Doctore in ij ije q xxxix ar j visum
est plura dissidiorum genera mistici
ecclesiastici corporis accidere discordia scilicet
Contencionem rixa sedicionem bellum here-
sis et omnis animi indignacionem quam
beatus paulus Galatas scribens
enumerat Ex hijs omnibus prout
Reverendissimi nichil est quod tanta
pernicie corpori mistico inferat
quemadmodum dissidencia scismatis
Cetera namque animorum adversa
studia alijs atque alijs competentibus
sunt detestabilia sumque soli vniti
ecclesie obiecta Nam et si discor-
dia concordie opponatur Cum quis
suam alterius sine proferat / id tamen
eo modo fieri potest ut discordancia
quilibet bonum dicat et cupiat / quamquam
in modo rei conficiendi dissenciat
Hec de paulo et Barnaba in as-
sumcione Marci discipuli legimus
factum Actorum xv c Contencio etsi
licet ex ipso dicendi modo animorum
contrarietatem habeat / honeste tamen
fieri potest Cum quis pro dignitate
hominis atque negocij armonia debita
vsus ad veritatis defensionem acce-
dit Unde et catholicos adversus fi-
dei hostes contendentes monet ysi-
dorus ad certamen vocant Hec glosa
testatur super primi epistolam c Rixa insuper
et si a peccato immunis esse non pos-
sit / vt beatus Doctor diffinit Nam
qui rixatur et ad contradicendum
paratus est vt placet ysidoro

et ipsa contencione letatur alios quoque
ad contradicendum inducit / quanti
nichilominus malum est / et inter pau-
cos accidit / Est enim quasi belli nam
nulla publica auctoritate firmati / Sedi-
cio vero esset aliquod tamen et
ipsa vires persuadet et beatus apostolus
testis est qui cum quedam peccata
quam prohibuisset / Corinthijs sedi-
cionem etiam inhibeat Hec ij ad Cor
xij c legitur / Est tamen malum quod soli
et societati civium adversatur per ipsum
bellum et si maximas vrbes
diruptas plurimas respublicas
eversas florentissima regna prostrata
legimus / non nulla tamen bella iuste
fieri posse nemo sapiens dubita-
bit / Cuius sane beatus Augustinus testis
est in eo sermone quem pro puero
centurionis habuerat Et hec quidem
animorum adversitas illi vnitati contra-
riatur que ad misticorum membrorum
coniunctionem attinet / quod si ad eam
illum vteris cuius qui ad caput
huius ecclesie corporis spectat / aliud
quoddam pestiferum divisionis ge-
nus invenies quod eciam heresim
beatus thomas intelligit / siquidem
ea sentire ac predicare quoque con-
tigerit / cum animi dura et impla-
cabilia contraria que fidei veritatem
et maiestatem offendant / Ex quibus
quis fuerit ille hereticorum modo
aggravatur quod alijs accommodatis
verbis sanctissimus Doctor
Augustinus adversus Manicheos de- Aug.
clarat / qui in ecclesia inquit est
morbidum aliquid pravumque quod
sapiunt si correcti vt sanum rectumque
sapiant resistunt contumaciter suaque
pestifera dogmata emendare
nolunt / sed defendere persistunt heretici
sunt / Hec infidelitatis vnde inter
scissuras eciam eas efficit quam

detius nullus doctorum affirmat /
Cuncta enim fidei fundamenta sua
opinione evertit tenditque ad pene
veritatis iniuriam / Cuncta autem
christiane religioni publica dampna
intulit facile sciat qui volet

Scisma quanta mala efficiat

si a Symone samaritano a
quo omnis heresis inicium sumpsit
usque ad Iohannem Huss nostre
etatis eorum heresiarcham
annales ecclesie repetere statuet /
Ultimum contendencium genus
scismatis nomen accepit quod ac-
comodatius greco vocabulo
vos priores latini scisma nomina-
tis / Hoc intestinum malum et
si magestati ac dignitati mistici
capitis non adversetur cum ipse
nec insolitum dogma predicet
nec veterem corruptelam defen-
sat / habet tamen quandam proprietatem
pestiferam que vere paci et
caritati vehementissime efficiat
Qui enim ecclesie principi subesse
renuit et membris ecclesie ipsi sub-
iectis communicare recusat / quemad-
modum beatus Doctor ostendit

Qui ecclesie subiici renuit membris ecclesie communicare recusat

is in unitate mistici corporis ma-
nere non potest / Unde et scisma-
ticus iure nominatur / Corpore enim
tamquam ex fonte quodam iniquitatis
omnes ille superiores animi indig-
naciones facile fluunt / Scismaticus
enim absque discordia esse non
potest / Cum se meliora et sanctio-
ra dicere et profiteri glorietur /
Contenciones enim in ipso scisma-
te nutriri necesse est / Cum ea
que prave scismatici sensere
improba temeritate defensent
Unde scismatico minime desunt
Est enim ad contradicendum semper
paratus / ne umquam vere indicetur
fecisse sediciones [illegible] corpore

scismate gaudet / Deducitur
enim in adversa studia vulgus et
simplex grex quod greges post terga pa-
storum sequuntur / et quia ra-
cione vulgo constare non potest /
quod grave semel acceperat
et ferro et sanguine probare
mallet / Unde et bella et publi-
ca surgunt / Ut si paulo lon-
gius scisma persistit heresim pa-
rit / Confingit enim aliquam sibi
heresim scismaticus ut recte ab
ecclesia recessisse videatur / Unde beatus
Ieronimus dixit / Ex contemptu

Ieronimus

illius qui auctem et locum mi-
stici capitis tenet hoc detestabile
malum profecisse videatur / Nam
scismaticus ecclesiasticum ordinem
non mediocriter perturbat / Et quia
reliquorum membrorum communione
recessit spiritum dei non habet / Sicut
pelagius papa testatus ut est

pelagius papa

xxiii q. i / Scisma insuper quia
scismaticus in unitate unum non est
Sicut idem pontifex dicit quantum
corpore suo maleficio caritatem uni-
tatem et pacem penitus divi-
dit / pro qua instituenda et consu-
manda filius dei paulominus mino-
ratus ab angelis in terram desce-
derat / pro qua summa medium
variosque labores perpessus et san-
guinem proprium fudit mortem
subiit mediante quo cordi abhorruit
que sue magestati adversarentur /
Si non id ad constitutionem huius
sacratissimi corporis conducere
videretur / Cum itaque tantorum
preciosissimorum atque admirabilium
operum munus hoc unum preciosis-
simum scismaticus facinus admit-
tit atque corrumpit / Iustissime
veritatis doctor ipsum a christiana
religione depellit dicens / Non
sit scisma in corpore / prius si cu-
piris heresim zizanias [illegible]

Non sit scisma in corde si quietis
vitam eandem reformare / non
sit scisma in corpore / si desidera-
tis animas precipuum integrare /
Quantum igitur ad primum attinet
patres / si spiritus sanctus totam cor-
poris ecclesiastici magnitudinem
dirigat atque informet / totusque
ut sic dixerim diffusus per ar-
tus hanc agitet molem et ma-
gno se corpori misceat / Sic ille
poeta dixit id tamen huic corpori
accidere videmus quod et itali
evenire / phisici dicunt ut anima
scilicet incorrupta et integra membra
sepe aliquo morbo laboret / Quod
ex replicata egritudinem quam accidere
medici disputant / Omnis enim humani
corporis langwor aut est membro-
rum consimilium aut officialium aut ex
utrisque constitutorum / Constare autem
cuilibet verum arbitror patres docti-
ssimi quid consimilium aut officia-
lium membrorum nomine intelligi
debeat / Illa consimilia membra
sunt / in quibus toti et partibus eadem
denominatio datur / ut si quis car-
nem nervum os et huiusmodi dixerit /
In officialibus autem toti et partibus
una nulla eadem specialis denominatio
competit / ut oculus manus pes
et eorum consimilia / Egritudinem
itaque consimilium membrorum illam
dicunt medici esse animi variata
proportione calidi frigidi sicci et hu-
midi qualitatum primarum adversa
dispositio inducta / Tum vero
officialibus membris langwor
aliquis accidit / hunc autem in forma
aut in situ quantitate aut impositione
evenisse contendunt / Ex hiis que
diximus quid et de membris mis-
ticis intelligi debeat non erit diffi-
cile cognitu hec omnia translata quan-
dam significatione mistico corpori
convenire invenio / Habuit hoc corpus

membra consimilia habuit officia-
lia / hec ex utrisque composita /
Eo enim tempore quo dei ecclesia prima
rudimenta christiane religionis
acceperat consimilium membrorum
formam preferebat / erat enim eorum
cor unum et anima una in deo /
nec dicebat eis aliquid proprium sed
essent eis omnia communia / Sic actus
in scribit [illegible] / Officialia vero
membra tunc gratia habuit / cum
auctore et opibus crescere ceperat
aut cum prelatis ordinibus et iuris-
dictionis usum auctore publica re-
ceptaverat / Quod a Silvestro
ad posteros quosque romanos ponti-
fices processit / Sic hystoria pro-
dicit / Et in canone penitentiali xxiii
q. viii / Tributum huius mistice
membris varia diversaque morborum
genera contigerunt / Morbum au-
tem non aliud nisi beati Augustini Aug.
similitudinem quam hereticam pravitatem
intelligo / Idem eciam sanctus Ieronimus Ierom.
sensisse videtur qui hereticum
hominem putride carni comparavit /
Enumerare autem singulis nominibus omnia
illa vobis patres ex pone esset quod
iocundum si vacaret tempus non haberet /
Istud Augustinus in libro quem de he- Aug.
resibus accuratissime scripsit / nec
a se nec ab alio quoque enumerare omnes
hereses satis exploratum fuisse
existimavit / Cumque Filaster
Brixiensis Episcopus centum et
xxviii quia heresium usque ad iam
suam etatem contigisse commemo-
rat / Cogitare itaque facile po-
testis patres Reverendissimi quot
errorum zizania in agro dominico dis-
seminati postea fuerint si Filaster
centum et xxviii nomina
recensuit / que Augustinus sequens libro Aug.
de heresibus scripserat / Hec membra
ut sic dixerim hereticorum silva
et a beatis apostolis sacris Con-
ciliis sepe quoque pluribus conculcata

Ysidorus

dissipataque dicatur penitus in-
sacari non potuit / Nam beatus
Ysidorus postquam quinquaginta et
septem heresum capita numeraverat
illas omnes dicat a sanctis apostolis
et patribus ac sacris conciliis
fuisse condempnatas / quod qui volet
facile sciet si verum temporum suc-
cessiones et ordinem repetat
Nam menandriani ac satur-
nini magni dyaboli laquei cum
symone mago principe illius
heresis a beatissimo petro apostolo
condempnati sunt qui eundem et
eius pecuniam in perdicionem abie-
cerat / qui vero simoniace officio
satisfactum iri arbitrantur
si quisque rem solam privatam
curaverit quod adiectis heresis auctori-
bus anania et saphira hor-
rendo interitu condempnantur
quos ambos idem petrus subi-
ta morte multaverat / Sic etiam
in v capitulum est / Nicolaitarum
vero impudentem lasciviam Jo-
hannes in apocalipsi cum ad ephe-
sina ecclesiam scriberet reprobavit
Nam et si priorem caritatem
in ea ecclesia amisissam conqueratur
in hoc tamen illam dignam com-
mendacione dicit quod Nicolai-
tarum impudiciam fugerit / hoc
habes inquit quod odisti facta
Nicolaitarum / Illi vero qui
connubiis detrahunt et omnes
legittimi thori turpitudinem putant /
qui causa apostolos se vocare
presumpserant / beati pauli apostoli
sententia condempnantur qui ad Col-
locenses scribens precepta quibus
coniuges omni reprehensione carent
tradiderat / Mulieres inquit viris
subdite estote sicut oportet in domino
/ et alibi / Viri diligite uxores
vestras sicut et Christus dilexit ecclesiam
Et hec quidem in prima etate

ecclesie contigisse invenio / Cum
autem membra officialia ecclesie cepe-
runt alius pestilencius morbus
irrepsit / Arrius siquidem alex- Arrius
andrinus de forma ecclesiastice capi-
tis est de plena essentia dei
filii secundum augustinum inique sensit
sanxerat et predicaverat deum
ipsum esse alium non a patre ma-
ximam religionisque pestem effudit /
Macedonius vero de unitate divi- Macedonius
nitatis sinistram ferens de spiritum
sanctum filium patris ac filii multa
corrumpat / Nestorius quantitate
minuit / Cum ipsum salvatorem
ad annum cum dimidio distulerat
quid ipse sciebat si interim moreretur
an ad annum cum dimidio presentem sana
tus esset / Sed presentia sua multum posse
prodesse fatemur / Sed si adesse propter
infirmitatem non possit an propter infir
mitatem pape infirmitas Ecclesie tam
periculosa negligetur magne fuerunt heresis
Arrianorum Nestorianorum Manicheorum
Donatistarum et multa alia difficilia
pericula suis temporibus in Ecclesia imminebant
Et nichilominus iussit summus pontifex
per suos legatos Concilia celebrari
Dicitis cum magna et matura deli
beracione dissolucionem factam esse si
longa et matura fuisset debuisset in
tere huc ad sacrum Concilium et sacri
teramque sic facere expediret / quis melius
in rebus agendis deliberarit an presentes
an absentes facta Concilii et harum
prium magis innotescebat nobis quam aliis
et propter reverenciam sacri Concilii catholica

p[illegible] [illegible] ewangelio

repentatem etiam et matura deli
berationem excludam | Concilium co
sili oportebat non alienos | Sed au
divimus aliquos quod reverenerabilibus
dominis Romane curie cardinalibus
contradixisse | Aliquos autem nunc dia
se fuisse commentos et cum melius
de veritate informatos apte contra
dicere | Audivimus fuisse tunc et nunc
multo maiorem murmuracionem in curia
de hac dissolucione qua plurimi
et fere omnes qui in curia non habet
bonorum virorum huius factum dis
solucionis dampnat | Omnes qui con
sule cardinales quasi principes
et populi et qui bonum curie cu
piunt Concilium laudat et disso
lucionem reprobat | Cause etiam
in bulla dissolucionis expresse cum pa
ce dictum sit non sic se habent pro
ut per nostros ambasiatores sue sancti
tati intimavimus qui etiam tot et
tanta quod ipsa dissolucione si effectum
habuit scandala sequi dixerunt quod
durum etiam cor lapideum mollire
debuisset | Sed quoniam nunc constat
causas ipsas veras non esse cur non
mutat propositum cur pro perturba
cione | Distat hic locum vicinum Bo
hemis distat ille locus a praga per
xv dietas sunt civitates et principes
intermedii potentissimi | Civitas ista
fortissima fluvio Reno et menibus
omni hathore munita et per illa etiam
libera queritur via ad xx miliaria
Almanie gallicane in istis partibus
ille metus est de exercitu pragensium
qui Rome putat | Sed vera nos esse ita
improvidos quod si hic locus tam vici
nus esset Bohemis quod merito timendus
foret hic mansissemus aut maneremus
Sed non vera nos habuit | Sed vera ex
ercitum hostium in portis Rome nec
timuit nec recessit et hic timet
inimicos per quindecim dietas longinquos
quos inter alias dissolucionis causas
hic esse dictis | quod Bohemos vocave
rimus eo modo quo modo sancti sua
sustinere sine offensa non potuisset
vel detractione dampnacionis in eo
alio Constan facte | vocacio ista
non potest sustineri sine offensa
et detractione Concilii Constan |

Sed dissolucio Concilii bene
potest sustineri | Concilium Constan
mandat fieri concilium | fieri autem
cum effectu intelligit non prorogari
tempus non mutare locum cum
omnia ista sit et nichil de hiis di
cunt calumniamur quia vocamus
Bohemos | Numquid in decretis
Concilii Constan scriptum invenie
tur quod ecclesia eos non vocat ad
instruendum et informandum
convocare | Non miramur si
quod dictis oratoris nostri occasio sump
ta est ad dissipandum Conci
lium cum quidem quod nostris pressi
mus litteris ibidem factum esse
videamus | Utinam propter ho
norem summi pontificis hec causa
in bullis suis non inseruisset
videlicet quod hiis vocatis fuerit iniu
ria auctoritatis apostolice sedis sa
crorumque Conciliorum et decre
torum sanctorum patrum ac sta
tutorum legum imperialium |
Sed valde mirandum est quod in
eisdem bullis idem dampnatur et ap
probatur | Quia audiencia concessa
Bohemis reprobatur cum grecis con
ceditur | Cum et hii et illi ab
unitate ecclesie recesserint | Conci
lium Bononie per illos indica
tur Concilium Basilien per
Bohemos et alia multa vicia iam
dissolucio procuratur | Cum bo
emica heresis periculosior sit ad
illam occurracionis forent intenden
dum Mirandum est si verum
sit dictum venerabili archiepiscopo
Gneznensi concessam esse facul
tatem per summum pontificem
audiendi Bohemos singulari
persone conceditur quod uni
verse ecclesie non permittitur | Si epistola
vestra diligenter et non ex livore
vel odio consideretur plane consta
bit non ad iniuriam apostolice sedis
apostolice nec Conciliorum Constan
et Senen | immo ad honorem
et reverenciam eorum factam
fuisse vocacionem | Vocavimus
enim ut in eadem unitate

Concilium Constantie
precipit concilium fieri
sine mora

Archiepiscopo Gneznensi
data potestas audiendi
Bohemos /

nobiscum coniungantur et ut qui
a nobis aliquamdiu divisi fuerant
iterum in caritate et unitate no-
biscum reconcilientur si hoc fieri
poterit ad quod nos laboramus
cedet procul dubio ad honorem
sedis apostolice ipsam enim vere
reverebuntur quia usque nunc contempse-
runt | Sed ad gloriam Conciliorum
Constanciensis et Senensis quia illam
fidem et ritum quem in hiis Conci-
liis declaratus est quia usque nunc
non tenuerunt amodo tenebunt
Cur ergo torquetur ad iniuriam
quod cedit ad honorem nec contra
decreta sanctorum patrum nec
contra leges canonicasque ac
civiles huiusmodi vocacio facta
est sive asserere volumus eos
vocatos ad instruendum sic vocatum
est sive ad disputandum sive
ad instruendum nemini dubium est
quin opus ipsum sit meritorium et
prelatorum officio necessarium | Si ad dis-
putandum et ad hunc finem ut
veritas et reducatur cum eadem non
sit similiter est opus pium et lauda-
bile ut inquit Paulus apostolus ad
Titum Oportet episcopum etc. Et sub-
dit ut potens sit exhortari in doc-
trina sana et eos qui contradicunt
arguere | Immo pernimium periculo-
sum fuisset denegare audienciam
Bohemis quam ubique locorum
divulgabant se postulare et eis
non concedi ob hanc causam quia
eorum articuli erant ita manifeste
veri quod nostri episcopi et sacerdotes
non poterant eis respondere nec
cum ipsis conferre audebant propter
quod scrupulus non parvus in
cordibus hominum presertim simplicium au-
diencium erat exortus | Omnis
autem scola theologorum ca-
nonistarum et legistarum affir-
mat eam disputacionem de fide
que non sit causa perfidie vel
tumultus vel ut in dubium
revocet | Sed ad instruendum
vel clarius patefaciendum veri-
tatem vel confirmandum vel

Scola theologorum
dicit de fide dispu-
tare ad instruendum

confirmandum hereticos seu infideles vel
confirmandum catholicos fore licitum
Immo beatus Thomas secunda secunde
dicit in casu simili sic est noster
Et quando simplices vexati sunt sol-
licitati aut pulsati ab infidelibus
vel hereticis corrumpere intendentibus
in eis fidem tunc necessarium est publice
disputare de fide per hoc enim
simplices firmantur | Et tollitur ab
infidelibus scilicet decipiendi facultas |
Alioquin taciturnitas eorum qui resistere
deberent pervertentibus fidei veritatem
esset erroris confirmacio | Unde beatus
Gregorius quod sic incauta locucio in errorem
pertrahit | Ita indiscretum silencium
ad eos qui erudiri poterant in erro-
re delinquit | Constat autem alia-
nos per libellos et per epistolas Boe-
morum sollicitari ut errores eorum
sequantur allegando ad eorum per-
versum sensum multas auctoritates Augu-
stini beati Thome et Gregorii Si
noluissemus confirmare errores Boemo-
rum in hoc casu denegassemus illis
audienciam quid ad hec respondebunt
nostri calumpniatores hoc etiam sepius
fuisse actum per sacra Concilia et
sanctos patres legimus cum hereticis
vel infidelibus etiam prius dampnatis
Silvester in Concilio Romano publi-
ce disputavit cum duodecim Scribis
Iudeorum quibus et per Christum et apostolos
per tot annos ante veritas christiane fidei
predicata fuerat | Et in ea disputa-
cione dati fuerunt iudices duo gentiles
Craton et Zenophilus Beatus Atha-
nasius publice disputavit cum Ario
cuius error prius in celeberrimo con-
cilio Niceno dampnatus fuerat | In
qua disputacione sedit arbiter qui-
dam nomine Probus gentilis homo
In Synodo Calcedonensi orthodoxi
disputaverunt cum Nestorianis dudum
in Concilio Ephesino dampnatis | Et
post multa inter eos fuit conventum
ut unus oraret secundum fidem nostram et
ille secundum fidem suam | Et carta quedam
in qua et utraque fides et illorum

Grego(rius)

Silve(ster)

errores describentur super corpus Christi Eutice ponetur ut deus veram fidem monstraret quod et factum est/

Item licet error ille qui asseruit Christi unius duntaxat nature fuisse prius esset dampnatus tamen in Concilio Constantinopolitano in quo presedit sanctus Episcopus Flavianus Eutices qui hunc tenebat errorem fuit ad synodum vocatus et plene auditus et secundum auditus disputatum fuitque per acta precedentium Conciliorum convictus

Item licet error quem tenebat Luciferianus fuisset ante dampnatus

nichilominus beatus Ieronimus disputavit cum ipso et per acta precedentis Concilii convicit/ Omnes errores Donatistarum scismaticorum Arrianos olim in Concilio Niceno dampnati fuissent nichilominus fuit congregata synodus Carthaginensis et ad eam donatiste per plurimos Concilii vocati sunt et inter alia ratiocinationes ista sunt haec ergo pacificum et ex caritate vocacionem venientem contempnere non debetis et si quid veritatis nos habere putatis minime non dubitetis asserere/ Sed et congregato nostro Concilio delegatis a vobis quibus causam vestre assercionis committatis/ Hoc et nos possimus hic fieri ut etiam de concilio nostro delegantur qui cum eis quos delegeritis constituto loco et tempore quicquid est quod unitati a nobis scripsit commonem cum pace discutiat et tandem adiuvante domino deo nostro vetustus error accipiat/ Beatus etiam Dominicus et xii abbates in partibus Tholosanis cum Albigensibus quorum errores fuerunt dampnati publice disputavit apud Pamiam Rome sub Iudicibus deputatis

Sed ideo calumniari videmini Bohemos quia non ad recognoscendum errorem sed submittendum se pertinacie tunc etiam veritatis investigandi sunt vocati per Hussitis favorem et auctoritatem fidelibus non ambiguitatem et perplexitatem prestare videtur/ Cur sic partem epistole ita non veritatis et totam Cur etiam addidistis ubi addendum non erat/

Cur sic post verbum audietis et vos

Addidistis respondentes Cur non addidistis insulientes et informantes etiam principium epistole dicit nichil tamen cum actis nostris obstatur quin ut nos in eadem vobiscum communicamus fide hinc satis innuitur de quo damus operam ut vobiscum concludamur in eadem unitate per unitatem divinam ferat et eam opus sit ut recuperet

Item et verbum illud forsan displicuit vobis aliquamdiu Deus in ecclesia permisit Ac verbum illud quia leticia erit in celis si vos qui aliquamdiu fuistis divisi iterum in unitate et caritate nobiscum reconcilietur hoc apte indicat nostrum eis ac reconciliari nobiscum ex quo necesse oportebit recognoscere errorem Verum etiam id

sentimus quia nos celestis paterfamilias bonum fidei semen seminaverat sed venit inimicus homo et superseminavit zizaniam hic manifeste demonstrat eos a veritate errasse ac necessarium fore ut superinfundat vos gratia spiritus sancti Forte molestum est vobis verbum illud ipse spiritus sanctus astabit medius iudex et arbiter quid in ecclesia dei agendum et tenendum sit/ Et forte

verbum illud adiecit plane spiritus sanctus in cuius nomine congregata est hec sancta synodus Qui extitit dux et rector Concilii presertim illuminans corda hominum ut viam ambulent caritatis et pacis Nobis autem est gratissimum et suavissimum Christum nobis iudicem et ducem constituimus quem nobis dedit Christus dicens/ Cum autem venerit spiritus sanctus paraclitus quem ego mittam ipse vos docebit et suggeret omnia que dixero vobis/ An spiritum sanctum vos hic iudicem indignamini an potius hominem quem dici vellet elegissemus iudicem Nunc in principio sermonis nostri dicere presumpsit ne spiritum sanctum contristaret blasphemia esset si quis negaret spiritum sanctum dictasse sacros canones et decreta Conciliorum

In Actibus Apostolorum hoc poterit audire Cum dixerunt apostoli iudicantes non esse servanda legalia Visum

Leo papa

est spiritui sancto et nobis. Leo papa inquit: Sanctorum patrum canones spiritu dei conditos et totius mundi reverencia consecratos. Et ysidorus: Et si qua sunt alia concilia que sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt. Si spiritualis homo iudicat omnia secundum apostolum, quanto magis ipse spiritus sanctus per quem homo accipit ut sit spiritualis. Quid est dicere consultabit me dominus iudex et arbiter nisi ipsamet sinodus erit illa que iudicabit et arbitrabitur. Non enim aliud iudicare et arbitrari poterit quam quod spiritus sanctus suggeret. Quid itaque aliud est dicere consulabit iudex nisi quod iudicabit in hoc concilio prout iudicatum est in Constancia. Nam cum sentencia illa condempnacionis hussitarum spiritu sancto dictata fuit et ipse nesciat variare sentenciam utique cum idem sit in conciliis quibus ipsum hoc veraciter iudicabit quod in illo. Si quis autem obiecit quod iam iudicatum iterum iudicabis, dicendum est quod cum fiat ad salutem proximorum non est inconveniens idem repetere. Professio enim fidei catholice facta in concilio niceno in plerisque sequentibus conciliis repetebatur. Quociens enim necesse est totiens iterum veritas apparere debet et ad dicendum et instruendum. Non omnes eodem tempore spiritus sanctus illuminat. Sed ubi vult et quando vult spirat. Qui in uno concilio illuminacionem non acceperunt dono spiritus sancti forte acciperent in alio. Et ut necesse est sepe frequentari concilia ut heresis que uno tolli non potest tollatur in alio. Neque enim heresis arriana vel alia eodem tempore extincta fuit. Illuminabit igitur ut speramus spiritus sanctus corda boemorum in hoc concilio et ostendet ipsis quid tenere quid agere debeant in ecclesia propter quos hoc verbum dictum est et propter eos et propter alios errantes dictum est quod orabimus ut spiritus sanctus illustret corda eorum

ad cognoscendum amplectandumque veritatis et unitatis semitam. Non enim omnes de populo christiano sicut sunt aliqui boemi et alii errantes cognoverunt adhuc et amplexi sunt veritatem et unitatem. Cur nobis molesti estis quod iudicem elegimus spiritum sanctum. Si beatus Silvester disputavit cum Iudeis sub duobus iudicibus gentilibus. Si Athanasius cum Ario sub uno iudice pagano. Si orthodoxi cum nestorianis sub iudicio corporis mortui sancte Eufemie. Si concilium Carthaginense requisivit donatistas et illa contumacia eciam voluit aliquos utrumque eligendos. Si beatus dominicus cum albigensibus sub eciam duobus cur nobis non licuit eligere iudicem spiritum paraclitum. Miramur autem putantes non in materia huius audiencie dandam sit danda esset secundum beatum thomam nullo modo racionem congruit. Nam sicut in loco ubi non est nota heresis disputare periculosum est ita ubi notata et homines ab hereticis infestantur ad declaracionem necessarium videtur. Miramur vero dicatis quod ista revocacione prestatur fidelibus ambiguitate vel perplexitate miramur unde hec admiracio vestra proveniat. Cum quod hoc non ambigui vel perplexi sed forciores ac firmiores populi almanie facti sunt videntes vestram constanciam et fidei firmitatem invocando illius magnique ephilitatis sunt sperantes ex hoc illis ecclesie reconciliandos. Duo autem scelestissima capita huius heresis que commemorate nomine tamen ultimo supplicio tradidi sunt. Si omnes heretici talem fauorem habuerint pauci fierent heretici. Que autem sint ille plures et graviores cause que prebuerunt occasionem dissolucioni nescimus. Si personam summi pontificis tamen respicient per hoc non debet periclitari status ecclesie. Si autem etiam eque fuisset intimare concilio quod representat ecclesiam ut provideret. Hoc autem scimus quod hic est plena et omnimoda libertas ac securitas dolentes refertis quod dissolucioni presense non

non paruimus et mandata apostolica per
nos spreta sunt. hoc ideo fecimus quia
deo magis quam hominibus parere oportet.
Sancta mater ecclesia cui quilibet parere
debet nos legittime congregauit ut tol-
lendis deformitatibus heresum bello-
rum ac viciorum que plurime sunt
in populo christiano efficaciter intenderemus
ne ecclesiam et christum ecclesie principale
caput contempnendum perseuerandum de-
cernimus in ope nostre iudicio | Exposui-
ssemus fidem orthodoxam religionem
omnemque denique ecclesiasticum statum periculo
ruine et excidionis si sic dissolucioni
precise paritum fuisset | quemadmodum
oratores nostri nouissime sanctitati sue
latissime exposuerunt | Septimum c. in
sexta synodo Constantinopolitana
Cum leditur fides parentum reuerentia
velut inutilis et periculosa despicitur
et amor erga filios fratresque vitatur
Ad postremum etiam super ipsam vitam
mors potius a piis viris eligitur
ut meliorem resurrectionem consequantur |
Potius autem nobis dolendum foret
sicut et mundus dolet quod talia atten-
tata sint aduersus hoc generale Concilium
Et contra vtilitatem ecclesie Constantiensis or-
dinacionem Cui cum summus pontifex
obtemperare teneatur huic penitus su-
biacet quas contra inobedientia statu-
tas esse dicitis | Sed ne precise di-
ssolucioni paruimus quia eam fieri non
potuisse constabat | Nam et si magna
sit pape potestas id tamen sibi fa-
cere non licet secundum communem omnium
sententiam vnde vtilitatis ecclesie status tur-
betur et periclitetur aut deuoluetur
Sed cum | iudicio omnium ac vero ecclesia
hunc vtilem reformacionem necessario indigeat
immo istud Concilium quod ad hoc
institutum est dissoluere non licuit
Impediret enim heresum extirpacionem paci-
ficacionem populi christiani et deformitatum
correccionem | Vnde in prima sessione sacri
ante dictam dissolucionem precisam dif-
finitum est quod procurans hoc Conci-
lium impedire dissoluere prorogare
vel mutare seueriter puniatur et

procedatur contra eum tamquam contra
pacis perturbatorem Cum quod hoc
predicta bona impediri videantur
Nec pape potestas est decretum illud
Constanciense quod nequaquam frequens abolere
vel taliter agere quod dispositione sua red-
datur inutilis vel frustratoria | Cer-
cium contra mentem ecclesie que illud de-
cretum edidit pro vniuersali ecclesie sta-
tu conseruando contra quod papa non
dispensat | Statim aut tollere Con-
cilium ut ceptum est nil aut aliud vide-
tur quam non celebrare | Immo multo de-
terius propter graue scandalum quod
in ecclesia nascitur ex tali ludibrio |
Et aut pro vtilitate ecclesie statu conser-
uando ipsum decretum editum sit
ex confectione verius liquet | Dicit enim
frequens generalium Conciliorum
celebracio agri dominici precipua cul-
tura est que vepres spinas et tribu-
los heresum et errorum et scismatum
extirpat excessus corrigit deformata
reformat et vineam domini ad frugem
vberrime fertilitatis adducit | Illorum
vero neglectus premissa disseminat
atque fouet | Propterea nullo facto ex-
tollerare debet | Immo se usque ad
animam et sanguinem opponere ne
tale hostium expiatur et tam vti-
le toti christianitati statutum euane-
scat | Ex mente eciam dicti decreti
videtur dissolucionem predictam non pa-
tuisse | Vult enim quod in fine cuiuslibet
Concilii locus futuri Concilii indi-
catur per mensem ante approbacionem et
consensu Concilio et sic non debet
dissolui nisi prius consenciente Conci-
lio locus per mensem ante prefuturo
Concilio electus sit | Item cum ha-
beatur in dicto decreto prorogacio
multo magis videtur prohibita dissolucio
plus enim est auferre quam differre
prorogacio dissolucionem includit dis-
solucio perempcionem | Et licet mutacio
certo modo conceda dissolucio non |
hoc autem quod fecit papa dissolucio
prius fuit non mutacio loci | Item
loci mutacio ex causa conceditur
pro ad concilium futurum Dicit

[illegible] concilium mutare non potest /

eiusdem textus decreti / Locum autem
pro futuro concilio absque evidenti
causa non mutet non tamen concedit
mutari posse sine consensu concilii
actu congregati / quia de ipso dis-
ponere ad ipsum concilium pertinet
Nam si ad concilium spectat facere
reformacionem super capite et mem-
bris Ad ipsum eciam videtur specta-
re de hiis sine quibus reformacio
fieri non potest Et an locus refor-
macionis continuandus sit vel muta-
dus Item si actu congregato con-
cilio locus pro futuro concilio eli-
gi debet consenciente concilio
quanto magis pro ipso concilio iam
congregato mutando vel transferendo
ad alium locum / Cum enim certa
forma per hoc decretum indicatur
pape ipsam servare tenetur Alioquin
frustra ipsa lex indiceretur / proba-
tur eciam alia racione dissolucionem

Secunda racio quare papa concilium dissolvere non potest /

non valere / Cum predictum est
quod papa teneatur obedire statutis
ordinacionibus et preceptis cuiuscumque
concilii in hiis que pertinent ad fidem
scismata et reformacionem ecclesie in ca-
pite et in membris et si non obe-
dierit puniri potest / Constat in hiis
casibus ipsum fore inferiorem con-
cilio et concilium maius eo cum
possit reformare mandare statuere
et punire / Inferior autem legem
superioris tollere non potest nec ipsum
suum superiorem destruere vel an-
nichilare / Alioquin implicaret evi-
dentem contradiccionem tenetur
obedire et non tenetur quia potest
dissolvere / Cum ergo hoc concilium
congregatum sit propter predictas
causas et inter alia statuerit sub
magna pena ne quis procuraret
dissolvi vel mutari ipsum / pre-
cipuum illi obedire teneatur nullatenus
dissolvere potest / Alioquin si potest dissol-
vere non tenetur obedire / Ex quo
manifeste infertur quod aut decretum pre-
dictum non valet aut dissolucio
quia sibiinvicem contradicunt

[illegible] racio

Preterea ante tempus concilii
Constanciensis nullum dubium erat quod
congregato concilio super facto fidei
contra papam papa illud dissolvere
non poterat / quia si potuisset dissol-
vere potuisset non iudicari quod tamen
sibi non licebat / quia in fide demum
potest per concilium iudicari / Ergo sic
in isto casu sic et dicendum est iure
congregato concilio super reforma-
cione generali in capite et in membris /
Quia isti tres casus fidei scismatis
et reformacionis sub eadem declaracione
concilii Constanciensis continentur / quod
non solum scripto declaravit concilium
Constanciense sed eciam facto / quia Benedictum
propter scisma Iohannem xxiii propter
deformacionem vite deposuit Et si dica-
tur papa potest congregare concilium
propria auctoritate ita eadem eciam potest dis-

Racio prelati

solvere / Respondendum quod tempore quidem
ante enim concilii congregacionem concilium
non est / Sed ut primum congregatum est
statim potestas illa ecclesie que est inmedi-
ate a Christo et quam concilium representat
transfundit in ipsum concilium que potius
continuatur in eo etc ipsum concilium
sit supra papam et auctor alios / quem-
admodum si quis hoc subiciat se alicui
postquam subiectus est non potest se ab ea
removere subieccione nec potestate sui superioris
dissolvere sine ipsius superioris consensu /
quia quod a principio fuit voluntarium
ex post fit necessarium Et hoc modo intelligenda
sunt dicta dicencia quod concilia per
Romane ecclesie auctoritatem fiunt
et robur accipiunt / Robur enim ut concilia
accipiunt ut congregentur non ut congregata
potestatem iudicandi et statuendi a papa
consequuntur / Si quis forte dixerit in

prelatorum dubium

conciliis intelligatur excepta auctoritate sedis
apostolice papa non subicitur / Respondere
illud verum quod persona pape specialiter
non includitur / Sed si specialiter inclu-
deretur non posset excipi / quia esset
contradictio / Sed in decreto concilii
Constanciensis specialiter dicitur / quilibet eciam
papali dignitate tenetur obedire
preceptis concilii / Si autem predicta

Dissolucio non valuerit clare deducitur decreto 2e sessionis Concilii Constan. in qua fuit diffinitum eciam ante processum inchoatum contra Johannem, quod dominus Johannes papa eius Romanam curiam et publica officia illius seu illorum officiales de Civitate Constan. ad alium locum non mutaret aut transferret seu personas dictorum officiatorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogeret sine licencia et consensu ipsius sancte synodi et hoc quo ad illos officiales et illa officia per quorum absencia Concilium verisimiliter dissolveretur vel lederetur. Et si contrarium fecisset vel faceret in futurum ac quos processus seu mandata contra dictos vel alios quoscumque illi sacro Concilio adherentes et censuras ecclesiasticas aut alias penas ut ipsum sequerentur fulminasset vel fulminaverit, esset totum irritum et inane nec eisdem processibus censuris et penis tanquam irritis et inanibus quomodolibet obediendum fore. Si ergo papa non potest privare Concilium aliquibus suis suppositis per quorum absencia verisimiliter Concilium dissolvetur vel lederetur. Multo minus potest privare Concilium se ipso et ipsum annichilare. Si non potest facere aliquid unde verisimiliter Concilium dissolvetur vel ledatur. Multo minus potest ipsum Concilium directe et expresse dissolvere vel ledere. Nichil ergo videtur huic racioni posse respondere. Item Concilium Constan. declaravit in eadem sessione quod si privaciones vel translaciones personarum pertinencium in ipso Concilio vel adherencium facta fuisset in lesionem Concilii per Johannem a tempore inchoacionis eiusdem Concilii esset irrita et inanis. Ecce quod declaravit nullum quod sit in lesionem Concilii. Et advertendum quod hec duo capitula loquendo de penis inflictis et censuris fulminatis et privacionibus factis in preteritum ante tempus sessionis oportet intelligi per modum declaracionis esse irritas et eas tanquam irritis et inanibus non esse obediendum. Alioquin si valuisset non fuisset declaratum nec fuisset cumulate. Nam secundum regulam Juris factum legittime retractari non debet, casu si ad eum casum deveniat a quo incipere non posset. Item in eadem sessione fuit pronunciatum recessum dicti Johannis de Constan. fuisse illicitum et apud Deum et Concilio dicto notorie scandalosum. Si ergo recessus qui verisimiliter et presumptuose tendebat ad dissolucionem fuit declaratus illicitus, quanto magis apparet expressum actum dissolucionis esse illicitum. Tam igitur luce clarius constat dissolucionem non valuisse. Quo circa mirandum non est si non paruimus. Magis autem mirandum est quod statuta universalis Ecclesie pro tali bono et cum tanta maturitate promulgata ita leviter infringant. Utinam qui sedet in sede Petri legeret aliquando acta predecessorum suorum a talibus profecto abstineret. Inquit beatus Greg. Si ea destruerem que antecessores mei statuerunt non constructor sed eversor esse iuste comprobarer. Item absit a me ne statuta maiorum sacerdotibus meis infringam, quia michi iniuriam facio si fratrum meorum iura perturbo. Item Leo papa Que ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem nulla commutacione varientur nec ad privatum trahantur commodum que ad bonum commune sunt prefixa. Item Gelasius papa Confidimus quod nullus iam christianus ignoret uniuscuiusque synodi constitutum quod universalis Ecclesie approbavit assensus nullam magis exequi sedem pre ceteris oportere quam primam que et unamquamque synodum sua auctoritate confirmat.

Factum legittime retractari non debet

Greg.

Leo pp.

Gelasius pp.

et continua moderacione custodit / Cu-
stodire igitur habet et non tollere.
Vrbanus papa — Item Vrbanus papa / Sunt quidam
dicentes Romano pontifici semper
licuisse nouas condere leges quod et
nos non solum negamus sed eciam
valde affirmamus / Sciendum vero
summopere est / quia inde nouas le-
ges condere potest / vnde Ewangelio
aliquid nequaquam dixerunt vbi vero
aperte dominus vel eius apostoli et
eos sequentes sancti patres sentencialiter
aliquid diffinierunt / ibi non no-
uam legem Romanus pontifex
dare sed pocius quod predicatum est
vsque ad animam et sanguinem confir-
mare debet / Item Zozimus
Zozimus papa — papa contra statuta patrum condere
aut mutare nec huius quidem sedis
potest auctoritas / Apud nos enim inconuul-
sis radicibus viuit antiquitas
cui per decreta patrum tribuerunt
reuerenciam / Item Leo papa Nos
Leo papa — permittente domino pastores hominum
summus esse ut preceptis siue
in sacris canonibus siue in mundanis
aspicere legibus contendere minime
debeamus / Contra statuta quip-
pe agimus saluberrima instituta
si quod ipsi domino statuerunt eo-
rum intactum non conseruamus / Et
quod Concilio Calcedonensi a sanctis pa-
tribus in vnaquaque synodo vsque
nunc per latas regulas tenere con-
stituimus / Cum autem subiectorum de
aliqua vero synodo aliquibus du-
bitacio nascitur ad recipiendum de
eo quod non intelligit racionem ad aposto-
licam sedem conueniendum est quia
non fuisset errare / Nam de Con-
stanciensi synodo aut eius decretis
nulla est dubitacio / Synodus
illa autentica est et catholica decre-
ta eius autentica sunt et ita cla-
ra et intelligibilia nec vlla ege-
rant declaracione / Ista autem sy-
nodus legittime inchoata est et
legittime consummata / Si autem

aliquid de intellectu gestorum illius
synodi dubitacio oriretur / cum ita
modo congregata sit que catholicam re-
presentat Ecclesiam ipsius iudicium erat ex-
pectandum / Sicut autem Gregorius ait est — Greg.
Capitulum illud ne liceat. Loquebatur
aliquibus Ecclesie particularem synodum
celebrantibus qui volebant retractare
statuta vniuersalis synodi Constantinopolitane
quod si tunc quis aliqua alia synodus vniuersalis
actu congregata fuisset et de gestis
prioris synodi aliqua ambiguitas
fuisset orta procul dubio ad illius
solius synodi determinacionem recurrendum
esse dixisset. Gregorius / et iudicium suum iudicio
synodi summisisset qui plus fecerat de
Conciliis loquens / quod dum vniuersali
consensu constituta sunt et non illa de-
struit quisquis presumserit absoluere
quos ligant et ligare quos absoluunt /
Si ista venerabiles viri recte conside-
raretis forsan vobis istud admiracione
dignum sit nos presumsisse citare sum-
mum pontificem non est presumcio nec
admiracione dignum si quod iuridice
fit nisi quis velit admirari tamquam
constanter et virtuose factum presumcio fuit
rem illicitam et scandalosam temptare.
Et quia actus erat qui notorie scanda-
lisabat et turbabat ecclesiam / Ideo
auctoritate Concilii sacri ipsum summum
pontificem obseruauimus et monuimus
vt dissolucionem presensam tolleret
ab hac sancta synodo non alienando se
faceret / Paulo superius audistis Con-
cilium Constanciense pronunciasse recessum
illum Johannis fuisse illicitum et
scandalosum optime nostis quod eciam
potest et debet et sepe consueuit cum
papa illum scandalisat eum mouere
et requirere ut desistat hoc ergo quod
egimus non ad iniuriam factum est
sed ad honorem utilitatemque Ecclesie ac
sue sanctitatis ne tollendo ab ecclesia sa-
lutem vtrisque honor atque vtilitas con-
seruantur / Sed addicio quod cum

ab augusto neqz a populo neqz ab
omni clero iudice iudicabitur allegan
do argumentacionem glo quod Conci
lium non pot iudicare papam Et si
totus mundus sentiret in aliquo ne
gocio contra papam videtur quod sine
pape standum sit / Sed glo pro et
con allegat et non se firmat et
in c. legimus quod allegatur tenet quod
statutum Concilii preiudicat statuto
pape / supius ad hoc dictum est quod
quecunqz clericum particularem papa non
iudicatur et ita textus loquitur non in
concludit eciam vlem quam qui cor
rigentem non audieriit sit tibi sicut
ethnicus et publicanus
quam auctem ead glo dicit here
ticum in papa et idem dicit in c. Si
papa Dummodo sit tale crimen de quo
possit accusari ut puta cum scandaliza
ret eciam ubi eciam dicit hoc fore
quelibet crimen notorium glo et Doc
in hac materia ante Concilium Con
stan sepe vacillabat modo vnum modo
aliud dicebat et scolastice disputan
non se firmabat / Magnum oporteret
explicare volumen si singulorum dic
ta et argumenta in medium proferre
vellemus / Preterea ad amputandum diuer
sas et contenciosas verborum cortices
Ecclesia vlis iuxta omne Constantiense con
gregata diffiniuit huic passum Et igitur
si aucs quibus quibus non preferat catho
licam et omnes homines dictis vni
us doctoris aut 2 aut quorumcunque
Cum que ecclesie et stare semper ut
supra dictum est consequentur / Sacra
enim scripturam quis preferat ceteris
doctoribus ut plena c. vo. Si in decre
tis / Omnes autem doctores dicta sua ecclesie
summittant / Si racione quibus nonne
racionabilius est illius qui errare non
pot preferri sentenciam iudicio illius qui
errare pot / Rursum ergo hic respondet
Sed Rursum poteram omnis tuarum
racionum vincula vno Ecclesie solo scandalo /
Circa vero ad dispensacionem faciendum
sup c. frequens breuiter dicendum est

non posse in eo quemquam dispensare
in quo sibi imponitur lex quam
ipse seruare debet / Si aut aliqui
Casus in hoc contingat racionabiles
mutandi locum Concilii decretum
illius optime in hoc prouidet Unde
non opus est dicere quod alias inhumana
esset constitucio illa / Addimus indi
gnum et admirantiam viuus qui
cuncunqz dignitate predictam molestari
decreto nostro sanctissimum pontificem
putamus sentire nos de dilecto
Ecclesie filio domino Cardinali
firmano tantur indurato dolenter
de re ista verbum facimus / Ipse
grauissime in publica ac generali sa
cra congregacione conquestus est
quia pouit cum honestate intol
lerabile sibi fuisse irrogatam in
iuriam petens sibi per Concilium
ministrari iusticiam quam alibi nusquam
consequi potuit / Retulit quemadmodum
a felicis recordacionis domino Mar
tino assumptus fuerat in sancte Ro
mane Ecclesie dyaconum Cardi
nalem post cuius mortem accessit
ad urbem ut vna cum aliis Car
dinalibus in electione Romani pon
tificis ut Cardinalis et elector in
teruenires / Et licet se ad electionem
admitti instantissime peteret Nichil
minus ut asseruit eo spreto et con
tempto fuit ad electionem summi
pontificis processum in magnam
iniuriam et dampnum ipsius et
sue dignitatis Cardinalatus
et in publicum scandalum tocius
Ecclesie contra bonos mores et sanctorum
patrum instituta quod actenus nunquam
auditum fuit / Asseruit eciam post
eleccionem ipsius domini Eugenii preter
sibi iam illatas iniurias cum omnibus
bonorum suorum et fructuum ecclesie sue
firmane defacto spoliacione et
quod super predictis nusquam potuit obtinere
iusticiam quam per medium non
nullorum venerabilium sancte Roma
ne Ecclesie Cardinalium prelatorum

sibi fieri petiit et requisiuit maxime
cum nec romam possit sine evi
denti mortis periculo ut asserit accedere
Patres concilii animaduertentes pre
dicta et recognoscentes quod negocium
istud esset grauissimum et merito per
concilium non negligendum maxime
ut declaretur ius ipsius an sit car
dinalis vel non ut in futura electio
ne quando sedem vacare contigerit sciatur
an sit admittendus vel non ne scan
dalum aliquod in ipsa electione vel
post oriri possit commiserunt causam
istam iudicibus concilii inquirentium co
gnouit ius ipsius duntaxat cognoscen
dum. et nec patribus concilii ma
gis de iure suo constaret legi pe
tiit copiam cuiusdam decreti felicis
recordacionis domini Martini pape quinti
ut asseruit cuius tenor sequitur et
est talis Anno domini M° cccc° vice
simo sexto die veneris nono kalendas Iu
nii Rome in palacio sancti petri
presentibus omnibus cardinalibus qui
erant in curia preterquam cardinali
Aquilegensi qui tunc infirmabatur ad
quem fuerant missi duo cardina
les videlicet placentinus et de comite
pro eius voto sciendo et ipsis consi
storialiter congregatis in forma con
sueta scrutinio precedente secrete pu
blice creauimus assumsimus et pu
blicauimus ultra cardinales eadem
die assumptos et publicatos dominum
Johannem hilardensem in presbiterum pro
sperum de columna dominicum de
Capranica electum firmanum
Julianum de Cesarinis audito
rem camere diaconos sancte
Romane ecclesie cardinales qui
hilardensis et firmanus alias iuxta
morem consuetum creati fuerant
sed ex bonis causis tunc et nunc
una cum aliis duobus volumus
publicari | Sed dicto hilardensi re
seruamus locum suum licet publica
tus non sit. Item volumus sta
tuimus et ordinamus quod si contingat

nos mori ante publicacionem dictorum
quatuor cardinalium habeantur
statim pro publicatis sollempniter etiam
quo ad electionem Romani pontificis
et ad omnia alia eciam si tituli ipsis minime
assignati non essent. Item volumus
statuimus et de apostolice potestatis plenitudine
decernimus et mandamus omnibus
et singulis cardinalibus sub pena ex
communicationis ipso facto et inhabilitacionis
actiue scilicet et passiue quo ad electionem
Romani pontificis quod in casu scilicet mortis
nostre ante publicacionem dictorum quatuor
cardinalium quod ipsi alii cardinales
teneantur et debeant infra terminum scilicet infra
diem naturalem habita noticia mor
tis predicte publicare predicta dictorumque
quatuor cardinales recipiant pariter
et admittant in omnibus ac si publicati
et admissi fuissent sicut superius est expressum
Ita fuit A cardinalis episcopus prene
stinus landensis propria manu Ita ff
episcopus Sabiensis cardinalis venecia
rum ipsa manu Ita fuit A cardi
nalis Aquilegensis manu ipsa Ita
fuit G cardinalis Senensis ipsa manu
Ita fuit L cardinalis Tirasonensis
manu propria Ita fuit B cardina
lis placentinus manu propria Ita
fuit G cardinalis sancti Martini
manu propria Ita fuit R cardina
lis de Brancaciis Ita fuit A car
dinalis sancti Eustachii manu propria
Ita fuit A cardinalis de comite
Asseruit autem predicti decreti originalem
cedulam cuius domini Eugenii tunc
cardinalis Senensis manu propria
conscriptam Addens etiam nonnullos ex
venerabilibus sancte Romane ecclesie
cardinalibus eum ingressum reclamans
deliberate ipsum admittendo ad electionem
prout in dicto decreto continetur prote
status fuisse quorum duorum protestacionem
in publica forma in dicta sacra con
gregacione legi fecit que omnia inspectis
seruatis suppositis et scrupulum maximum
in animis auctorum audiencium

Confirmatur aut a domino factum quod
isto tempore sacrum celebretur Concilium
ad providendum tam insolitis novita-
tibus. Et aut post dissolutionem
presumpserimus multa statuere et ordina-
ta promulgare. Dolemus vehementer
nos ad modicum iusticiam sacri Conci-
lii et auctoritatem Ecclesie adurere
quod ea que summa cum racione facta sunt
presumpcionem vocetis. Nos tamen equo
animo ista non recte dicta tolleravimus
et potius pati iniuriam quam reddere
volumus. Licet quecumque egimus
ita evidenter iusta sunt et licita ut pro-
bacione non indigeant. Nichilominus
cum potenti patri summus racionem red-
dere magnum aliquid nos dixisse pu-
tatis dum dicitis quod qui Romane
Ecclesie privilegio detrahunt ab ipso
summo omnium Ecclesiarum capite tradito
in heresim labitur. Idem sentimus
et nos ac multa firmius dicimus
eum summum pontificem esse caput Ecclesie
ac Romanam Ecclesiam principalem
inter alias sedes. Sed illud dum
preter laudatis obliti estis totum. Ali-
quid dum unam Ecclesiam extollitis
eam que universalis est premittitis. Si
hereticus est qui Romane Ecclesie princi-
patum aufert, quanto maior ille erit here-
ticus qui eam Ecclesiam in qua Roma-
na continetur et petrus super omnes
Ecclesias et omnes homines potestatem habere
negat. Item et hereticum illum fateri
debetis qui putat Concilium generale
et speciale Constanciense Ecclesiam catholica-
m representare, aut in hiis que ad fi-
dem seu bonos mores pertinent posse
errare. Hoc si nobiscum credatis
omnis controversia facile soluta est. Si
sedi apostolice credendum est et obediendum,
dum credite litteris apostolicis pape Mar-
tini in quibus ista continentur. Com-
memoracio nobis pene formidinem
et conscie vermiculum. Ecce advenit
tempus quod predixit propheta: Ve qui dicitis
bonum malum et malum bonum,
qui novitates induxit, qui sanctorum pa-
trum decreta infirmavit, quam hostium
bellorum et viciorum cooperatione
impedivit, qui pacem perturbat Ecclesie.

Hii loquuntur de Constanciensi concilio,
si nobis non creditis saltem exem-
plis credite, qui in Concilio Con-
stanciensi post recessum Johannis
pape remanserunt numquid contra
Constanciam fecerunt. Numquid ab om-
nibus commendati sunt et commendatur.
Nos illud idem facimus nisi quod lenius
procedimus expectantes si forte
mollescat cor summi pontificis.
Hortamini nos ad pacem et unionem.
Utinam cor vestri responderet Ecclesie
geminibus flexis ac plicatis manibus
crudele bellum quod nobis et Ecclesie
infertur tolli exoravimus. Sed que
vera pax esse potest si gladium in
volumine inferum tenetis. Desinite
prius et non recordabimur iniu-
riarum. Clamamus tollite gladium
et obliviscemur vulnerum. Pax
et unio in manu pontificis est
quam sibi dari Ecclesia postulat.
Non disgreget filios sub alis matris
sue congregatos, non dissipet oves
quas sibi commisit Dominus. Ecclesie
si quid culpe commissum est tem-
tando preceptum dissolucionem sa-
crum Concilium plurimus abolet, dum
ipse pontifex a persequendo desistat.
Tollatque dissolucionem in periculum
tendentem Ecclesie Dei dignabitur
venire, nemo erit nostrum qui pedes
eius ut petri non osculetur, qui ut
vicarium Christi non honoret, erit Con-
cilii Caput omnium ad eum respiciet,
omnes ei complacere obsequi et ob-
tinere cum Deo poterunt desiderabunt.
Postremo concluditis in duo-
bus esse differentiam, in tempore et loco,
quo ad tempus dicitis placere summo
pontifici ut non prorogetur ultra,
loci aut electionem dat nobis dum
sit in civitate ytalie Ecclesie Romane
subiectis cum personaliter velit interesse
tunc dum durate Concilio se spolia-
re intendit. Reformacionem autem cleri
germanie et reductionem boemorum
committit prefato legato et ut no-
ci adiuvamenta fiunt si hoc fructuosum

Concilium habita est pace tractat ad Eugenium

In duobus generaliter esse dissensio, inter Concilium et papam

quam sine intervallo ad Conci-
lium profiscisci postimavimus quod si
complementum rerum huiusmodi per
nos et per dictum legatum fieri
non posset reliquum quod ad perfectionem
spectabit supplebitur in Concilio ge-
nerali quod tamen quod hiis verbis mitti-
rimus Dominus Eugenius non solum
non reputat hic Concilium sed neque
quod velit ullo pacto hic celebrari
Concilium sed dat nobis electionem
loci in ytalia in quo futurum cele-
bretur Concilium / Et si sit legitimum
// hec Concilium quemadmodum evidenter / firma-
ntur arbitramur esset tam saluti
anime sue quam utilitati Ecclesie ut
sua sententie dissolucionem tollat sim-
pliciterque recognoscat Concilium
et illi tota mente adhereat / hic ergo
pp qualiter non sit dissolvendum inlatenus permitti possit / tum quia fieri
non potuit, tum quia notorie scan-
dalisat Ecclesiam tum ne futuris temporibus
detur occasio abolendi et frangendi quod
ita est in Ecclesia dei nam sic acephala
in capite sine dei et ecclesie gravi of-
fensa dissolucioni presenti consentire
non possumus / Nam preter alia
mala que predicta sunt / hec inde seque-
rentur quia fateremur etiam errasse
que hic indicavit dissolucionem fieri
non potuisse / Abrogaremus etiam
decretum Constantiensis Concilii non
solum de modo celebrandi concilia
sed etiam de Conciliorum potestate /
Hoc enim decreto ut persepe dic-
tum est papa Concilio non Conci-
lium pape subiacet / quo autem ad loci
mutacionem magis quod allegatis est
pape debilitas que prohibet ipsum
huc accedere / Et tamen interesse Con-
cilio necessarium reputat / Si Bononiam
accedere poterit et basiliam poterit
Et si paululum plus temporis itinerando
expendi oporteat non est cure / Alio-
quin futuris temporibus propter infirmitatem
pape oportebit / Concilium ad locum
residencie pape transferre plura Con-
cilia et de gravissimis rebus papa
absente quam presente celebrata sunt /
Ipse etiam Dominus Martinus licet
gravissime esset infirmus tempore inchoa-
cionis huius Concilii non tamen trans-
ferri Romam vel in ytaliam mandavit
et quantum coniecturari possum nichil est quod
magis pontificem modernum ab hoc loco
retrahere deceat quam suum predecessorem
Audivimus hac vocacionem non capit quod
propter infirmitatem hoc fieri debeat
Cum alii pontifices non obstante egritu-
dine legatos suos destinaverint / Nunc
inclinati gloria animum suum pulsavit
ut si quid gloriosum in Concilio agendum
sit sue presencie tantum attribuat / Sed absit
hec a vicario Christi qui omnia ad gloriam
dei referre debet / Quamquam quidquid in le-
gatorum suorum presencia factum fuerit
sibi poterit ascribi / Sed quia Consilia
possunt ambobus mutacione loci concedi vel
peti / Cum tanto tempore laboravimus ut
Boemos huc traheremus et ipsi cum nunciis
oratoribus in magnorum principum presencia
conclusissent velle huc venire / Et iam
acceperint tam nostrum quam multorum princi-
pum salvos conductus / Si hinc cum
nescitis Concilium spes reconsiliacionisque
Boemorum penitus tolletur / Nam si
quem reductionis huius videtes se delu-
sos indurarent magis quam unquam esset
et confusionem ecclesie et periculum fidei
daremus nullis amplius occasionem / ut
Boemis se conungere putantes fidem
nostram veram non esse nec nos aliquid
habere per quod illos possemus instruere /
Et si dolentes manebit hic legatus
et nos hic credere ut sumus hic non ut
Concilium / Sed hoc fieri non potest Nam
a Concilio vocati sunt / et ad Concilium
venire conclusserunt / Et nisi sit Concilium
nullo modo veniret / videtur non mo-
dicam spem tota Boemia in Conci-
lium ponere qui dicent et ipsi Boe-
mi principes et populi germanie se
a nobis deceptos quod usque nunc dixe-
rimus hoc esse verum Concilium /
Si nunc consenciamus hic non esse
Concilium quam fidem ingens decreta
habebit Concilium si hoc fecerimus nichil
aliud restat / nisi ut tamquam deceptores

per principes et populos istos lapidemur
et truademur alias in manibus hoc
morum tradamur / Utramque enim
gentem declinasse videbimur consul-
cius nobis esset ut hic fugeremus quam
amisso nomine et auctoritate conci-
lii hic moraremur / Nec videmus quod
profectum aliquem dominus legatus quo-
ad reformacionem facere possit si hoc
Concilium dissipatur / Nam ita
usque mali mores inveterati sunt
quod nisi sit generalis reformacio in Ecclesia
nunquam fiet particularis alicuius pro-
vincie / Solent enim dicere omnes re-
formentur alii / reformabimur et nos
Illud eciam dicunt reformentur capita
reformabimur et nos / Unde videmus
omnibus necessarium est auctoritatem concilii generalis si-
gnalem in qua potius ad exequendum
quam ad condendum novas leges inten-
dendum videtur / Quantum autem ad
loci mutacionem in ytaliam / cuius a nobis
expectatis responsum / Cum nobis op-
time constat hoc tempore impossibile ibi cele-
brari concilium / Ytaliam tota ardet
guerris / omnis gleba suos habet armi-
geros et predones et vix simplices via-
tores secure possunt transire / quot va-
rietates et mutaciones status sunt
in terris Ecclesie terris penuria non mo-
dica / Si vero lustratur nunc omnes ista-
ntatis regiones vix ulla est ad cele-
brandum Concilium accommodacior
securior et fertilior hoc loco nunc
et in futurum / Preterea quod ante omnia
est ponderandum Bohemi ad ytaliam
nullatenus venirent / quos eciam adve-
niendum huc potenti principum ma-
nu conduci oportebit / Non enim potuit
concludi adventus eorum nisi magni
principes se obligaverint personaliter ad
huc conducere quod sine magnis expensis
fieri non poterit / Ipsi eciam Bohemi
oratoribus nostris in Egra expressa
dixerant sencientes famam istius dis-
solucionis presentis et nove indiccionis
Concilii Bononiensis nullatenus se mo-
vere transituros / Eciam ut dicit [illegible]
tho huius materiam in alienis patribus
ubi heresis nata non est periculosum

est tractare / Est eciam et aliud
propter quod patres non debemus
mutari locum / quia hic desine-
tur ne aliud Concilium fieret /
Nullus enim veniet nec se ad
tam longum iter exponet / Ita pos-
tim vacante, quia quilibet timet
sic factum est hic ita futurum
esse et multo magis in ytalia /
Et si dicatur promittet non dissol-
vere nisi omnia completa fuerint
erunt qui replicabunt / Si duorum
Conciliorum et duorum pontificum
decretum non valuit quin predicta disso-
lucio fieret / multo minus vale-
bit simplex promissio / Dicetur
eciam si dominus papa decedet suc-
cessor faciet sicut nunc fecit dominus
Eugenius nec putent homines
ex vidisse quod [illegible] non cognoscant
artes / Estimatur nichil ex-
queri per multas et varias
vias, nisi quemadmodum hoc
Concilium dissipetur tot angu-
stias et molestias mentis et di-
versos labores qui sunt hic pas-
si pro sustentando Concilio
quod si sciret mutandum esse locum
statim ad propria redirent / Am-
plius non visitaturi Concilium
Suspicantur multi quod vos tam loci
mutacionem quam dimissio decretorum
Concilii Constanciensis queratis / Ergo
quia mala in Ecclesia nunc et
futuris temporibus sequentur vix
narrari possunt / Hec igitur et multa
alia arctant sanctissime consciencias
nostras ut nullatenus dissolucioni
presentis aut loci mutacioni prebe-
amus assensum / Quare obte-
stamur, obsecramus, et cum
quanta possumus instancia roga-
mus prefatum sanctissimum dominum
Eugenium per passionem domini
nostri ihesu christi et salute anime
sue ac per debitum quo obli-
gatur Ecclesie ut cum omni favore
hunc sacro velit adherere Conci-
lio / Obtulimus que supra audistis
offerimus eciam molestiarum
istas huius pro dissolucione presentis 9ª

simus velle obliuisci offeri
mus etiam quicquid dici aut
cogitari pot nos fidelissime fac
turos quantum cum deo fieri
poterit pro omni honore et sta
tu toto sue sanctitatis qm om
nium suorum dum modo integre ac
simpr huic sancte synodo se
coniungat / Quod si fecerit pro
ut suam sanctitatem decet
ostendet nolle scisma in eccle
sia per spiritum sanctum contra
bit / qui sibi et nobis et toti
populo christiano hic perfectam
caritatem et in futuro seculo
vitam eternam dignetur do
nare Amen

Hortatio cardinalis ad Eugenium papam
ne concilium dissipet ac dissolvat

Epistola beati Greg pape ad Jo
hannem rauennate urbis epm

Pastoralis cure me pondera
fugere delitescendo uo
luisse benigna frater
karissime atque humillima
intentione reprehendis
que ne quibusdam leuia esse
videantur presentis libri stilo ex
primo de eorum grauitudine que me
penso Ut et hec qui vacat i caute
non expetat et qui incaute non expe
tit adeptum se esse pertimescat Cuia
diripitur vos disputatione Iste liber
distinguitur ut ad lectoris sui animum
ordinatis allegationibus quasi quibusdam
passibus gradiatur Nam cum rerum
necessitas expostit Pensandum valde
est ad culmen quisque regiminis qualiter veniat
atque ad hoc rite perueniens qualiter
viuat et bene viuens qualiter doceat
et recte docens infirmitatem suam
cotidie quanta consideratione agnoscit
Ne aut humilitas accessum fugiat
aut peruentioni vita contradicat aut
vitam doctrina destruat aut doctrinam
presumptio extollat Prius ergo appe
titum timor temperet Post autem ma
gisterium quod a non querente suscipitur
vita commendet Ac deinde necesse
est ut pastoris bonum quod viuendo oste
ditur etiam loquendo propagetur Ad ex
tremum vero superest ut perfecta quoque
opera consideratio proprie infirmitatis de
primat Ne hec autem occulti arbitri
oculos timor elationis extinguat
Sed quia sunt plerique in peritia
similes michi qui dum metiri
se nesciunt que non didicerunt do
cere concupiscunt qui pondus magi
sterii tanto leuius estimant quanto
vim magnitudinis illius ignorant
Ab ipso libri huius reprehendantur
exordio ut quia indocti ac precipi
tes doctrine arcem tenere appetunt a preci
pitatione sue ausibus in ipsa locutionis

nostre ianua repellantur Liber
pastoralis beati gregorii pape ad iohannem
Rauennate vrbis episcopum

Nulla ars doceri presumitur nisi intenta
prius meditatione discatur Ab
imperitis ergo pastorale magisterium qua
temeritate suscipitur quando ars est artium
regimen animarum Quis autem cogita
tionum vulnera occultiora esse nesciat
vulneribus viscerum et tamen sepe qui
nequaquam spiritualia precepta cognouerunt
cordis se medicos profiteri non metuunt
Dum qui pigmentorum vim nesci
unt videri medici carnis erubescunt
Sed quia auctore deo ad religionis
reuerentiam omne iam presentis seculi culmen
inclinatur sunt nonnulli intra sanctam
ecclesiam per speciem regiminis gloriam affec
tant honoris videri doctores appe
tunt transcendere ceteros concupiscunt
Atque attestante veritate primas salu
tationes in foro primos recubitus in
cenis primas in conuentibus cathedras
querunt Qui susceptum cure pasto
ralis officium ministrare digne tan
to magis nequeunt quanto ad humilitatis
magisterium ex sola elatione peruenerunt
Ipsa quippe in magisterio lingua con
funditur quando aliud discitur et aliud
docetur Quos contra dominus per prophetam
queritur dicens Ipsi regnauerunt et
non ex me principes extiterunt et non
cognoui Ex se namque et non ex arbitrio
summi rectoris regnant qui nullis
fulti virtutibus nequaquam diuinitus
vocati sed sua cupidine accensi cul
men regiminis rapiunt potius quam as
sequuntur Quos tamen internus iudex et
prouehit et non cognoscit quia quos
permittendo tolerat profecto per iudicium
reprobationis ignorat Unde ad se quibusdam
et post miracula venientibus
dicit Recedite a me operarii iniquitatis
nescio qui estis Pastorum imperitia vo
ce veritatis increpatur Cum per prophetam

Audi pueri

Laqueus ruine populi mei sacerdotes mali

de. Ipsi pastores ignorauerunt intelligenciam. quos rursum dominus detestatur dicens et tenentes legem nescierunt me. et nesciri ergo se ab eis veritas queritur et nesciri se principatum nescientium protestatur. quia profecto hii qui ea que sunt domini nesciunt a domino nesciuntur paulo attestante qui ait Si quis autem ignorat ignorabitur. Que nimirum pastorum sepe imperitia meritis congruit subiectorum. Quia quamuis hii lumen scientie sua culpa exigente non habeant districto tamen iudicio agitur ut per eorum ignoranciam hii eciam qui sequuntur offendant. Hinc namque in ewangelio per semetipsam veritas dicit. si cecus ceco ducatum prebeat ambo in foueam cadunt. Hinc psalmista non optantis animo sed prophetantis ministerio denunciat dicens Obscurentur oculi eorum ne videant et dorsum eorum semper incurua. Oculi quippe sunt qui in ipsa honoris summi facie positi prouidendi itineris officium susceperunt. Quibus hii nimirum qui subsequenter inherentes dorsa nominantur. Obscuratis ergo oculis dorsum flectitur. quia cum lumen scientie perdunt qui preeunt profecto incuruantur ad portanda peccatorum onera qui sequuntur.

Capitulum secundum

Et sunt nonnulli qui solerti cura spiritalia precepta perscrutantur. Sed que intelligendo penetrant viuendo conculcant repente docent que non opere sed meditatione didicerunt. et quod verbis predicant moribus impugnant. vnde fit ut cum pastor per abrupta graditur ad precipitium grex sequatur. Hinc namque per prophetam dominus contra contemptibilem pastorum scientiam queritur dicens Cum ipsi limpidissimam aquam biberetis reliquam pedibus vestris turbabatis et oues mee de hiis que conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur. et que pedes vestri turbauerant hec bibebant. Aquam quippe limpidissimam pastores bibunt cum fluenta veritatis recte intelligentes hauriunt. Sed eandem aquam pedibus perturbare est sancte meditationis studia male viuendo corrumpere. Aquam scilicet eorum turbatam pedibus oues bibunt cum subiecti quique non sectantur verba que audiunt. Sed sola que conspiciunt exempla prauitatis imitantur. Qui cum dicta sitiunt quasi per opera corruptis fontibus quasi pollutis lutum sumunt. Hinc enim scriptum est per prophetam loquens. Laqueus ruine populi mei sacerdotes mali. Hinc rursum de sacerdotibus dominus per prophetam dicit Facti sunt domui israhel in offendiculum iniquitatis. Nemo quippe amplius in ecclesia nocet quam qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus presumit. et in exemplum culpa vehementer extenditur quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Indigni autem quique tanti reatus pondera fugerent si veritatis sententiam sollicita cordis aure pensarent que ait. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris. per molam quippe asinariam secularis vite circuitus ac labor exprimitur. et per profundum maris extrema dampnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus vel verbo ceteros destruit vel exemplo melius profecto fuerat ut hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent quam sacra officia in culpa ceteris imitabilem demonstrarent. Quia nimirum si solus caderet utcumque hunc tolerabilior inferni pena cruciaret.

Capitulum tercium

Hec itaque diximus ut quantum sit pondus regiminis monstraretur. Ne temerare sacra regimina quisquis hiis impar est audeat et per concupiscentiam culminis ducatum suscipiat perditionis. Hinc etenim pie iacobus prohibet dicens. Nolite plures magistri fieri fratres mei. Hinc ipse dei hominumque mediator regnum percipere vitauit in terris qui supernorum quoque spirituum scientiam sensumque transcendens ante secula regnat in celis. Scriptum quippe est. Ihesus cum cognouisset quia venturi erant ut raperent eum et facerent eum regem

opibus vel moribus impugnant / vnde fit ut cum pastor

turbauerant

fugit iterum in montem ipse solus. Venerint ut raperent eum et constituerent regem. Sed cum cognovit ihesus fugit et abscondit se. Quis enim principari hominibus tam sine culpa potuisset quam hiis qui hos nimirum regeret quos ipse creaverat. Sed quia ideo in carne apparuit ut non solum nos per passionem redimeret verum eciam per conversacionem suam doceret exemplum se sequentibus prebens rex fieri noluit ad crucis vero patibulum sponte tamen venit, oblatam gloriam culminis fugit, penam probrose mortis appeciit. Ut membra [membra] eius discerent favores mundi fugere, terrores minime timere, pro veritate adversa diligere, prospera formidando declinare. Quia et ista sepe per tumorem cor inquinant et illa per dolorem purgant. In istis se animus erigit, in illis autem eciam si quando se erexerat sternit. In istis se homo obliviscitur, in illis vero ad sui memoriam nolens etiam coactus revocatur. In istis sepe autem acta bona depereunt, in illis autem longi quoque temporis admissa terguntur. Nam plerumque adversitatis magisterio sub disciplina cor premitur quod si ad regiminis culmen eruperit in elacione protinus usu glorie permutatur. Sic Saul qui indignum se prius considerans fugerat mox ut regni gubernacula percepit intumuit [intumuit]. Honorari namque coram populo cupiens dum reprehendi publice noluit ipsum qui in regno se unxerat scidit. Sic David auctoris iudicio pene in cunctis actibus placens mox ut pondere caruit in tumore vulneris erupit factusque est in morte viri crudelis rigidus qui in appetitu femine enervatus fluxus. Et qui malis noverat pie parcere in bonorum quoque necem post didicit sine obstaculo retractacionis anhelare. Prius quippe ferire deprehensum persecutorem noluit et post cum damno desudantis exercitus eciam devotum militem extinxit. Quem profecto ab electorum numero culpa longius raperet nisi hunc flagella revocassent ad veniam.

Capitulum quartum

Sepe suscepta cura regiminis cor per diversa diverberat et impar quisque invenitur ad singula dum confusa mente dividitur ad multa. Unde quidam sapiens provide prohibet [amonet] dicens fili ne in multis sint actus tui quia videlicet nequaquam plene in uniuscuiusque operis racione colligitur dum mens per diversa partitur. Cumque foras per insolentem curam trahitur a timoris intimi soliditate vacuatur. Fit in exteriorum disposicione sollicita et sui solummodo ignara scit multa cogitare se nesciens. Nam cum plus quam necesse est se exterioribus implicat quasi occupata itinere obliviscitur quo tendebat. Ita ut a studio sue inquisicionis aliena nec ipsa quidem que patitur dampna consideret et per quanta delinquat ignoret. Neque enim peccare se Ezechias credidit cum venientibus ad se alienis cellas aromatum ostendit. Sed in dampnacione sequentis prolis ex eo iram iudicis pertulit quod se facere licenter putavit. Sepe dum multa suppetunt dum que agi subditi valeant quia acta sunt admirentur se animus elevat et plene in se iram iudicis provocat quamvis iniqua opera foras non erumpant. Intus quippe est qui iudicat. Intus est quod iudicatur. Cum ergo in corde delinquimus latet homines quod apud nos agimus sed tamen ipso iudice teste peccamus. Neque enim rex Babilonis tunc reus de elacione exstitit cum ad elacionis verba pervenit quippe qui ore prophetico et antea audivit elacionis sue sentenciam reprobacionis audivit. Culpam namque perpetrate superbie iam ante detersit cum omnipotentem deum quem se offendisse cognovit cunctis sub se gentibus predicavit. Sed post hoc successu sue potentie [prosperitatis] elevatus dum magna se fecisse gauderet cunctis in cogitacione se pretulit tamen apud se

tactus dixit Nonne hec est babi-
lon magna quam ego edificavi in domum
regni et in robore fortitudinis mee
et in gloria decoris mei Quem videlicet
non illius ire vindictam aperte pertulit
quem occulta elatio accendit. Ita distric-
tus iudex prius invisibiliter vidit quod postea
publice feriendo reprehendit. Unde
irracionabile hunc animal vertit
ab humana societate separavit agri
bestiis mutata mente coniunxit. ut di-
stricto videlicet iustoque iudicio homo esse
desisteret qui magnum se ultra ho-
mines estimasset. Hec itaque proferentes
non potestatem reprehendimus Sed ab ap-
petitu illius cordis infirmitatem mu-
nimus ne inperfecti quique culmen arri-
pere regiminis audeant et qui in planis
stantes titubant in precipicium pedem
ponant

V capitulum

Nam sunt nonnulli qui eximia
virtutum dona percipiunt pro exerci-
tatione ceterorum et exaltationem excitorum
magnis muneribus exaltantur qui
studio castitatis mundi abstinencie ro-
bore validi doctrine dapibus referti
paciencie longanimitate humiles auctori-
tatis fortitudine erecti pietatis gratia
benigni iusticie severitate districti
sunt. qui nimirum culmen regiminum
Si vocati suscipere renuerint ipsa sibi
plerumque dona adimunt que non pro se
tantummodo Sed etiam pro aliis acceperunt
Cumque sua et non aliorum lucra cogi-
tant Ipsis seque privata habere appetunt
bonis privant. Hinc namque ad disci-
pulos veritas dicit Non potest civitas
abscondi super montem posita neque
accendunt lucernam et ponunt eam
sub modio. sed super candelabrum ut lu-
ceat omnibus qui in domo sunt. Hinc
ait petro Symon Iohannis amas
me Qui cum tu scis amare protinus respondisset
audivit Si diligis me pasce oves
meas Si ergo dilectionis est testimo-
nium cura pastionis quisquis virtutibus
pollens gregem dei renuit pascere pasto-
rem summum convincitur non amare. Hinc

paulus dicit Si Christus pro omnibus
mortuus est ergo omnes mortui sunt et
pro omnibus mortuus est Superest ut
qui vivunt iam non sibi vivant sed ei
qui pro ipsis mortuus est et surrexit
Hinc moyses ait ut uxorem fratris
sine filiis defuncti superstes frater
accipiat atque ad nomen fratris filios
gignat Quam si accipere forte re-
nuerit huic in faciem mulier exspuat
unusque ei pedem propinquus discalciet
eiusque habitaculum domus discalciati
vocet Frater quippe defunctus ille est
qui post resurrectionis apparens
gloriam dixit Ite nunciate fratribus
meis. qui quasi sine filiis obiit quia
adhuc electorum suorum numerum non
implevit. Huius scilicet uxorem
superstes frater sortiri precipitur quia
dignum profecto est ut cura sancte ecclesie
ei qui hanc bene regere prevalet
imponatur Cui nolenti in faciem
mulier exspuit quia quisquis ex mu-
neribus que percepit prodesse aliis
non curat bonis quoque eius sancta
ecclesia exprobrans ei quasi in faciem sali-
vam iactat Cui ex uno pede cal-
ciamentum tollitur ut discalciati
domus vocetur. Scriptum quippe est
Calciati pedes in preparatione
ewangelii pacis Si ergo ut nostram
sic curam proximi gerimus utrumque
pedem per calciamentum munimus
Qui vero sua cogitans utilitatem
proximorum negligit quasi unius
pedis calciamentum cum decore a-
mittit Sunt itaque nonnulli qui
magnis ut diximus muneribus
ditati dum solius contemplationis
studiis inardescunt parere utilitati
proximorum in predicatione refugiunt
Secretum quietis diligunt secessum
speculationis petunt. De quo si districte
iudicentur ex tantis procul dubio rei
sunt quantis venientes ad publicum
prodesse potuerunt Qua enim mente
hic qui proximis profuturus

cum interesset utilitati ceterorum secretum preponit suum. Quod ipse summi patris unigenitus ut multis prodesset de sinu patris egressus est ad publicum nostrum.

cam vj

Et sunt nonnulli qui ex humilitate sola refugiunt ne eis quibus ~~se impares~~ [impares] estimant preferantur. Quorum profecto humilitas si ceteris virtutibus cingitur tunc ante dei oculos vera est cum ad respuendum hoc quod utiliter subire precipitur pertinax non est. Neque enim vere est humilis qui superni nutus arbitrium ut debeat preesse intelligit et tamen preesse contempnit. Sed divinis dispositionibus subditus atque a vitio obstinationis alienus cum sibi regiminis culmen imperatur si iam donis preventus est quibus et aliis prosit et ex corde debet fugere et invitus obedire.

cam vij

Quamvis magnum predicationis officium et nonnulli laudabiliter appetunt et ad hoc nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur. Quod liquido cernimus si duorum prophetarum facta pensamus quorum unus ut ad predicandum mitti debuisset semetipsum ultro obtulit quo tamen alter pergere cum pavore recusavit. Ysaias quippe domino querenti quem mitteret ultro se obtulit dicens Ecce ego mitte me. Jeremias autem mittitur et tamen ne mitti debeat humiliter reluctatur dicens A a a domine deus ecce nescio loqui quia ego puer sum. Ecce ab utrisque extrinsecus diversa vox prodiit sed non a diverso fonte dilectionis emanavit. Duo quippe sunt precepta caritatis dei videlicet amor et proximi. Per activam igitur vitam prodesse proximis cupiens Ysaias officium predicationis appetit. Per contemplativam vero Jeremias amori conditoris sedule inherere desiderans ne mitti ad predicandum debeat contradicit. Quod ergo laudabiliter alter appetiit hoc laudabiliter alter expavit. Iste ne tacite contemplationis lucra perderet ille ne dampna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in utrisque subtiliter intuendum est quia et is qui recusavit plene non restitit et is qui mitti voluit ante se per altaris calculum purgatum vidit ne aut non purgatus adire sacra quisque ministeria audeat aut quem superna gratia eligit sub humilitatis specie superbe contradicat. Quia igitur valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere predicationis officium tutius declinatur. Nec tamen declinari ut diximus pertinaciter debet cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. Quod Moyses utrumque miro opere explevit qui preesse tante multitudini et noluit et obedivit. Superbus enim fortasse esset si ducatum plebis innumere sine trepidatione susciperet et rursum superbus existeret si auctoris imperio obedire recusaret. Utrobique ergo humilis utrobique subiectus et preesse populis semetipsum metiendo noluit et tamen de imperantis viribus presumendo consensit. Hinc ergo perpendant quanta culpa ex appetitu proprio preesse ceteris non metuunt si sancti viri plebium ducatum suscipere etiam deo iubente timuerunt. Moyses iubente domino trepidat et infirmus quisque ut honoris pondus percipiat anhelat et qui ad casum valde urgetur ex propriis humeris libenter opprimendus non ponderibus subiicitur alienis qui sua ferre non valet et auget quod portet.

cam octavum

Plerumque qui preesse concupiscunt ad usum sue libidinis instrumentum apostolici sermonis arripiunt quo ait Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Qui tamen laudans desiderium in pavorem vertit protinus quod laudavit cum repente subiungit Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse. Cumque virtutum necessaria prosequens enumerat

De vita activa et contemplativa

que sit irreprehensibilitas ipsa manifestat et sancit quod desiderio et sunt ex precepto. Ac si aperte dicat: laudo quod queritis, sed prius discite quid queratis; ne dum vosmetipsos metiri negligitis, tanto fedior vestra reprehensibilitas appareat, quanto et a cunctis conspici in honoris arce festinat. Magnus enim regendi artifex favoribus impellit, terroribus retrahit, ut auditores suos et descripto irreprehensibilitatis culmine restringat a superbia, et officium laudando quod queritur componat ad vitam. Curandum vero. Notandum quod illo in tempore hoc dicitur quo quisquis plebibus preerat, primus ad martyrii tormenta ducebatur. Tunc ergo fuit laudabile episcopatum querere, quando per hunc quemque dubium non erat ad supplicia graviora pervenire. Unde ipsum quoque episcopatus officium boni operis expressione definitur, cum dicitur: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est quia episcopatum non appetit, qui non per hunc boni operis ministerium, sed honoris gloriam querit. Sacrum quippe officium non solum non diligit omnino, sed nescit, qui ad culmen regiminis inhians, in occulta cogitationis meditatione ceterorum subiectione pascitur, laude propria letatur, in honore cor elevat, rerum affluentium habundantia exultat. Mundi ergo lucrum queritur sub eius honoris specie, quo mundi destrui lucra debuerunt. Cumque mens humilitatis culmen arripere ad elationem cogitat, quod foris appetit intus immutat. Capitulum Nonum

Sed plerumque hii qui subire magisterium pastorale cupiunt, nonnulla quoque bona opera animo proponunt; et quamvis hoc elationis intentione appetunt, operaturos tamen se magna pertractant; fitque ut aliud in imis intentio supprimat, aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat. Nam sepe sibi de se mens ipsa mentitur, et fingit se de bono opere amare quod non amat, de mundi autem non amare quod amat.

Que in principatu appetendo fit ad hoc pavida cum querit, audax cum pervenerit. Tendens enim ne non perveniat, trepidat; sed repente perveniens, iure sibi hoc debitum ad quod pervenerit putat. Cumque percepti principatus officio perfrui seculariter ceperit, libenter obliviscitur quidquid religiose cogitavit. Unde necesse est ut cum cogitatio extra usum ducitur, protinus mentis oculus ad opera transacta revocetur; ac penset quisque quid subiectus egerit, et repente cognoscit si prelatus bona agere que proposuit possit; quia nequaquam valet in culmine humilitatem discere, qui in imis positus non desinit superbire. Nescit laudem cum suppetit fugere, qui ad hanc didicit cum deesset anhelare. Nequaquam vincere avariciam potest, qui ad multorum sustentationem tendit, cui sufficere ipsa nec soli potuit. Ex ante acta ergo vita se quisque examinet, ne in appetitu se culminis ymago cogitationis illudat. Quamvis plerumque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis usus perditur, qui in tranquillitate tenebatur; quia quieto mari recte navem et imperitus dirigit, turbatis autem tempestatis fluctibus etiam peritus se nauta confundit. Quid namque est potestas culminis, nisi tempestas mentis? In qua cogitationum semper procellis navis cordis quatitur, illuc huncque incessanter impellitur, ut per repentinos oris excessus et operis quasi per obviantia saxa frangatur. Inter hec itaque quid sequendum est, quid tenendum, nisi ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat? Ille si omnino renititur, caveat ne acceptam pecuniam in sudario ligans de eius occultatione iudicetur. Pecuniam quippe in sudario ligare est percepta dona sub otio lenti torporis abscondere.

ac contra iste cum regiminis culmen appetit
attendat ne per exemplum pravi operis
pharisaeorum more ad ingressum regni
tendentibus obstaculum fiat qui iuxta
magistri vocem nec ipsi intrant nec
alios intrare permittunt. Cum considerandum quoque est. Etenim cum causam
populi electus praesul suscipit quasi ad
aegrum medicus accedit. Si igitur ad-
huc in eius opere passiones vivunt
qua praesumptione percussum me-
deri properat qui vulnus in facie
portat etc.

Capitulum decimum

Ille igitur modis debet omnibus
ad exemplum bene vivendi pertrahi
qui cunctis et cogitationibus car-
nis passionibus moriens iam spiritaliter
vivit, qui prospera mundi post po-
suit, qui nulla adversa pertimescit
qui sola interna desiderat. Cuius
intentioni bene congruens nec omnino
per imbecillitatem corpus nec valde
per contumeliam repugnat spiritus; qui
ad aliena cupienda non ducitur.
Sed propria largitur, qui per pietatis
viscera cito ad ignoscendum flectitur.
Sed numquam plus quam deceat ignoscens
ab arce rectitudinis inclinatur; qui
nulla illicita perpetrat, sed perpetrata
ab aliis ut propria deplorat, qui
ex affectu cordis alienae infirmi-
tati compatitur. Sic quoque in bonis
proximi sicut in suis profectibus laetatur,
qui ita se imitabilem ceteris in cunctis
quae agit insinuat ut inter eos
non habeat quod saltim de transactis
erubescat, qui sic studet vivere
ut proximorum quoque corda arentia
doctrinae valeat fluentis irri-
gare, qui orationis usu et experimento iam
didicit quod optinere a domino quae
poposcerit possit. Cui per effectus vo-
cem iam quasi specialiter dicitur:
adhuc loquente te dicam: Ecce ad-
sum. Si enim fortasse quis veniat
ut pro se ad intercedendum nos apud
potentem quempiam virum qui ~~[struck]~~ sibi
iratus nobis vero est incognitus ducat,
protinus respondemus: ad intercedendum
venire non possumus quia familiari-
tatis eius notitiam non habemus. Si er-
go homo apud hominem de quo mi-
nime praesumit fieri intercessor erubescit,
qua mente apud Deum intercessio-
nis locum pro populo arripit qui
familiarem se eius gratiae esse per vitae
meritum nescit? Aut ab eo quomodo aliis
veniam postulat qui utrum sit sibi
placatus ignorat? Qua in re
est adhuc aliud sollicitius formi-
dandum, ne qui placare posse iram
creditur, hanc ipse ex pro-
prio reatu mereatur. Cuncti enim
liquido novimus quia cum is qui
displicet ad intercedendum mittitur,
irati animus ad deteriora provocatur.
Cum ergo adhuc desideriis terre-
nis astringitur caveat ne distri-
cti iudicis iram gravius accendens
dum loco delectatur gloriae fiat sub-
ditis auctor ruinae. Solerter ergo
se quisque metiatur ne locum regi-
minis assumere audeat si adhuc
in se vitium damnabiliter regnat.
Nec is qui crimen depravat proprio
intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

Undecimum capitulum

Hinc etenim superna voce ad Mo-
ysen dicitur Exodi xxii: Loquere
ad Aaron. Homo de semine tuo
per familias qui habuerit maculam
non offeret panes Deo suo, nec
accedat ad ministerium eius. Ubi
et repente subiungitur: si caecus
fuerit, si claudus, si vel parvo vel
grandi et torto ~~nago~~ naso, si frac-
to pede, si manu, si gibbus, si lip-
pus, si albuginem habens in oculo,
si iugem scabiem, si impetiginem
in corpore vel ponderosus. Caecus quippe
est qui supernae lumen contemplationis
ignorat, qui praesentis vitae tenebris

Quod quale

pressus dum vetustate lucem neque diligendo conspicit quo gressum operis porrigat nescit. Hinc enim prophetante Anna dicitur: Pedes sanctorum suorum servabit et impii in tenebris conticescent.

Claudus

Claudus vero est qui quidem quo pergere debeat aspicit, sed per infirmitatem mentis vite viam perfecte non valet tenere quam videt, quia ad virtutis statum dum fluxa consuetudo non erigitur, quo desiderium innititur illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc enim Paulus dicit: Remissas manus et dissoluta genua erigite et gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

Nasus

Parvo autem naso est qui ad tenendam discretionis mensuram idoneus non est. Naso quippe odores fetoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, vitia reprobamus. Unde et in sponse laude dicitur: Nasus tuus sicut turris que est in Libano, quia sancta ecclesia nimirum, que ex causis singulis temptamenta prodeant per discretionem conspicit et ventura viciorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli qui dum estimari hebetes nolunt, sepe se in quibusdam inquisitionibus plusquam necesse est exercentes ex nimia subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur: Et grandi et torto naso. Nasus enim grandis et tortus est discretionis subtilitas inmoderata, que dum plusquam decet excreverit actionis sue rectitudinem ipsa confundit.

Fracto pede

Fracto autem pede vel manu est qui viam dei pergere omnino non valet atque a bonis actibus funditus expers vacat, quatenus hec non ut claudus saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omni modo alienus existat.

Gibbus

Gibbus vero est quem terrene sollicitudinis pondus deprimit ne umquam ad superna respiciat, sed solis his que in infimis calcantur intendat. Qui et si quando aliquid ex bono patrie celestis audierit, ad hoc nimirum perverse consuetudinis pondere gravatus cordis faciem non attollit, quia cogitationis statum erigere non valet quem terrene usus sollicitudinis curvum tenet. Ex horum quippe specie psalmista dicit: Incurvatus sum et humiliatus sum usquequaque. Quorum culpam per semetipsam veritas reprobans ait: Semen autem quod in spinis cecidit, hii sunt qui audierunt et a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus vite euntes suffocantur et non referunt fructum.

Lippus

Lippus vero est cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupille sane sunt, sed humore defluenti infirmate palpebre grossescunt, quarum quia infusione crebro atteruntur, etiam acies pupille viciatur. Et sunt nonnulli quorum sensum carnalis vite operatio sauciat, qui videre recta subtiliter ingenio poterant, sed usu pravorum actuum caligant. Lippus itaque est cuius sensum natura exacuit, sed conversationis pravitas confundit. Cui bene per angelum

dr. Collirio inunge oculos tuos
ut videas. Collirio quippe oculos
ut videamus inungimus cum ad agno-
scendam veri luminis claritatem intellectus
nostri aciem meditacione bone operationis sacerdos
adiuvamus. Albuginem vero habet
in oculo qui veritatis lucem videre
quia non sinitur ~~ex~~ arrogancia sapiencie
seu iusticie ~~[illegible]~~ cecitatur. Pupilla namque
oculi nigra videt. Albuginem tol-
lerans nichil videt. Quia videlicet
sensus humane ~~cogitationis~~ condicionis. Si stul-
tum se peccatorem quod intelligit cognicionem
intime claritatis apprehendit. Si au-
tem candorem sibi iusticie seu sapiencie tribuit
a luce se superne cognicionis excludit
et eo claritatem veri luminis nequaquam
penetrat quo se apud se per arrogan-
ciam exaltat. Sicut de quibusdam
dicitur. Dicentes enim se esse sapientes
stulti facti sunt. Iugem vero habet
Stabies scabiem cui carnis petulancia sine
cessacione dominatur. In scabie etenim
(~~[illegible]~~ fervor viscerum ad cutem
trahitur. Per quam recte luxuria designatur.
Quia nimirum si cordis temptacio
usque ad operacionem prosilit nimirum
fervor intimus usque ad cutis scabiem
prorumpit et iam foris corpus sauci-
at. Quia dum in cogitatione volup-
tas non reprimitur et iam in accione
dominatur. Quasi enim cutis pruriginem
paulus curabat abstergere. Cum dice-
bat. temptacio vos non apprehendat
nisi humana. Ac si aperte diceret. huma-
num quidem est in corde temptacionem
perpeti. Demoniacum non est tempta-
tionis certamine et in operacione supe-
Impetigo rari. Inpetiginem quoque habet in corpore
quisquis quibus avaricia vastatur in
mente. que si in parvo non compescitur
nimirum sine mensura dilatatur.
(Inpetigo quippe sine dolore corpus
occupat et absque occupatoris tedio
excrescens membrorum decorem fedat.
Quia et avaricia capti animum du-

quasi delectat exulcerat et dum adipi-
scenda queque cogitationi obicit ad ini-
micicias accendit et dolorem in vulne-
re non facit. quia estuanti animo ex cul-
pa habundanciam promittit. Sed de-
cor membrorum perditur. quia aliarum quoque virtu-
tum per hanc pulcritudo depravatur. et quasi
totum corpus exasperat quia per univer-
sa vicia animum supplantat. paulo at-
testante qui ait. Radix omnium ma-
lorum est cupiditas. Ponderosus est qui
turpitudinem non exercet opere. Sed tamen
ab hac cogitacione continua sine mo-
deramine gravatur in mente. qui
nequaquam quidem usque ad opus nefarium
rapitur. Sed eius animus voluptate
luxurie sine ulla repugnacionis sti-
mulo delectatur. Vicium quippe est
ponderis cum humor viscerum ad virilia
labitur. que cum profecto cum molestia
decoris intumescunt. Ponderosus er-
go est. qui totis cogitationibus ad lasci-
viam defluens pondus turpitu-
dinis gestat in mente. Et quamvis
prava non exerceat opere. ab hiis tamen
non evellitur mente. nec ad usum
boni operis in aperto valet assur-
gere. quia gravat hunc in abditis pon-
dus turpe. Quisquis ergo quolibet horum
viciis subicitur. panes domino offerre
prohibetur. ne profecto diluere aliena
delicta non valeat is quem adhuc propria
devastant. Quia igitur paucis ad pa- Cam xi inc^t hic
storale magisterium dignus qualiter
veniat atque hoc indignus qualiter
pertimescat. ostendimus nunc is qui ad
illud digne pervenit in eo qualiter
vivere debeat demonstremus. Ca m

Qualiter debet actorem xii
Tanta illa actio transcendere presulis
opera debet actionem distare solet a grege vita
pastoris/oportet namque ut vicii sol-
licitate studeat. quia tenende rectitu-
dinis necessitate constringitur. subtilis
estimacione populi grex vocatur. Sic
ergo necesse est cogitatione mundus
ut sit

actione precipuus, discretus in silentio
utilis in verbo, singulis compassione proximus
pre cunctis contemplatione suspensus
bene agentibus per humilitatem socius, contra
delinquentium vitia per zelum iusticie erectus
interiorum curam in exteriorum occupatione non
minuens, exteriorum prudentiam interiorum
sollicitudine non relinquens. Sed hec
que breviter enumerando perstrinximus
paulo latius replicando differamus.

Rector semper sit cogitatione capitulum xiii
mundus, quatinus hunc in mundi-
tia nulla polluat, qui hoc suscepit
officio ut in alienis quoque cordibus pol-
lucionis maculas tergat. Quia necesse
est ut esse munda studeat manus
que diluere sordes curat, ne tacta
queque deterius inquinet. Si sordida in-
sequens lutum tenet. Hinc namque
per prophetam dicitur: Mundamini qui fertis
vasa domini. Domini etenim vasa fert
qui proximorum animas ad interna
sanctuaria perducendas in sue conversa-
tionis fide suscipiunt. Apud semetipsos
ergo quantum debeant mundari conspiciant
qui ad eternitatis templum vasa vive-
ntia in sinu proprie sponsionis portant.
Hinc divina voce precipitur ut in Aaron
pectore rationale iudicii vittis liga- vittl
tibus imprimatur, quatinus sacerdotale
cor nequaquam cogitationes fluxe pos-
sideant. Sed ratio sola constringat,
nec indiscretum quid vel inutile
cogitet, qui ad exemplum aliis con-
stitutus est et gravitate vite semper
debet ostendere quantum in pectore rationis
portet. In quo etiam rationali vigilanter
adiungitur ut xii patriarcharum nomina
describantur. Ascriptos etenim patres
semper in pectore ferre est antiquorum
vitam sine intermissione cogitare.
Ad sacerdotem quid requiritur. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter
graditur cum exempla patrum prece-
dentium indesinenter intuetur, cum sanctorum
vestigia sine cessatione considerat et cogi-
tationes illicitas deprimit, ne extra
ordinis limitem operis pedem ponat.
Et bene etiam rationale iudicii vocatur
quia debet rector subtili semper examine
bona malaque discernere et que vel
quibus quando vel qualiter congruant studio-
se cogitare, nichil que proprium querere
sed aliena commoda propria bona de- propinquorum
putare. Unde illic scriptum est: Po-
nes autem rationale iudicii doctrinam
et veritatem que erunt in pectore Aaron
quando ingreditur coram domino, et gestabit
iudicium filiorum Israhel in pectore suo
in conspectu domini semper. Sacerdoti quip-
pe iudicium filiorum Israhel in pectore
coram domini conspectu gestare est sub-
iectorum vel causas culpas pro sola intern-
i iudicis intentione disponere, ut nil
se ei humanitatis admisceat in hoc
quod divina positus vice dispensat,
ne correctionis studia privatus
dolor exasperet. Cumque contra aliena
vitia emulator ostenditur, que propria
sunt exequatur, ne tranquillitatem
iudicii aut latens invidia macu-
let aut preceps ira perturbet. Sed
dum consideratur terror eius qui
super omnia presidet, videlicet iudicis
intimi, non sine magno
regantur timore subiecti. Sed ni-
mirum timor domini mentem rectoris
humiliat, purgat, ne hanc aut presump-
tio spiritus elevet aut carnis delec-
tatio inquinet aut pro terrenarum rerum
cupidine importunitas pollute
cogitationis obscuret. Que tamen
dum pulsare rectoris animum ne-
queunt, festinare necesse est ut re-
pugnatione vincantur, ne vicio
per suggestionem temptat mollicies
delectationis subigat. Cumque ab
animo tarde repellitur ~~[illegible]~~ vereor ne
consensus ~~occidat~~ succedat capitulum xiiii

Sit rector operatione precipuus
ut vite viam subditis bene viven-
do denunciet, et grex qui pastoris
vocem moresque sequitur per ex- a
melius quam per verba gradiatur. Qui
enim loci sui necessitate exigitur sum-
ma dicere, hac eadem necessitate

compellitur prima monstrare. Illa namque vox libentius ~~libentius~~ cor auditorum penetrat quam dicentis vita commendat quia quod loquendo imperat ostendendo adiuvat. ut fiat sicut per prophetam dicitur Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas Syon. Ut videlicet qui celesti predicatione utitur. ima iam terrenorum operum deserens in rerum culmine stare videatur. tantoque facilius subditos ad meliora pertrahat. quanto per vite meritum de supernis clamat. Hinc divina lege armum sacerdos in sacrificium et dextrum accipit et separatum. ut non solum sit eius operatio utilis. Sed etiam singularis. Nec inter malos tantummodo que recta sunt faciat. Sed bene quoque operantes subditos sicut honore ordinis superat ita etiam morum virtute transcendat. Cui in esu quoque pectusculum cum armo tribuitur. ut quod de sacrificio precipitur sumere hoc in semetipso auctori discat immolare. et non solum in pectore que recta sunt cogitet. sed spectatores suos ad sublimia armo operis invitet. Nulla prospera presentis vite appetat. nulla adversa pertimescat. blandimenta mundi respecto intimo terrore despiciat. terrorem autem considerato interne dulcedinis blandimento contempnat. Unde quoque superne vocis imperio in utroque humero sacerdos velamine superhumeralis astringitur. ut contra adversa atque prospera virtutum semper ornamento muniatur. quatinus iuxta Pauli vocem per arma iustitie a dextris sinistrisque gradiens cum ad sola que anteriora sunt intenditur in nullo delectationis infime latere flectatur. Non hunc prospera elevent non adversa perturbent. Non blanda usque ad voluptatem demulceant non aspera usque ad desperationem premant. ut dum in illis passionibus intentionis mentis humiliat quanta in utroque humero superhumeralis pulcritudine tegatur ostendat. Quod recte etiam superhumerale ex auro iacinctho purpura bis tincto cocco et torta fieri bysso precipitur. ut quanta sacerdos clarescere virtutum diversitate debeat demonstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget. ut in eo intellectus sapientie principaliter emicet. Cui iacinctus qui ~~aereo~~ aereo colore resplendet adiungitur. ut per omne quod intelligendo penetrat non ad favores infimos sed ad amorem celestium surgat. ne dum suis incautus laudibus capitur ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque atque iacincto purpura permiscetur. ut videlicet cor sacerdotale cum summa que predicat speret. In semetipso etiam suggestiones vitiorum reprimat easque velut ex regia potestate contradicat. quatinus nobilitatem semper intime regenerationis aspiciat et celestis regni sibi habitum moribus defendat. De hac quippe nobilitate spiritus per Petrum dicitur. Vos autem genus electum regale sacerdotium. De hac etiam potestate qua etiam vitia subigimus Iohannis voce roboramur qui ait. quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Hanc dignitatem fortitudinis psalmista considerabat dicens. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Cum enim sanctorum mens principaliter in summis erigitur et tunc exterius despecti abiecta cernuntur. Auro autem iacincto ac purpure bis tinctus coccus adiungitur. ut ante interni iudicis oculos omnia virtutum bona ex caritate decorentur. et cuncta que coram hominibus rutilant hec in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendat. Que scilicet caritas que deum simul et proximum diligit quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat ut proximorum curam negligat. vel sic proximorum exsequitur ut a divino amore torpescat

qui vero horum alterum negligit nisi superhumerali ornamento hoc cocco bis tinctum nescit. Sed cum mens ad precepta caritatis attenditur restat procul dubio ut per abstinentiam caro maceratur. Unde et bis tincto cocco torta bissus adiungitur. A terra etenim bissus nitenti specie oritur. Et quid per bissum nisi candens decore munditie corporalis castitas designatur. Que videlicet torta pulchritudini superhumeralis innectitur quia tunc castimonia ad perfectum munditie candorem ducitur cum per abstinentiam caro fatigatur. Cumque inter virtutes ceteras etiam afflicte carnis meritum proficit quasi in diversa specie superhumeralis bissus torta candescit etc. ca iiij

Auct.

Sit rector discretus in silentio utilis in verbo ne aut tacenda proferat aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit ita indiscretum silentium hos qui erudiri poterant in errore derelinquit. Sepe namque rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes loqui libere recta pertimescunt et iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodie pastorum studio sed mercenariorum vice deserviunt quia veniente lupo fugiunt dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat dicens Canes muti non valentes latrare. Hinc rursum queritur dicens Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel ut staretis in prelio in die Domini. Ex adverso quippe ascendere est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prelio stare est pravis decertantibus ex iustitie amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere quid est aliud quam tacendo terga prebuisse. Qui nimirum si pro grege se obicit murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursum

Auct. pauli

delinquenti populo dicitur Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad penitentiam provocarent. Prophete quippe in sacro eloquio nonnumquam doctores vocantur qui dum fugitiva esse presentia indicant que sunt ventura manifestant. Quos divinus sermo falsa videre redarguit quia dum corripere culpas metuunt incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur. Qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt quia ab increpationis voce conticescunt. Clavis quippe apertionis est sermo increpationis quia increpando culpam detegit quam sepe nescit ipse etiam qui perpetravit. Hinc Paulus ait Potens sit exortari in doctrina sana et eos qui contradicunt redarguere. Hinc per Malachiam dicitur Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius quia angelus Domini exercituum est. Hinc per Ysaiam Dominus admonet dicens Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. Preconis quippe officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit ut ante adventum iudicis qui terribiliter sequitur ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si predicationis est nescius quam clamoris vocem daturus est preco mutus. Hinc est enim quod super pastores primos in linguarum specie spiritus sanctus insedit quia nimirum quos impleverit de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi precipitur ut tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur ut videlicet voces predicationis habeat ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est Ut audiatur sonitus quando ingreditur et egreditur sanctuarium in conspectu Domini et non moriatur. Sacerdos namque ingrediens et egrediens moritur si de eo sonitus non auditur quia

de sacte

iram quia se occulti iudicis exigit si sine
predicationis sonitu incedit. Aptene autem
tintinnabula vestimentis illius
describuntur inserta. Vestimenta etenim
sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus
accipere propheta attestante qui ait: Sacer-
dotes tui induantur iusticia. Vestimentis
itaque illius tintinnabula inherent,
ut vite viam cum lingue sonitu, ipsa
quoque opera sacerdotis clamant. Sed cum
rector se ad loquendum preparat, sub quanto
cautele studio loquatur attendat, ne si
inordinate ad loquendum rapitur, erroris
vulnere audientium corda feriantur. Et cum
fortasse sapiens videri desiderat, uni-
tatis compagem ~~compagine~~ insipienter
abscidat. Hinc namque veritas dicit: Habete [secte]
sal in vobis et pacem habete inter vos.
Per sal quippe ~~et verbi sapientia~~ verba sapientie
designantur. Qui ergo loqui sapienter
nititur, magnopere metuat ne eius
eloquio audientium unitas confundatur.
Hinc Paulus ait: Non plus sapere
quam oportet ~~sapere~~ sed sapere ad sobrieta-
tem. Hinc namque in sacerdotis veste
iuxta divinam vocem et tintinnabulis
mala punica coniunguntur. Quid enim
per mala punica nisi fidei unitas
designatur? Nam sicut in malo pu-
nico uno exterius cortice multa interius
grana muniuntur, sic et innumeros
sancte ecclesie populos unitas fidei contegit,
quos intus diversitas meritorum tenet.
Ne ergo rector incaute ad loquendum proruat
[proruat] ~~proruat~~ hoc quod iam premisimus per semet
ipsam discipulis veritas clamat:
Habete sal in vobis et pacem habete
inter vos. Ac si figurate per habitum
sacerdotis dicat: Mala punica tin-
tinnabulis iungite, ut per omne quod di-
citis unitatem fidei cauta observatione
teneatis. Providendum quoque est solli-
cita intentione rectoribus, ut ab eis
non solum prava nullo modo commit-
tantur, sed nec recta quidem nimie

et inordinate proferantur. Quia sepe
dictorum virtus perditur, cum apud corda
audientium loquacitatis in tanta
importunitate levigatur, et auc-
torem suum hoc eadem loquacitas in-
quinat, que servire auditoribus
ad usum profectus ignorat. Unde
bene per Moysen dicitur: Vir qui flu-
xum seminis patitur immundus erit.
In mente quippe audientium semen
sequentis cogitationis est audite qua-
litas locutionis, quia dum per aurem
sermo concipitur, cogitatio in mente
generatur. Unde ab huius mundi sapi-
entibus predicator egregius seminiverbius [seminiverbius]
~~verbo~~ est vocatus. Qui ergo fluxum
seminis sustinet, immundus asseritur,
quia multiloquio subditus ex eo se
inquinat, quod si ordinate promitteret,
ut prolem recte cogitationis serere
in audientium corde valeret, posset;
dumque incautus per loquacitatem
defluit, non ad usum generis, sed ad
immundiciam semen fundit. Unde
Paulus quoque cum discipulum de instancia
predicationis admonet, dixit: Testi-
ficor coram deo et Christo Ihesu qui
iudicaturus est vivos ac mortuos,
et adventum ipsius et regnum eius,
predica verbum, insta oportune, inop-
tune, dicturus inoportune premisit
oportune, quia scilicet apud auditoris mentem
ipsa sua vilitate se destruit, si ha-
bere importunitas oportunitatem
nescit. Capitulum XV.

Sit rector singulis compassione
proximus, pre cunctis contemplatione
suspensus, ut et per pietatis viscera
in se infirmitatem ceterorum transferat,
et per speculationis altitudinem semetipsum
quoque invisibilia appetendo transcendat,
ne aut alta petens proximorum infirma
despiciat, aut infirmis proximorum
congruens appetere alta derelinquat.
Hinc namque est quod Paulus in paradi-
sum ducitur, tercii celi ~~celi~~ secreta
rimatur, et tamen illa invisibilium

contemplatione suspensus ad cubile carnalium mentis aciem revocat atque in occultis suis qualiter debeant commisceri dispensat dicens: Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque mulier suum virum habeat. Et uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro. Et paulo post dicit: Nolite fraudare invicem nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orationi, et iterum revertimini in idipsum. Ecce iam secretis caelestibus inseritur et tamen per condescensionis viscera carnalium cubile perscrutatur, et quem sublevatus ad invisibilia erigit, hunc misericorditer ad secreta infirmantium oculum cordis flectit. Caelum contemplatione transcendit nec tamen stratum carnalium sollicitudine deserit. Quia enim compage caritatis summis simul et infimis iunctus est, et in semetipso virtute spiritus ad alta valenter rapitur et pietate in aliis aequanimiter infirmatur. Hinc etenim dicit: Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror? Hinc rursum ait: Factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus. Quod nimirum exhibebat non amittendo fidem sed extendendo pietatem, ut in se personam infidelium transfigurans ex semetipso disceret qualiter aliis misereri debuisset, quatinus hoc illis impenderet quod sibimetipsi si ita esset impendi recte voluisset. Hinc rursum dicit: Sive mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis. Quia et semetipsum noverat contemplando transcendere et eundem se auditoribus condescendendo temperare. Hinc Iacob Domino desuper innitente et uncto deorsum lapide ascendentes angelos vidit, quia scilicet praedicatores recti non solum sursum sanctum caput ecclesiae videlicet Dominum contemplando appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius

miserando descendunt. Hinc Moyses crebro tabernaculum intrat et exit, et qui intus contemplatione rapitur, foris infirmantium negotiis urgetur. Intus Dei arcana considerat, foris onera carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum recurrit, coram testamenti archa Dominum consulit, exemplum procul dubio rectoribus praebens, ut cum foris ambigunt quod disponant, ad mentem semper quasi ad tabernaculum redeant et velut coram testamenti archa Dominum consulant, si de his in quibus dubitant apud semetipsos intus sacri eloquii paginas requirant. Hinc ipsa veritas per susceptionem nostrae humanitatis nobis manifestata in monte orationi inhaeret, miracula in urbibus exercet. Imitationis videlicet viam bonis rectoribus sternens, ut si iam summa contemplando appetunt, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo misceantur. Quia tunc ad alta caritas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit, et quo benigne descendit ad infima valenter recurrit ad summa. Tales autem sese qui praesunt exhibeant, quibus subiecti quoque occulta sua prodere non erubescant, ut cum temptationum fluctus parvuli tolerant, ad pastoris mentem quasi ad matris sinum recurrant, et hoc quod se inquinari pulsantis culpae sordibus praevident, exhortationis eius solatio ac lacrimis orationis laveant. Unde et ante fores templi Domini et ad abluendas ingredientium manus mare aeneum, id est luterem, duodecim boves portant. Quorum quidem facies exterius eminent, sed ex posterioribus latent. Quid namque

boves
xii boves nisi commissus pastorum
ordo designatur. De quibus paulo
disserente lex dicit. Non obtu-
rabis os bovi trituranti. Eorum
quidem nos aperta opera cernimus. Sed
apud districtum iudicem que illos po-
stremus maneant in occulta retri-
butione nescimus. qui tamen dum
cum distensionis sue patiencia di-
luendis proximorum confessionibus
preparant velut ante fores templi
lavacrum portant ut quisquis ad eterne
eternitatis ianuam intrat temptatio-
nes suas menti pastoris indicet
et quasi in bovis lavacro cogitationis
vel operis manus lavet. et fit ple-
rumque ut dum rectoris animus
aliena temptamenta condescendendo
cognoscit. auditis temptationibus
etiam ipse pulsetur. quia et hec
eadem qua populi multitudo diluitur
aqua procul dubio lavacri inquinatur.
Nam dum sordes diluentium su-
scipit quasi sue munditie serenitatem
perdit. Sed hec nequaquam pastori
timenda sunt. quia deo subtiliter
cuncta pensante tanto facilius
a sua eripitur quanto misericordius
ex aliena temptatione fatigatur.

Sit rector xvi cap
bene agentibus per humilitatem
socius contra delinquentium vicia. per
zelum iusticie erectus. ut et bo-
nis in nullo se preferat et cum
pravorum culpa exigit potestatem pro-
tinus denunciare sui prioratus agno-
scat quatenus et honore suppresso
equalem se subditis bene viven-
tibus deputet et erga perversos iura
rectitudinis exercere non formidet.
Nam sicut in libris moralibus
dixisse me memini liquet
quod omnes homines natura equa-
les genuit. Sed variante me-
ritorum ordine alios aliis viciorum
culpa postponit. Ipsa autem diversi-
tas que accessit ex vitio divino
iudicio dispensatur. ut quia
omnis homo eque stare non valet
aliter regatur ab altero. Unde
cuncti qui presunt non in se po-
testatem debent ordinis sed equa-
litatem pensare conditionis. nec pre-
esse se hominibus gaudeant sed prodes-
se. Antiqui etenim patres nostri non
reges hominum. sed pastores pecorum
memorantur esse fuisse. Et cum
Noe dominus filiisque eius diceret
crescite et multiplicamini et re-
plete terram protinus adiunxit et
terror vester ac tremor sit super
cuncta animalia terre. Cuius videlicet
terror ac tremor. quia esse super
animalia terre precipitur. profecto
esse super homines prohibetur. Ho-
mo quippe brutis animalibus. Non autem
hominibus ceteris natura prelatus
est et ideo ei dicitur. ut ab animalibus
et non ab hominibus timeatur.
Ubi et iniustis bona prestantur
quia contra naturam superbire est ab equa-
li velle timeri. et tamen necesse est
ut rectores a subditis timeantur
quando ab eis deum minime timeri
deprehendunt. ut humana saltem
formidine peccare metuant. qui
divina iudicia non formidant.
Nequaquam namque prepositi ex hoc
quesito timore superbiunt. In quo
non suam gloriam sed subditorum
iusticiam querunt. In eo enim quod
metum sibi a perverse viventibus
exigunt quasi non hominibus sed ani-
malibus dominantur. quia videlicet ex qua
parte bestiales sunt subditi ex ea
debent etiam formidini iacere
substrati. Sed plerumque rector
eo ipso quo ceteris preeminet elatione

cogitationis intumescit. Et dum ad usum cuncta subiacent, dum ad votum velociter iussa complentur, dum omnes subditi si qua bene gesta sunt laudibus efferunt, male gestis autem nulla auctoritate contradicunt, dum plerumque laudant etiam quod reprobare debuerunt, seductus ab hiis que infra suppetunt super se animus extollitur, et dum foris immenso favore circumdatur intus veritate vacuatur, atque oblitus sui in voces se spargit alienas, talemque se credit qualem se foris audit, non qualem intus discernere debuit. Subiectos despicit, eosque equales sibi nature ordine non agnoscit, et quos sorte potestatis excesserit transcendisse se etiam vite meritis credit. Cunctis se existimat amplius sapere quibus se videt amplius posse. In quodam quippe se constituit culmine apud semetipsum, et qui equalis ceteris nature conditione constringitur, ex equo respicere ceteros dedignatur, sicque ad eius similitudinem ducitur de quo scriptum est: Omne sublime videt, et ipse est rex super universos filios superbie. Qui singulare culmen appetens sociale angelorum vitam despiciens ait: Ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo. Miro ergo iudicio intus foveam deiectionis invenit dum foris se in potestatis culmine extollit; apostate quippe angelo similis efficitur dum homo hominibus esse similis dedignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorem se superbie culmine potestatis extendit; per humilitatem quippe hic prelatus est, per superbiam reprobatus, Domino attestante qui ait: Nonne cum esses parvulus in oculis tuis caput in tribubus Israel te constitui? Parvulum se in suis prius oculis viderat, sed fultus temporali potentia iam se parvulum non videbat. Ceterorum namque comparatione se preferens, quia plus cunctis poterat, magnum se pre omnibus estimabat. Miro autem modo cum apud se parvulus, apud Deum magnus; cum vero apud se magnus apparuit, apud Deum parvulus fuit. Plerumque ergo dum ex subiectorum affluentia animus dilatatur, in fluxum superbie ipso potentie fastigio lenocinante corrumpitur. Quam potentiam vero bene regit qui et tenere illam noverit et impugnare. Bene hanc regit qui scit per illam super culpas erigi, scit cum illa ceteris equalitate componi. Humana etenim mens plerumque extollitur etiam cum nulla potestate fulcitur; quanto magis se in altum erigit cum se ei etiam potestas adiungit. Quam tamen potestatem recte dispensat qui sollicite noverit et sumere ex illa quod adiuvat, et expugnare quod temptat, et equalem se cum illa ceteris cernere, et tamen se peccantibus zelo ultionis anteferre. Sed hanc discretionem plenius agnoscimus si pastoris primi exempla cernamus. Petrus namque auctore Deo sancte ecclesie principatum tenens, a bene agente Cornelio et se ei humiliter prosternente immoderatius venerari recusavit, seque illi similem recognovit dicens: Surge, ne feceris, et ego ipse homo sum. Sed cum Ananie et Saphire culpam repperit, mox quanta potentia

se ceteros excrevisse audit verbo namque
eorum vitam protulit quam ipsi presentia
te deprehendit et summum se intra statim
etiam contra peccata recoluit quod honor eius
vehementer impresso coram bene agen-
tibus fratribus non agnovit Illic eo
munere equalitatis meruit factus actio-
nis Hic zelus ultionis ius ape-
ruit potestatis Paulus bene agentibus
fratribus prelatum se esse nesciebat cum
diceret Non quia dominamur fidei vestre
Sed adiutores sumus gaudii vestri
atque illico adiunxit fide enim statis
Ac si id quod protulerat aperiret dicens
Ideo non dominamur fidei vestre quia fide
statis equales enim nobis sumus ubi vos
nos stare cognoscimus Quasi prelatum
se fratribus esse nesciebat cum diceret facti
sumus parvuli in medio vestrum et
rursum Nos autem servos vestros per
Christum Sed cum culpam que corri-
gi debuisset invenit illico magistrum
se esse recoluit dicens Quid vultis
in virga veniam ad vos Summus itaque
locus bene regitur cum is qui preest
vitiis potius quam fratribus dominatur
Sed cum delinquentes subditos prepo-
siti corrigunt necesse est restat ut
sollicite attendunt quatenus per
discipline debitum culpas quidem
iure potestatis feriant Sed per hu-
militatis custodiam equales se ipsis fra-
tribus qui corriguntur agnoscant Quam-
vis plerumque dignum est ut eos quos
corrigimus tacita nobis cogitatione
preferamus illorum namque per nos vi-
tia discipline vigore feriuntur in
his vero que ipsi committimus ne verbi
quidem ab aliquo invectione laceramur
Tanto ergo apud Dominum obligatiores sumus
quanto apud homines inulte peccamus
Disciplina autem vestra subditos di-
vino iudicio tanto liberiores reddit
quanto hic eorum culpas sine vindicta
non deserit Servanda itaque est et

in corde humilitas et in opere disci-
plina atque inter hec solerter intuendum
est ne dum immoderatius custoditur
virtus humilitatis solvantur iura re-
giminis et dum prelatus quisque plus
se quam decet deicit subditorum vitam
distringere sub discipline vinculo
non possit Teneant ergo rectores exterius
quod pro aliorum utilitate suscipiunt servent
interius quod de sua estimatione
pertimescunt Sed tamen quibusdam
signis decenter erumpentibus eos apud
se esse humiles etiam subiecti deprehen-
dant quatenus et in auctoritate eorum
quod formident videant et de humilitate
quod imitentur agnoscant Studeant
igitur qui presunt ut quanto eorum potentia
exterius magna cernitur tanto apud eos interius depri-
matur ne cogitationem vincat ne in delec-
tationem sui animum rapiat ne iam sub
se mens eam regere non possit cui se
libidine dominandi supponit Ne enim
presidentis animus ad elationem potestatis
sue delectatione rapiatur recte per quendam
sapientem dicitur Ducem te constituerunt
noli extolli Sed esto in illis quasi
unus ex illis Hinc Petrus etiam ait
non dominantes in clero sed forma facti
gregis ~~ex animo~~ Hinc per semetipsam Veri-
tas ad altiora nos virtutum merita
provocat dicens Scitis quia principes
gentium dominantur eorum et qui maiores
sunt potestatem exercent in eos Non
ita erit inter vos Sed quicumque voluerit
inter vos maior fieri sit vester minister
et qui voluerit inter vos primus esse
erit vester servus sicut Filius hominis non
venit ministrari sed ministrare Hinc
est quod servum ex suscepto regimine ela-
tum que post supplicia maneant
indicat dicens Quod si dixerit malus
ille servus in corde suo moram facit
dominus meus venire et ceperit percutere
conservos suos manducet autem et bibat

cum ebriis. Veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua ignorat et dividet eum partemque eius ponet cum hypocritis. Inter hypocritas enim iure deputatur qui ex simulatione disciplinae ministerium regiminis vertit in usum dominationis. Et tamen nonnumquam gravius delinquitur si inter perversos plus aequalitas quam disciplina custoditur. Quia etenim falsa pietate superatus ferire Heli delinquentes filios noluit apud districtum iudicem semetipsum cum filiis crudeli damnatione percussit. Hinc namque ei divina voce dicitur: Honorasti filios tuos magis quam me. Hinc pastores increpat per prophetam dicens: Quod fractum est non alligastis quod abiectum est non reduxistis. Abiectum enim reducitur cum quis in culpa lapsus ad statum iustitiae ex pastoralis sollicitudinis vigore revocatur. Fracturam vero ligamen astringit cum culpam disciplina deprimit ne plaga usque ad interitum defluat si hanc districtionis severitas non coartat. Sed saepe deterius frangitur cum fractura incaute colligatur ita ut gravius scissuram sentiat si hanc immoderatius ligamenta constringunt. Unde necesse est ut cum peccati vulnus in subditis corrigendo restringitur magna se etiam sollicitudine etiam districtio ipsa moderetur quatenus sic iura disciplinae contra delinquentes exerceat ut pietatis viscera non amittat. Curandum quippe est ut rectorem subditis et matrem pietas et patrem exhibeat disciplina atque inter haec sollicita circumspectione providendum ne aut districtio rigida aut pietas sit remissa. Nam sicut in libris iam moralibus diximus disciplina vel misericordia multum destituitur si una sine altera teneatur. Sed erga subiectos suos inesse rectoribus debet et iuste consulens misericordia et pie saeviens disciplina. Hinc namque est quod docente veritate per Samaritani studium semivivus in stabulum ducitur et vinum atque oleum vulneribus eius adhibetur ut per vinum scilicet mordeantur vulnera per oleum foveantur. Necesse quippe est ut quisquis sanandis vulneribus praeest in vino morsum doloris adhibeat in oleo mollitiem pietatis quatinus per vinum mundentur putrida per oleum sananda foveantur. Miscenda ergo est lenitas cum severitate faciendum quoddam ex utroque temperamentum ut neque multa asperitate exulcerentur subditi neque nimia benignitate solvantur. Quod iuxta Pauli vocem bene illa tabernaculi archa significat in qua cum tabulis virga simul et manna est quia cum scripturae sacrae scientia boni rectoris in pectore si est virga districtionis sit et manna dulcedinis. Hinc David ait: Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgae quae feriat sit et consolatio baculi quae sustentet. Sit itaque amor sed non emolliens sit vigor sed non exasperans sit zelus sed non immoderate saeviens sit pietas sed non plus quam expedit parcens ut dum se in arte regiminis iustitia clementiaque permiscet is qui praeest corda subditorum et terrendo demulceat et tamen ad terroris reverentiam demulcendo constringat.

xvii cam

Sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens exteriorum providentiam in internorum sollicitudine non relinquens ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat aut solis interioribus occupatus quae foris debet proximis non impendat. Saepe namque nonnulli velut obliti quod fratribus animarum causa praelati sunt toto cordis annisu saecularibus curis inserviunt. Has cum adsunt se agere exultant ad has etiam cum desunt diebus ac noctibus cogitationis turbidae aestibus anhelant

Cumque ab his cessante forsitan oppor-
tunitate quieti sunt. Ipsa deterius
pro quiete fatigantur. quia voluptate namque
censent si actionibus deprimuntur laborem
deputant si in terrenis negotiis non
laboraverint. Sic quod fit ut dum se urgeri mun-
danis tumultibus gaudent. in terrena
que alios docere debuerant ignorent.
Unde subiectorum quoque procul dubio vita tor-
pescit. quia cum proficere spiritualiter appetunt
in exemplo eius qui super ipsos prelatus est. quasi
in obstaculo itineris offendunt. Languen-
te enim capite membra in cassum vigent
et in exploratione hostium frustra ex-
ercitus velociter sequitur. si ab ipso duce
itineris erratur. Nulla subditorum
mentes exortatio sublevat eorumque culpas
increpatio nulla castigat. quia dum per ma-
num spiritualem terreni exercet officium
iudicis a gregis custodia vacat cura
pastoris et subiecti veritatis lumen appre-
hendere nequeunt. quia dum pastoris
sensus terrena custodia occupat. ventis
temptationis impulsus ecclesie oculos pul-
vis excecat. Unde contra rerum humani generis
redemptor cum nos a ventris voracitate
compesceret dicens. Attendite autem vobis
ut non graventur corda vestra in crapula
et ebrietate illico adiunxit. et in curis
huius vite. Ubi pavorem quoque protinus terrore
adiciens ne forte superveniat repentina
dies illa. Cuius adventus etiam qualitatem
denuntiat dicens. Tamquam laqueus enim
veniat super omnes qui sedent super faciem
orbis terre. Hinc iterum dicit. Nemo
potest duobus servire. Hinc Paulus religio-
sorum mentes a mundi consortio contestan-
do. ac potius conveniendo suspendit. di-
cens. Nemo militans deo implicat
se negotiis secularibus ut ei placeat cui
se probavit. Hinc ecclesie rectoribus et va-
candi studium precipit. et consulendo
remedia ostendit dicens. Secularia
igitur iudicia si habueritis contemptibi-
les qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudi-
candum. Ut ipsi videlicet dispensationibus

terrenis

inserviant. quos dona spiritualia non
exornant. Ac si apertius dicat. Quia
penetrare interna nequeunt saltem necessaria
foris operentur. Hinc Moyses qui cum
deo loquitur. Jethro alienigene repre-
hensione iudicatur. quia terrenis populorum
negotiis stulto labore deservit. Cui
et consilium mox prebetur. ut pro se alios
ad iurgia dirimenda constituat. et ipse
liberius ad erudiendos populos spiritualium
archana agnoscat. A subiectis ergo inferiora
gerenda sunt. a rectoribus summa cogitan-
da. ut scilicet oculum qui providendis gressibus
preminet cura pulveris non obscuret. Ca-
put namque subiectorum sunt cuncti qui
presunt. et ut recta pedes valeant itinera
carpere. hoc procul dubio caput debet ex
alto providere. ne a profectu sui itineris pedes
torpeant. cum curvata rectitudine corporis
caput sese ad terram declinat. Qua
autem mente animarum presul honore pa-
storali inter ceteros utitur. si in terrena ne-
gotia que reprehendere in aliis debuit
et ipse versatur. quod videlicet ex ira iuste re-
tributionis per prophetam dominus minatur
dicens. Et erunt sicut populus. sic sacerdos.
Sacerdos quippe est. ut populus quando
ea agit is qui spirituali officio fungitur
que illi nimirum faciunt. qui adhuc
de studiis carnalibus iudicantur. Quod cum
magno scilicet dolore caritatis Jeremias
propheta conspiceret. quasi sub destructione tem-
pli deplorat dicens. Quomodo ob-
scuratum est aurum. mutatus est color
optimus. dispersi sunt lapides sanctuarii
in capite omnium platearum. Quid namque
aurum quod ceteris metallis preminet nisi excel-
lentia sanctitatis. Quid color optimus
nisi cunctis amabilis reverentia reli-
gionis exprimitur. Quid sanctuarii lapides
nisi sacrorum ordinum persone signantur.
Quid platearum nomine nisi presentis vite
latitudo figuratur. Quia enim greco eloquio
platea latitudo dicitur. profecto a latitudine
platee sunt vocate. Per semetipsam vero
veritas dicit. Lata et spatiosa via

est que dicit ad p[ro]ditionem. Aurum quomodo
obscuratur cum terrenis actibus sanctitatis
vita polluitur. Color optimus commutatur
cum quorundam qui agere religiose crede-
bantur estimatio ante acta minuitur. Nam
cum quilibet post sanctitatis habitum terrenis
se actibus inserit quasi colore permutato ante
oculos eius reverentia despecta pallescit.
Sanctuarii quoque lapides in plateis disper-
guntur. Cum hi qui secularia foras lata
itinera expetunt hii qui ad ornamen-
tum ecclesie interioribus misteriis quasi in secretis
sanctuarii vacare debuerunt. Ad hoc
quippe sanctuarii lapides fiebant ut
intra sancta sanctorum in vestimento summi
sacerdotis apparerent. Cum vero ministri
religionis ac fidei a subditis honore
redemptoris sui ex merito vite non
exigunt sanctuarii lapides in ornamento
pontificis non sunt. Qui nimirum san-
ctuarii lapides dispersi per plateas ia-
cent cum persone sacrorum ordinum vo-
luptatum suarum latitudini dedite
terrenis negotiis inherent. Et notandum
quod non hos dispersos in plateis sed
in capite omnium platearum dicit quia
et cum terrena agunt summi videri ap-
petunt ut et lata itinera teneant
ex voluptate delectationis et tamen
in platearum sint capite ex honore sanctitatis.
Nihil quoque obstat si sanctuarii lapides eos
ipsos quibus constructum sanctuarium exste-
bat accipimus qui dispersi in capite
platearum iacent cum sacrorum ordinum
viri terrenis actibus et desiderio inser-
viunt ex quorum prius officio sanctitatis
gloria stare videbatur. Secularia ergo nego-
tia aliquando ex compassione toleranda
sunt. Nunquam vero ex amore requirenda
ne cum mentem diligentis aggravant
hanc suo victam pondere ad ima de
celestibus demergant. At contra
nonnulli gregis quidem curam suscipi-
unt. Sed sic sibi vacare ad spiritua-
lia appetunt ut rebus exterioribus
nullatenus occupentur. Qui cum

curare corporalia funditus negligunt
subditorum necessitatibus minime concurrunt
quorum nimirum predicatio plerumque de-
spicitur quia dum delinquentium facta cor-
ripiunt sed tamen eis necessaria presentis vite
non tribuunt nequaquam libenter audiuntur.
Egentis etenim mentem doctrine sermo
non penetrat. Si hunc apud eius
animum manus misericordie non commendat. Tunc
autem verbi semen facile germinat cum hoc
in audientis pectore pietas predicantis
rigat. Unde rectorem necesse est ut interio-
ra possit infundere cogitatione in-
noxia et exteriora providere. Sic itaque
pastores erga interiora studia subdi-
torum suorum ferveant quatenus in eis
exterioris quoque vite providentiam non relin-
quant. Nam quasi iure ut diximus
ad percipiendam predicationem gregis animus
frangitur si cura exterioris subsidii
a pastore negligatur. Unde primus pa-
stor sollicite admonet dicens. Seniores
qui in vobis sunt obsecro consenior
et testis Christi passionum qui et eius
que in futuro revelanda est glorie com-
municator pascite qui in vobis est
gregem dei. Qui hoc in loco si passi-
ones cordis an corporis suaderet ape-
ruit cum subiunxit. Providentes non coacte
sed spontanee secundum deum neque turpis
lucri gratia sed voluntarie. Quibus
profecto verbis pastoribus pie precavetur
ne dum subiectorum inopiam satiant
se mucrone ambitionis occidant
ne cum per eos carnali subsidio refici-
untur proximi ipsi remaneant a iustitie
pane ieiuni. Hanc pastorum sollicitu-
dinem Paulus excitat dicens. Si quis suorum
et maxime domesticorum curam non
habet fidem negavit et est infideli de-
terior. Inter hec itaque semper metuendum
est et vigilanter intuendum. Ne dum
cura ab eis exterior agitur ab interna
intentione mergantur. Plerumque enim ut
prediximus corda rectorum dum temporali
sollicitudini incaute deserviunt

ab intimo amore frigescunt et foras
fusi oblivisci non metuunt quia animarum
regimina susceperunt. Sollicitudo ergo
que subditis exterius impenditur ut sub
certa necesse est mensura teneatur. Unde
bene ad Ezechielem dicitur: Sacerdotes caput
suum non radant neque comam nutriant
sed tondentes tondeant capita sua.
Sacerdotes namque iure vocati sunt qui
ut sacrum ducatum prebeant fidelibus
presunt. Capilli vero in capite exteriores
sunt cogitationes in mente. Qui dum
super cerebrum insensibiliter oriuntur
curas presentis vite designant que ex sensu
negligenti quia importune aliquando prode-
unt quasi nobis non sentientibus proce-
dunt. Quia igitur cuncti qui presunt
habere quidem sollicitudines exteriores
debent nec tamen eis vehementer incumbere
sacerdotes recte et caput prohibentur radere
et comam nutrire ut cogitationes
cordis de vita subditorum nec a se fun-
ditus amputent nec rursus has crescere
nimis relaxant. Ubi et
bene dicitur: Tondentes tondeant capita
sua ut videlicet cure temporalis solli-
citudines et quantum necesse est prodeant
et tamen recidantur citius ne immo-
deratius excrescant. Dum igitur et per
administratam exteriorem providentiam cor-
porum vita protegitur et rursum per mo-
deratam cordis intentionem non impeditur
capilli in capite sacerdotis et servan-
tur ut cutem cooperiant et resecantur
ne oculos claudant etc. Rubrica

Inter que hec necesse est
ut rector sollerter invigilet ne hunc
cupido placendi hominibus pulset ne
cum studiose interiora penetrat cum
provide exteriora subministrat se magis
a subditis diligi quam veritatem que-
rat ne cum bonis actibus fultus
a mundo amore. Videatur alienus hunc
auctori reddit extraneum amor suus.
Hostis namque redemptoris est qui per recta
opera que facit eius vice ab ecclesia
amari concupiscit quia adulterine

ne cogitationis reus est. Si placere
puer sponse oculis appetit pro qua sponsus
sus dona transmisit. Quia nimirum
amor proprius cum rectoris mentem ceperit
aliquando hunc ad mollitiem inordinate
aliquando vero ad asperitatem rapit. Ex amore
et enim suo mens rectoris in mollitiem
vertitur quia cum peccantes subditos
respicit ne erga hunc eorum dilectio
torpeat corripere non presumit. Nonnunquam
vero errata subditorum que increpare
debuerat adulationibus demulcet.
Unde bene per prophetam dicitur: Ve hiis qui
consuunt pulvillos sub omni cubito
manus et faciunt cervicalia sub ca-
pite universe etatis ad capiendas
animas. Pulvillos quippe sub omni
cubito manus est ponere cadentes
a sua rectitudine animas atque in hujus
mundi se delectatione reclinantes
blanda adulatione refovere. Quasi
enim pulvillo cubitus vel cervicalibus
caput iacentis excipitur cum cor-
rectionis duricia peccanti subtrahitur
eique mollities favoris adhibetur
ut in errore molliter iaceat quem
nulla asperitas contradictionis pulsat.
Sed hec rectores qui semetipsos
diligunt hiis procul dubio exhibent
a quibus se nocere posse in studio
glorie temporalis timent. Nam
quos nil contra se valere conspiciunt
hos nimirum asperitate semper rigide
invectionis premunt. Nunquam cle-
menter admonent sed pastoralis man-
suetudinis obliti iure dominationis
terrent. Quos recte per prophetam divi-
na vox increpat dicens: Vos autem
cum austeritate imperabatis eis et cum
potentia. Plus enim se suo auctore dili-
gentes iactanter erga subiectos eri-
gunt nec quid agere debent sed quid
valeant attendunt. Nil de subsequenti
iudicio metuunt dum improbe de temporali
potestate gloriantur. Libet ut licenter et illi-
cita faciant subditorum nemo contradicat.
Qui ergo prava studet agere et tamen

ad hec ceteros tacere, ipse sibimet testis est, quia plus veritate se diligi appetit, qui contra se non vult defendi. Nemo quippe est qui ita vivat, ut aliquatenus non delinquat. Ille ergo se ipso amplius veritatem desiderat amari, qui sibi a nullo vult contra veritatem parci. Hinc est enim quod Petrus increpationem Pauli libenter accepit; hinc David correptionem subditi humiliter audivit. Quia rectores boni, dum privato amore diligere se nesciunt, libere puritatis verbum a subditis obsequium humilitatis credunt. Sed inter hec necesse est ut cura regiminis tanti moderaminis arte temperetur, quatinus subditorum mens, cum quedam recte sentire potuerit, sic in vocis libertatem prodeat, ut tamen libertas in superbiam non erumpat; ne dum fortasse nimis moderatius lingue eis libertas conceditur, vite ab his humilitas amittatur. Sciendum quoque quod oportet ut rectores boni placere hominibus appetant, sed ut per estimationis sue dulcedinem proximos in affectu veritatis trahant; non ut se amari desiderent, sed ut dilectionem suam quasi quandam viam faciant per quam corda audientium ad amorem conditoris introducant. Difficile quippe est ut quamlibet recta denuncians predicator qui non diligitur libenter audiatur. Debet ergo qui preest et studere se diligi, quatinus possit audiri, et tamen amorem suum pro semetipso non querere, ne inveniatur ei cui servire per officium cernitur occulta cogitationis tyrannide resultare. Quod bene Paulus insinuat, cum nobis studii sui occulta manifestat dicens: Sicut et ego per omnia omnibus placeo. Qui tamen rursus dicit: Si adhuc hominibus placerem, servus Christi non essem. Placet ergo Paulus et non placet, quia in eo quod placere appetit, non se, sed per se hominibus placere veritatem querit. xix ca ix

Quid scire rector solicite debeat

Sciendum quoque est rectori quod plerumque vitia virtutes se esse mentiuntur. Nam sepe sub parsimonie nomine se tenacia palliat, contraque se effusio sub appellatione largitatis occultat. Sepe inordinata remissio pietas creditur, et effrenata ira spiritualis zeli virtus estimatur. Sepe precipitata actio velocitatis efficacia, atque agendi gravitas tarditatis consilium putatur. Unde necesse est ut rector animarum virtutes ac vitia vigilanti cura discernat, ne aut cor tenacia occupet et parcum se videri in dispensationibus exultet; aut cum effuse quid perditur largum se et quasi miserando glorietur; aut remittendo quod ferire debuit ad eterna supplicia subditos pertrahat; aut inaniter feriendo quod delinquitur ipse gravius delinquat; aut hoc quod agi recte atque graviter potuit inmature preveniens levigat; aut bone actionis meritum differendo ad deteriora permutet. Sciendum quoque xx ca x. Sciendum est quod aliquando subiectorum vitia prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur indicanda; aliquando et aperte cognita mature tolleranda; aliquando vero subtiliter et occulte perscrutanda; aliquando leniter arguenda; aliquando autem vehementer increpanda. Nonnulla quippe, ut diximus, prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur indicanda, ut cum delinquens deprehendi se cognoscit et perpeti, has quas in se tacite tollerari considerat augere culpas erubescat, seque se iudice puniat, quem sibi apud se rectoris patientia clementer excusat. Qua scilicet dissimulatione bene dominus Iudeam corripit, cum per prophetam dicit: Mentita es et mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo, quia ego

+ Quod debeat esse rector discretus circumspectus +

quia ego tacens et quasi non videns
et dissimulans/ ~~[illegible]~~ et culpata no-
tuit quia et contra peccata tacuit
et hoc ipsum tamen quod tacuit di-
xit. Nonnulli autem vel apte
cognita maturius tolleranda sunt
cum videlicet rerum nulla opportuni-
tas congruit ut aperte corrigantur.
Nam secta inmature vulnera
deterius infervescunt et nisi
cum tempore medicamenta con-
veniant constat procul dubio quod
medendi officium amittant. Sed
cum tempus subditis ad cor-
reptionem queritur sub ipso cul-
parum pondere patientia prelatis exer-
cetur. Unde per bene psalmista
dicitur. Supra dorsum meum fabrica-
verunt peccatores. In dorso quippe
honera sustinemus. Supra dor-
sum ergo suum fabricasse conqueritur
peccatores. Ac si aperte dicatur.
Quos corrigere nequeo quasi superimpo-
situm honus porto. Nonnulla autem
sunt subtiliter occulta perscrutanda
ut quibusdam signis erumpen-
tibus rector in subditorum mente omne
quod clausum latet inveniat et
interveniente correptionis articulo
ex minimis maiora cognoscat. Unde
recte ad ezechielem dicitur fili hominis
fode parietem. Ubi mox idem prophe-
ta subiungit et cum perfodissem
parietem apparuit hostium unum et
dixit ad me. Ingredere et vide
abhominationes pessimas quas
isti faciunt hic. et ingressus vidi
et ecce omnis similitudo reptilium
et animalium abominatio et universa
ydola domus israel depicta erant
in pariete. Per ezechielem quippe
prepositorum persone signantur. Per
parietem duricia subditorum
et quid est parietem fodere nisi
acutis inquisitionibus duriciam
cordis aperire. Quem cum perfodisset
apparuit hostium quia cum cordis
duricia vel studiosis percunctationibus
vel maturis correptionibus scinditur
quasi quedam ianua ostenditur ex qua
omnia in eo qui corripitur cogitationum
interiora videantur. Unde et bene
illic subditur ingredere et vide ab-
ominationes pessimas quas isti
faciunt ~~hic~~ hic. Quasi ingreditur
ut abhominationes aspiciat qui
discussis quibusdam signis exterius
apparentibus ita corda subditorum
penetrat ut cuncta ei que illici-
te cogitantur innotescant. Unde
et subdidit et ingressus vidi et ecce
omnis similitudo reptilium et anima-
lium abominatio. In reptibili-
bus cogitationes omnino terrene
designantur. In animalibus vero iam
quidem aliquantulum a terra suspense
Sed adhuc terrene mercedis premia
requirentes. Nam reptilia toto
ex corpore terre inherent animalia autem
ex magna parte corporis suspensa sunt
appetitu tamen gule ad terram semper
inclinantur. Reptilia itaque sunt
intra parietem cum cogitationes vol-
vuntur in mente que a terrenis de-
sideriis nunquam levantur. Animalia
quoque sunt intra parietem quando
etsi qua iam iusta si qua hone-
sta cogitantur appetendis tamen lucris
temporalibus honoribusque deserviunt
et per semetipsa quidem iam quasi
a terra suspensa sunt. Sed adhuc
per ambitum vel per gule desiderium
se se ad ima submittunt. Unde et
bene subditur et universa ydola
domus israel depicta erant in parie-
te. Scriptum quippe est et avari-
tia que est ydolorum servitus

Recte ergo post atria idola describuntur
quia honesta actione nonnulli quasi
aliorum se erigunt · ambitione tamen
in honesta semetipsos ad terram de-
ponunt. Ubi autem dicitur depicta ~~dicit~~
erant Scema dum exterior · verum
intus stant species attrahuntur quasi
in corde depingitur quicquid fictis
imaginibus deliberando cogitatur
Notandum itaque est quia prius foramen
in pariete ac deinde ostium cernitur
· et tunc demum occulta abhomi-
natio demonstratur · quia nimirum
Uniuscuiusque peccati prius signa for-
insecus · deinde ianua apte ini-
quitatis ostenditur · et tunc demum
omne malum quod intus ~~quod intus~~ latet
aperitur. Nonnulla autem sunt
leniter arguenda Nam cum non ma-
licia Sed sola ignorancia vel infir-
mitate delinquitur perfecto intelligendum
est · ut magno moderamine ipsa
delicti correptio temperetur Cuncti
quippe quousque in hac morli-
talitatis carne subsistimus corrup-
tionis nostre infirmitatibus subia-
cemus Ex se ergo debet quisque colli-
gere · qualiter aliene debet opor-
teat imbecillitati misereri Ne
contra infirmitatem proximi Sed
admonitionis voce fervencius
rapitur oblitus sui esse videatur
Unde bene paulus admonet dicens
Si preoccupatus fuerit homo in aliquo
delicto · vos qui spirituales estis in-
struite huiusmodi in spiritu mansue-
tudinis considerans teipsum ne
et tu tempteris · ac si aperte dicat
Cum displicet ex aliena infirmi-
tate quod conspicis pensa quid
es · ut increpationis zelo se spiritus
temperet · dum sibi quoque quod increpat
timet
timet Nonnulla autem sunt vehe-
menter increpanda · ut cum culpa
abauctore non cognoscitur quanti sit pon-
deris ab increpantis ore senciatur et
cum sibi quis malum quod perpetravit
leviat hoc quod se gravavit ex cor-
ripientis asperitate pertimescat De-
bitum quippe rectoris est superne
contra patrie gloriam per vocem predicationis
ostendere · quanta in huius vite itinere
temptamenta antiqui hostis la-
teant aperire · et subditorum mala
que tolerari leniter non debent
cum magni zeli asperitate corri-
gere Ne si minus contra culpas
accenditur culparum omnium reus ipse
teneatur. Unde bene ad ezechie-
lem dicitur Sume tibi laterem et po-
nes eum coram te · et describes in eo
civitatem ierusalem Statimque sub-
iungitur · et ordinabis adversus
eam obsidionem et edificabis mu-
nitiones et comportabis aggerem
et dabis contra eam castra · et
pones arietes in giro · eique ad
munitionem mox · per eum subinfertur
· et tu sume tibi sartaginem ferream
· et pones eam murum ferreum
inter te et inter civitatem Cuius
enim ezechiel propheta nisi magi-
strorum speciem tenet cui dicitur · sume
tibi laterem · et pones eum coram te
· et describes in eo civitatem ierusalem
Sancti quippe doctores sibi laterem
non sumunt · cum terrenum auditorum
cor ut doceant apprehendunt
Cuius scilicet laterem coram se ponunt
Cum tota illud mentis intentione
custodiunt · in quo et civitatem
ierusalem iubentur describere · quia
predicando terrenis cordibus curant

simul ostendere que sit superne pacis visio de-
monstrat. Sed quia nulla superne gloria
patrie celestis agnoscitur nisi et quanta
hic irruant hostis callidi temptamenta
noscantur, apte subiungitur: Et ordinabis
adversus eam obsidionem, et edificabis mu-
nitiones. Sancti quippe doctores obsi-
dionem circa laterem in quo Ierusalem civi-
tas descripta est ordinant, cum terrene
menti, sed tamen supernam pacem requirenti,
quanta eam in huius vite tempore
viciorum impugnet adversitas demonstrant.
Nam cum unumquodque peccatum quomodo
proficientibus insidietur ostenditur, quasi obsidio
circa civitatem Ierusalem voce predicatoris or-
dinatur. Sed quia non solum debent
innotescere qualiter vitia impugnent, verum
etiam quomodo custodite nos virtutes ro-
borent, recte subiungitur: Et edificabis
munitiones. Munitiones vero sanctus
predicator edificat quando que virtutes
resistant vitiis demonstrant. Et quia
crescente virtute plerumque bella tempta-
tionis augentur, recte ad hunc additur:
Et comportabis aggerem, et dabis contra eam
castra, et pones arietes in gyro. Aggerem
namque comportat quisque predicator cum quisque
molem crescentis temptationis enunciat,
et contra Ierusalem castra erigit cum recte in-
tentioni auditorum hostis callidi circumspectas
et quasi incomprehensibiles insidias predicit,
atque in gyro arietes ponit cum temptationum
aculeos in hac vita nos undique circumdan-
tes et virtutum murum perforantes innote-
scit. Sed quamvis hec licet subtiliter rector
insinuet, nisi contra delicta per spiritum emu-
lationis ipse ferveat, nullam sibi in perpetuum
absolutionem parat. Unde illic adhuc
recte subiungitur: Et tu sume tibi sarta-
ginem ferream, et pones eam murum
ferreum inter te et inter civitatem. Per
sartaginem quippe frixura mentis, per ferrum
vero increpationis fortitudo signatur.
Quid vero acrius doctoris mentem quam
zelus Dei frigit et excruciat? Unde
Paulus huius sartaginis urebatur
frixura cum diceret: Quis infirmatur

et ego non infirmor? Quis scan-
dalizatur, et ego non uror? Et quia quisquis
~~quisque~~ zelo Dei accenditur, ne dampna-
nati ex negligentia debeat, forti in perpe-
tuum custodia munitur, recte dicitur: Po-
nes eam murum ferreum inter te et inter
civitatem. Sartago autem ferrea murus
ferreus inter prophetam et civitatem ponitur,
quia cum nunc ~~tunc~~ fortem zelum rectores
exhibent, eundem zelum postmodum
inter se et auditores suos fortem mu-
nitionem tenent, ne tunc ad vindictam
destituti sint si nunc fuerint in correp-
tione dissoluti. Sed inter hec sciendum
est quia dum ad increpationem se mens
doctoris exasperat, difficile valde est
ut non aliquando et ad aliquid quod dicere non debeat
erumpat. Et plerumque contingit ut
dum culpa subditorum cum magna
invectione corripitur, magistri lingua
usque ad excessus verba pertrahatur. Cumque
increpatio immoderate accenditur, cor-
da delinquentium in desperatione depri-
muntur. Unde necesse est ut exasperatus
rector, cum subditorum mentem plus se
quam debuit perculisse considerat, apud se
semper ad ~~...~~ penitentiam recurrat, ut per
lamenta veniam in conspectu veritatis
obtineat ex eo etiam quod per zeli eius stu-
dium peccat. Quod figurate Dominus per
Moysen precipit dicens: Si quis abie-
rit cum amico suo simpliciter in silvam
ad ligna cedenda, et lignum securis
fugerit manum, ferrumque lapsum de
manubrio amicum eius percusserit et occi-
derit, hic ad unam supradictarum urbium
fugiet et vivet, ne forte eius ~~proximus~~ proximus
cuius effusus est sanguis, dolore stimu-
lo persequatur, apprehendat eum et per-
cutiat animam eius. Ad silvam quippe
cum amico imus quotiens ad intuenda sub-
ditorum delicta convertimur, et simpliciter ligna
succidimus cum delinquentium vitia
pia intentione resecamus. Sed securis
manum fugit cum sese increpatio plus quam
necesse est in asperitate pertrahit. Ferrumque
de manubrio prosilit cum de correptione
sermo durior excedit, et amicum percutit
et occidit, quia auditorem suum prolata

doctore gd'

cum mollia asperis dilectionis miscet.
Correpti namque mens repente ad desperatio-
nem prorumpit si hanc immoderata
increpatio plusquam debuit addicit.
Sed hunc qui in tanta lingue per-
cussione proximum extinxerit ad tres ne-
cesse est urbes fugiat ut in una
earum defensus vivat quia si ad peniten-
cie lamenta conversus in unitate sacramenti
sub spe fide et caritate absconditur
reus perpetrati homicidii non tenetur
eum zelus extincti proximi cum invenerit
non occidit quia cum districtus
iudex venerit qui se nobis per nature
nostre consortium iunxit ab eo procul dubio
culpe reatum non expedit quem sub
eius venia spes fides caritas abscon-
dit. vicesimum capitulum secundum

Quod rector sacre legis meditationi intendere debet

Sed cuncta hec rite a rectore agitantur
si superne formidinis et dilec-
tionis spiritu afflatus studio se cotidie
sacra eloquia precepta meditetur
ut in eo vim sollicitudinis et
erga celestem vitam provide circumspec-
tionis quam humane conversationis usus
indesinenter destruit divine admo-
nitionis verba restauret et qui ad ve-
tustatem vite per societatem secularium
ducitur ad amorem semper spiritualis patrie
compunctionis aspiratione renovetur.
Valde namque inter humana verba cor
defluit. Cumque indubitanter constet
quod exterius occupationum tumultibus
impulsum a semetipso corruat stu-
dere incessabiliter debet ut per eruditionis
studium resurgat. Hinc enim
quod prelatum gregi discipulum Paulus
plus admonet dicens: Dum venio
attende lectioni. Hinc David ait:
Quomodo dilexi legem tuam domine
tota die meditatio mea est. Hinc
Moysi dominus de portanda archa
precepit dicens: Facias quatuor cir-
culos aureos quos pones per quatuor
angulos arche. facies quoque vectes
de lignis setim et operies auro indu-
cesque per circulos qui sunt in arche
lateribus ut portetur in eis. Qui
semper erunt in circulis nec umquam
extrahentur ab eis. Quid per archam
nisi sancta ecclesia figuratur. Cui quatuor cir-
culi aurei per quatuor angulos iu-
bentur adiungi quia in eo quod per quatuor
mundi partes dilatata tenditur pro-
cul dubio quatuor sancti ewangelii
libris accincta portatur. vectesque
de lignis setim fiunt qui eisdem
ad portandum circulis inserantur
quia fortes perseverantesque doctores
velut imputribilia ligna querendi
sunt qui instructione sacrorum vo-
luminum semper inherentes sancte
ecclesie unitatem denunciant et quasi
intromissi circulis archam portent.
Vectibus quippe archam portare est
bonis doctoribus sanctam ecclesiam ad
rudes infidelium mentes predicando
deducere. Qui auro quoque iubentur
operiri ut cum sermone aliis insonant
ipsi etiam vite splendore fulgescant.
De quibus apte subditur: Qui semper
erunt in circulis nec umquam extra-
hentur ab eis. quia nimirum necesse est
ut qui ad officium predicationis excu-
bant a sacre lectionis studio non
recedant. Ad hoc namque vectes esse
in circulis semper iubentur ut cum
portari archa oportunitas exigit
de intromittendis vectibus portandi
tarditas nulla generetur. Quia nimirum
cum spirituale aliquid a subditis inquiritur
pastor ignominiosum valde est si
tunc querat discere cum questionem debet eno-
dare. Sed circulis vectes inhereant
ut doctores semper in suis cordibus elo-
quia sacra meditantes testamenti
archam sine mora elevent. Si quid
necesse est protinus doceant. Unde primus
pastor ecclesie pastores ceteros admonet
dicens: Parati semper ad satisfactionem
omni poscenti vos rationem de ea
que in vobis est spe. Ac si aperte
dicat: ut ad portandam archam mora
nulla prepediat vectes a circulis num-
quam recedant. xxiii capitulum

Quia qualis esse debeat pastor
ostendimus. Nunc qualiter doceat

demonstremus. Ut enim ante nos reverende memorie Gregorius Nazanzenus edocuit, non una eademque cunctis exortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas adstringit. Sepe namque aliis officiunt vel obsunt que aliis prosunt. Nam et plerumque herbe que hec animalia nutriunt, alia occidunt, et lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat. Et medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit, et panis qui vitam fortium roborat, parvulorum necat. Pro qualitate igitur audientium ~~forin-tari~~ [formari] debet sermo doctorum, ut ~~et~~ ad sua ~~[...]~~ singulis congruat et tamen a ~~tonis~~ [communis] edificationis arte nunquam recedat. Quid enim sunt intente mentes auditorum nisi ut ita dixerim quedam in cithara tensiones strate cordarum, quas tangendi artifex ut non sibimetipsi dissimile canticum faciat, dissimiliter pulsat. Et idcirco corde consonam modulationem reddunt, quia uno quidem plectro sed non uno inpulsu feriuntur. Unde et doctor quisque ut in una cunctos virtute caritatis edificet, ex una doctrina non una eademque exhortatione tangere corda audientium debet.

Aliter namque viri, aliter amonende sunt femine.
Aliter iuvenes, aliter senes.
Aliter inopes, aliter locupletes.
Aliter leti, aliter tristes.
Aliter subditi, aliter prelati.
Aliter servi, aliter domini.
Aliter huius mundi sapientes, aliter ebetes.
Aliter inpudentes, aliter verecundi.
Aliter protervi, aliter pusillanimes.
Aliter inpatientes, aliter patientes.
Aliter benivoli, aliter invidi.
Aliter simplices, aliter inpuri.
Aliter incolumes, aliter egri.
Aliter qui flagella metuunt et propterea innocenter vivunt, aliter qui sic in iniquitate duruerunt, ut nec per flagella corrigantur.
Aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes.
Aliter pigri, aliter precipites.
Aliter mansueti, aliter iracundi.
Aliter humiles, aliter elati.
Aliter pertinaces, aliter inconstantes.
Aliter gule dediti, aliter abstinentes.
Aliter qui iam sua misericorditer tribuunt, aliter qui aliena rapere contendunt.
Aliter qui nec aliena rapiunt nec sua largiuntur.
Aliter qui et ea que habent sua tribuunt et aliena rapere non desistunt.
Aliter discordes, aliter pacati.
Aliter seminantes iurgia, aliter pacifici.
Aliter amonendi sunt qui sacre legis verba non recte intelligunt, aliter qui recte quidem intelligunt, sed humiliter non locuntur.
Aliter qui cum predicare digne valeant, pre humilitate formidant, aliter quos a predicatione inperfectio vel etas prohibet et tamen precipitatio impellit.
Aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur, aliter qui quidem que mundi sunt concupiscunt, sed tamen adversitatis labore fatigantur.
Aliter coniugiis obligati, aliter a coniugii nexibus liberi.
Aliter ad mixtionem carnis experti.
Aliter ignorantes.
Aliter qui peccata deplorant operum.
Aliter qui cogitationum.
Aliter qui commissa plangunt nec tamen deserunt, aliter qui deserunt nec tamen plangunt.
Aliter qui illicita que faciunt etiam laudant.
Aliter qui accusant prava nec tamen devitant.
Aliter qui repentina concupiscentia superantur.

atq alii qui in culpa ex co(n)silio li-
gantur
Alii qui licet minima crebro tam(en)
illicita faciunt atq alii qui se a
p(ar)uis custodiu(n)t. Sed aliquando
in grauib(us) demergu(n)tur
Alii qui nec bona inchoant alii
autem qui inchoata minime co(n)-
summant
Alii qui male occulte agunt et
bona publice. alii qui bona q(ue)
faciunt abscondunt. et tam(en) quib(us)-
dam factis publice mala de se opi-
nari p(er)mittunt Sed quid vtilitatis
est q(uod) cuncta que collecte enumerauimus
tum(ul)tuarim(us) Si no(n) etiam admo-
nitionis modo p(er) singula quanta pos-
sumus breuitate pandamus aliter
ammonendi sunt viri aliter femine
capitulum i
Quia illis grauia. istis vero sunt
iniu(n)genda leuiora ut illos
magna exerceant. istas aut(em) leuia
demulcendo conuertant ca(pitulum) ij
Aliter ammonendi sunt iuuenes
atq aliter senes Quia illos ple-
rumq(ue) seueritas admonitionis ad
p(ro)fectum dirigit Istos vero ad meliora
op(er)a deprecatio blanda co(m)ponit Scriptum
quippe est Seniorem ne increpaueris
Sed obsecra ut patrem
Aliter ammonendi ca(pitulum) iij
sunt inopes. atq aliter locupletes
Illis namq(ue) offerre consolationis
solatium contra tribulationes Istis
vero inferre metum contra elationem debemus
Inopi quippe a domino per prophetam dicitur
Noli timere quia non confunderis Cui
non longe post blandiens dicit pau-
percula. tempestate conuulsa. Et rursum
eam consolatur dicens Elegi te
in camino paupertatis At contra paulus
discipulo de diuitibus dicit Diuitibus
huius seculi precipe non superbe sape-
re neq(ue) sperare in incerto diuitiarum suarum
Ubi notandum valde est quod humilitatis
doctor memoriam diuitum faciens
non ait roga. sed precipe. quia et si impen-
denda est pietas infirmitati. honor tamen
non debetur elationi. Talibus ergo rectum
quod dicitur tanto rectius iubetur quanto
et in rebus transitoriis altitudine co-
gitationis intumescunt De his
in euangelio dominus dicit Ve
vobis diuitibus qui habetis consolatio-
nem vestram Quia enim que sunt eterna
gaudia nesciunt ex presentis vite ha-
bundantia consolantur Offerenda
est ergo eis consolatio quos caminus pau-
pertatis exquoquit atque vel inferen-
dus est timor quos consolatio
glorie temporalis extollit. ut et illi
discant quia diuitias quas non
conspiciunt possident. et isti cogno-
scant quia eas quas conspiciunt tenere
nequaquam possunt Plerumq(ue) tamen per-
sonarum ordinem permutat qualitas morum
ut sit diues humilis sit pauper
elatus Unde mox predicantis
in lingua tunc audientis debet
vita componi. ut tanto districtius
in paupere elationem feriat. quanto eam
nec illata paupertas inclinat et
tanto lenius humilitatem diuitum
mulceat. quanto eos. nec habundantia
que subleuat exaltat Non nunquam
tamen etiam potentibus diuites exorta-
tionis blandimento placandus
est. quia ut plerumq(ue) dura vulnera
per lenia fomenta mollescunt furor quoque
insanorum sepe ad salutem medico
blandiente reducitur Cumq(ue) eis
in dulcedine condescenditur lan-
guor insanie mitigatur Neq(ue)
enim negligenter intuendum est quod cum
saulem spiritus aduersus inuaderet arrepto
dauid cithara eius vesaniam seda-
bat Quid enim per saulem nisi elatio
potentum Et quid per dauid innuitur
nisi humilis vita sanctorum Cum ergo
saul ab inmundo spiritu arripitur dauid
canente eius vesania temperatur quia
cum sensus potentium per elationem in
furorem vertitur dignum est ut ad salutem

Ameth

quasi dulcedine cithare cogitationis
sue tranquillitate revocentur. Aliter
aut enim hij qui seculi potentes agnoscuntur
prius per quasdam similitudines velut
de alieno negotio reprehendendi sunt et cum
rectam sententiam quasi in altero protulerint
tunc modis congruentibus de proprio reatu
feriendi ut mens temporali potentia
tumida contra reprehendentem nequaquam se eri-
gat que per suam sententiam superbie cervicem
calcat et in nulla sui se defensione
exerceat quam propria ipsius oris ligat.
Hinc est enim quod Nathan propheta arguere
regem venerat et quasi de causa pau-
peris contra divitem iudicium querebat ut
prius rex sententiam diceret et reatum suum
postmodum audiret quatenus
nequaquam iustitie contradiceret quam
in se ipse protulisset. Vir itaque sanctus
peccatorem considerans et regem miro or-
dine audacem reum prius per confessionem
ligare studuit et post modum per increpationem
secare. Celavit paululum quem que-
sivit sed percussit repente quem tenuit.
Pigrius enim fortasse incideret si ab
ipso sermonis exordio aperte culpam
ferire voluisset. Sed premissa simili-
tudine eam quam occultabat excitavit in-
crepationem. Ad egrum medicus venerat
secandum vulnus videbat. Sed de pati-
entia egri dubitabat. Abscondit igitur
ferrum medicinale sub veste quod eductum
subito fixit in vulnere ut secantem gla-
dium sentiret eger antequam cerneret ne si
ante cerneret sentire recusaret. Aliter
admonendi sunt leti, aliter tristes. iii

Letis inferenda sunt tristia que
sequuntur ex supplicio, tristibus vero infe-
renda sunt leta que promittuntur ex regno.
Discant leti ex minarum asperitate quod
timeant, audiant tristes premiorum gaudia
de quibus presumant. Illis quippe dicitur:
Ve vobis qui ridetis nunc quia flebitis.
Isti vero eodem magistro dicente audi-
ant: Iterum videbo vos et gaudebit
cor vestrum et gaudium vestrum nemo tollet
a vobis. Nonnulli autem leti vel tristes
non rebus fiunt sed complexionibus exi-
stunt. Quibus profecto intimandum est quod
quedam vitia quibusdam complexionibus
iuncta sunt. Habent enim leti ex complexione
luxuriam, tristes iram. Unde necesse est
ut non solum quisque consideret quod ex
complexione sustinet sed etiam quod ex vi-
tio deterius urget ne dum nequaquam
quod pugnat contra hoc quod tolerat ei
quo se liberum existimat vitio succumbat.
Aliter admonendi sunt subditi, aliter
prelati. Capitulum v

Illos ne subiectio conterat istos ne locus
superior extollat. Illi ne minus que iu-
bentur impleant isti ne plus iusto
iubeant que compleantur. Illi ut
humiliter subiaceant isti ut temperate
presint. Nam quod intelligi et figuraliter possit
illis dicitur: Filii obedite parentibus
vestris in Domino. Istis vero precipitur:
Et patres nolite ad iracundiam provocare
filios vestros. Illi discant quomodo
ante occulti arbitrii oculos interiora
componant, isti quomodo etiam commissis
sibi exempla bene vivendi exterius
prebeant. Sciant etenim prelati quia perversa
si unquam perpetrant tot mortibus
digni sunt quot ad subditos suos perditionis
exempla transmittunt. Unde necesse est ut tanto se cautius a culpa cu-
stodiant quanto per prava que faciunt
non soli moriuntur. Admonendi illi ne
districtius puniantur si absoluti
reperiri nequiverint saltem de se; isti
ne de subditorum erroribus iudicentur
etiam si se iam de se securos inveniunt.
Illi ut tanto circa se sollicitius vivant
quanto eos aliena cura non implicat,
isti vero ut sic aliorum curas expleant
quatenus et suas agere non desistant
et sic in propria sollicitudine ferveant
ut a commissorum custodia minime torpe-
scant. Illi enim sibimet vacanti dicitur:
Vade ad formicam o piger et considera
vias eius et disce sapientiam. Iste autem
terribiliter admonetur cum dicitur

Fili mi si spoponderis pro amico tuo
defixisti apud extraneum manum tuam
illaqueatus es verbis oris tui et captus
propriis sermonibus. Spondere namque pro
amico est alienam animam in periculo sue
conversationis accipere. Unde et apud
extraneum manus sua defigitur quia
apud curam sollicitudinis que
ante deerat mens ligatur. Verbis vero
oris sui illaqueatus est atque propriis ser-
monibus captus quia dum commissis
sibi cogitur bona dicere ipsum prius necesse
est que dixerit custodire. Illaqueatur
ergo verbis oris sui dum ratione exigen-
te constringitur ne eius vita ad aliud
quam admonet relaxetur. Unde apud
districtum iudicem cogitur tanta in opere
exsolvere quanta eum constat aliis voce
precepisse. Ubi et bene mox exortatio
subditur et dicitur Fac ergo quod dico
fili mi et temetipsum libera quia inci-
disti in manus proximi tui. Discurre
festina suscita amicum tuum ne dede-
ris somnum oculis tuis nec dormi-
tent palpebre tue. Quisquis enim aliis
ad vivendum in exemplo preponitur non solum
ut ipse vigilet sed etiam ut amicum
suscitet admonetur. Ei namque vigilare
bene vivendo non sufficit si non et illum
cui preest a peccati torpore disiungit. Bene
autem dicitur Ne dederis somnum oculis
tuis nec dormitent palpebre tue.
Somnum quippe oculis dare est inten-
tione cessante subditorum curam omnino
negligere. Palpebre vero dormi-
tant cum cogitationes nostre ea que
in subditis arguenda cognoscunt
pigredine deprimente dissimulant.
Plene enim dormire est commissorum
acta nescire nec corrigere. Non
autem dormire sed dormitare est
que quidem reprehendenda sunt co-
gnoscere sed propter mentis tedium di-
gnis ea increpationibus non emen-
dare. Dormitando vero oculus ad

ad plenissimum somnum ducitur
quia dum plerumque qui preest
malum quod cognoscit non rese-
cat ad hoc quandoque negligentie
sue merito pervenit ut quod a subi-
ectis delinquitur nec cognoscat.
Admonendi sunt itaque qui presunt
ut per circumspectionis studium oculos
vigiles intus et in circuitu habeant
et celi animalia fieri contendant. Quippe
celi animalia intus et in circuitu oculis
plena describuntur. Dignum quippe est
ut cuncti qui presunt intus atque
in circuitu oculos habeant quatinus
et interno iudici in semetipsis placere
studeant et exempla vite exterius
prebentes ea etiam que in aliis sunt
corrigenda deprehendant. Ad-
monendi sunt subditi ne prepositorum
suorum vitam temere iudicent
si quid eos fortasse agere reprehen-
sibiliter vident ne unde recte
mala redarguunt inde per ela-
tionis impulsum in profundiora
mergantur. Admonendi sunt ne cum
prepositorum culpas considerant contra eos
audaciores fiant. Sed sic si qua
valde sunt eorum prava apud
semetipsos diiudicent ut tamen
timore constricti ferre sub
eis iugum reverentie non recu-
sent. Quod melius ostendimus si
David factum ad medium deduci-
mus. Saul quippe persecuta-
tor cum ad purgandum ventrem
speluncam fuisset ingressus il-
lic cum viris suis David erat
qui iam tam longo tempore
persecutionis eius mala tolerabat.
Cumque eum ad feriendum viri
sui Saul accenderent fregit eos
responsionibus quia manum in christum
Domini mittere non deberet. Et tamen

occulte surrexit et oram clamidis
eius abscidit Quid enim per Saul nisi
mali rectores Quid per David nisi
boni subditi designantur Saul
igitur ventrem purgare est pravos pre-
positos conceptam in corde ma-
litiam usque ad opera miseri odoris
extendere et cogitata apud se noxia
factis exterioribus exsequendo mon-
strare Quem tamen David ferire
metuit quia pie subditorum mentes
ab omni se peste obtrectationis ab-
stinentes prepositorum vitam nullo lin-
gue gladio percutiunt etiam cum de im-
perfectione reprehendunt Qui et
si quando pro infirmitate se se abstinere
vix possunt ut extrema quedam
atque exteriora prepositorum mala sed
tamen humiliter loquantur quasi oram
clamidis silenter incidunt quia
videlicet dum prelate dignitati sine no-
cere salte et latenter derogant quasi
regis suprapositi vestem fedant
Sed tamen ad semetipsos redeunt
seque vehementissime vel verbi
tenuissima vel de tenuissima
sibi laceratione reprehendunt Unde
bene et illic scriptum est Post hec
David percussit cor suum eo quod ab-
scidisset oram clamidis Saul Quippe
facta prepositorum oris gladio ferienda
non sunt etiam cum recta reprehen-
denda iudicantur Si quando vero contra
eos vel in minimis lingua labitur
necesse est ut per afflictionem penitentie
cor prematur quatenus ad semet
ipsum redeat et cum preposite po-
testati deliquerit eius contra
se iudicium a quo sibi prelata est
perhorrescat Nam cum prepositis
delinquimus eius ordini qui

delinquimus ordinationi

eos nobis pretulit obviamus Unde
Moyses quoque cum contra se et Aaron
conqueri populum cognovisset ait Nos
enim quid sumus nec contra nos est mur-
mur vestrum Sed contra dominum

Aliter ammonendi sunt servi aliter
domini vii capitulum

Servi scilicet ut in se semper humilitatem
conditionis aspiciant domini vero ut
nature sue qua equaliter sunt cum servis
conditi memoriam non amittant
Servi ammonendi sunt ne deos
despiciant Ne offendant deum
Si ordinationi illius superbiendo
contradicunt Domini quoque ammonen-
di sunt quia contra deum de munere
eius superbiunt Si eos quos per
conditionem tenent subditos equales
sibi per nature consortium non agnoscunt
Isti ammonendi sunt ut sciant se
servos esse dominorum Illi ammonendi
sunt ut cognoscant se conservos
esse servorum Istis namque dicitur Servi
obedite dominis carnalibus et rursum
Quicumque sunt sub iugo servi do-
minos suos omni honore dignos
arbitrentur Illis autem dicitur Et vos domini
eadem facite illis remittentes
minas scientes quod et illorum et vester
dominus est in celis etc.

Aliter ammonendi sunt huius mundi sapientes
aliter hebetes viii capitulum

Sapientes quippe ammonendi sunt
ut amittant scire que sciunt
Hebetes quoque ammonendi sunt ut
appetant scire que nesciunt In illis
hoc primum destruendum est quod se sapien-
tes arbitrantur In istis iam edi-
ficandum est quicquid de sapientia superna
cognoscitur Quia enim minime
superbiunt Quasi ad suscipiendum
edificium corda sua paraverunt Cum
illis laborandum est ut sapientius
stulti fiant Stultam sapientiam dese-
rant et sapientem dei stultitiam

distant. Istis vero predicandum est
ut ab ea que putatur stultitia ad
veram sapientiam melius transeant. Ille-
namque dicitur: Si quis videtur inter vos
sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat
ut sit sapiens. Istis vero dicitur:
Non multi sapientes secundum carnem. Et: Que
stulta sunt mundi elegit deus ut
confundat sapientes. Illos ple-
rumque rationabilitatis argumenta,
istos nonnumquam melius exempla
convertunt. Illis nimirum prodest ut suis
allegationibus victi iaceant; istis vero
aliquando sufficit ut laudabilia aliorum
facta cognoscant. Unde magister
egregius sapientibus et insipientibus
debitorem se ebreorum quosdam sapi-
entes, quosdam vero etiam tardiores
admonet. Illis de completione te-
stamenti veteris loquens eorum sapientiam
argumento superavit dicens: Quod autem
antiquatur et senescit prope inter-
itum est. Cum vero solis exemplis
quosdam trahendos cerneret, in eadem
epistola adiunxit: Sancti ludibria
et verbera experti, insuper et vincula et car-
ceres; lapidati sunt, secti sunt, tempta-
ti sunt, in occisione gladii mor-
tui sunt. Et rursum: Mementote
prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt
verbum dei, quorum intuentes exitum
conversationis imitamini fidem, quate-
nus et illos vincens ratio frangeret
et istos ad maiora conscendere ad
imitatio blanda persuaderet. Aliter
admonendi sunt inpudentes, aliter
verecundi. viii capitulum

Illos namque ab inpudentie vitio
non nisi increpatio dura compescit;
istos autem plerumque ad melius exor-
tatio modesta componit. Illi se de-
linquere nesciunt nisi etiam a pluribus
increpentur; istis plerumque ad con-
versionem sufficit quod eis doctor ma-
la sua saltem leniter ad memoriam
reducit. Illos melius corrigit
qui in vehendo reprehendit; istis
vero maior profectus adducitur, si hoc
quod in eis reprehenditur quasi ex latere
tangatur. Inpudentes quippe
iudeorum plebem dominus aperte
increpans ait: Frons mulieris
meretricis facta est tibi, noluisti erube-
scere. Et rursum verecundiam
refovet dicens: Confusionis
adolescentie tue oblivisceris
et obprobrii viduitatis tue non
recordaberis, quia dominabitur
tui qui fecit te. Inpudenter
quoque delinquentes galatas aperte
paulus increpat dicens: O insen-
sati galathe. Et iterum: Quis vos fasci-
navit? Et rursum: Sic stulti estis
ut cum spiritu ceperitis nunc
carne consummamini. Culpas vero
verecundantium quasi compatiens
reprehendit dicens: Gavisus
sum in domino vehementer quoniam
tandem aliquando refloruistis pro me
sentire, sicut et sentiebatis, oc-
cupati enim eratis, ut et illorum
culpas increpando detegeret
et eorum negligentiam sermo mol-
lior velaret. Aliter admonendi
sunt protervi, aliter pusillanimes.
ix capitulum

Illi enim dum valde de se pre-
sumunt exprobrando ceteros de-
dignantur; isti autem dum ni-
mis infirmitatis sue sunt conscii,
plerumque in desperationem cadunt.
Illi singulariter summa existimant
cuncta que agunt; isti despecta
vehementer putant esse que fa-
ciunt, et ideo in desperatione fra-
guntur. Subtiliter itaque ab arguen-
te discutienda sunt opera presumptorum

ut in quo sibi placet videantur quia deo displicet. Tunc enim ipsos melius corrigimus, cum ea que bene egisse se credunt male acta monstramus, ut unde adepta gloria creditur, videntibus confusio subsequatur. Nonnumquam vero cum se vane glorie vicium presumptuosi minime cognoscunt, compendiosius ad correptionem veniunt, si alterius culpe manifestioris et ex latere requisite in aperto confunduntur, ut ex eo quod defendere nequeunt, cognoscant se tenere improbe quod defendunt. Unde cum corinthios adversum se invicem videret inflatos, ut alius pauli, alius apolo, alius cephe, alius christi esse se diceret, incestus culpam in medium deduxit, que apud eos et perpetrata fuerat et incorrecta remanebat, dicens: Auditur inter vos fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris quis habeat. Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ac si aperte dicat: Quid vos per presumptionem huius vel illius dicitis, qui per dissolutionem negligentie nullius vos esse monstratis? At contra pusillanimes aptius ad bene agendi iter reducimus, si quedam illorum bona ex latere requiramus, ut dum in eis alia reprehendendo corripimus, alia amplectendo laudemus, quatenus eorum teneritudinem laus audita nutriat, quam culpa increpata castigat. Plerumque autem utilius apud illos proficimus, si et eorum bene gesta memoramus, et si qua ab eis inordinate gesta sunt, non iam tamquam perpetrata corripimus, sed quasi adhuc ne perpetrari debeant prohibemus, ut et illa que approbamus illatus favor augeat, et contra ea que reprehendimus magis apud pusillanimes exhortatio verecunda convalescat. Unde idem paulus cum thessalonicenses in accepta predicatione permanentes quasi de vicino mundi termino quadam cognosceret pusillanimitate turbatos, prius in eis que fortia conspicit laudat, et caute monitionis postmodum que infirma sunt roborat. Ait enim: Gratias agere debemus deo semper pro vobis fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra et habundat caritas uniuscuiusque vestrum in invicem, ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia vestra et fide. Qui cum blanda hec vite eorum preconia premisisset, paulo post subdidit dicens: Rogamus autem vos fratres per adventum domini nostri ihesu christi et nostre congregationis in idipsum, ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies domini. Egit enim verus doctor, ut prius audirent laudati quod recognoscerent, et postmodum quod exhortati sequerentur, quatenus eorum mentem ne admonitio subiuncta quateret, laus premissa solidaret. Et qui commotos eos vicini finis suspicione cognoverat, iam non redarguebat motos, sed quasi transacta nesciens adhuc commoveri prohibebat, ut dum de ipsa levitate motionis predicatori suo se incognitos crederent, tanto reprehensibiles fieri quanto cognosci ab illo formidarent etc.

Aliter admonendi sunt impacientes, aliter pacientes. Capitulum x.

Dicendum namque est impacientibus quia dum refrenare spiritum negligunt, per multa etiam et que non appetunt iniquitatum abrupta rapiuntur. Quia videlicet mentem impellit furor quo non trahit desiderium, et agit commotus velut nesciens, unde post modum doleat sciens. Dicendum quoque impacientibus quia dum motionis impulsu precipites quedam velud alienati peragunt, vix mala sua postquam fuerint perpetrata cognoscunt. Qui dum perturbationi sue minime obsistunt, etiam si qua a se tranquilla mente fuerant bene gesta confundunt, et ex improviso impulsu destruunt quicquid forsitan diu labore provido construxerunt. Ipsa namque que

mē ē om̄ custos q̄ v̄tutū p īpatiē
vitium v̄tus caritatis amittit̄ Scriptū
quippe ē · caritas · patiens est · g cū mi-
nie ē paciens · caritas nō est · p hīc quoqꝫ
in patiē vitiū · ipa v̄tutū nutrix doctina
dissipatur · Scriptum naqꝫ ē doctrina
viri p patiam dinoscit̄ Tanto go quis-
qꝫ minꝰ ostenditur doctus · quāto minꝰ
cum vincit̄ patiens Neqꝫ enī pot̄
v̄acit̄ bona docēdo impendere · si viuēdo
nescit equanimit̄ aliena mala tollerare
p hōc quoqꝫ in patiē vitiū pleruqꝫ me-
tem arrogantie culpa cufficit · qꝫ dū
despiti in mundo hīc quisqꝫ nō patit̄
bona · si qua ꝗ occulta sunt ostendere
conant̄ · atqꝫ sic p īpatiam usqꝫ ad arro-
gantiā ducit̄ · Dum qꝫ ferre despectoꝝ
nō pt̄ detegendo semetipm̄ i ostensio
glatur · Vn̄ scriptum ē · Melior ē pati-
ens arrogante · quia vtqꝫ eligit patiens
quelꝫ mala p̄peti quā p ostentatonis
vitiū bona sua occulta cognosci · At
ꝯtra eligit arrogans bona de se ul̄ fl̄a
iactari · ne mala possit uel mīma p̄peti
Quia g̃ cum patiā delinquit̄ etiā
bona reliqua que iam gesta sunt des̄-
nuit̄ rēe ad ezechielem · esse in altari
dei fossa p̄hibetur ut in ea vtqꝫ suppo-
sita oloclausta seruent̄ Si enī in altari
fossa nō eēt · omē q̄d in eo sacrificiū re-
peiret supuēniēs aura dispgeret Quo
co accipimꝰ altarē dī n̄ aiam insti q̄
quot bona egit · tot sup̄ se an̄ oculos
eius sacrificia imponit Quid autē ē altaris
fossa · nisi bonoꝝ patiā que dū mētē
ad adūsa tollanda humiliat · q̄ more
fosse · bant in uimo positam demrat
fossa g̃o in altari fiat · ne suppositu
sacrificiū aura dispgat · i · mētē electoꝝ
patiā custodiat · ne ꝯmota vento in
patiē etiā hīt eadē fossa vnīꝰ cubiti eē
~~meditatur~~ mōstratur · quia minimꝝ si patiā non
desit vnitatis mēsura fuatur Vn̄
et paulꝰ ait Inuicē honera vr̄a p̄-
tate · et sic adimplebitis legē xpi · Lex
quippe xpi est · caritas vnitatis · quā
soli p̄ficiunt · qui nec tū grauantur ·

excedunt Audiant impatientes
q̄d scriptum est Melior ē patiens
viro forti · et qui dnatur animo suo
expugnatore vrbium · Minor ē enī
victoria vrbium · quia ex sunt que
subiugant̄ Valde enī maiꝰ est
q̄d p patiam vincit̄ · qꝫ ipe a se aīmꝰ
supatur et semetipm̄ ꝗ metipse
subicit · qñ eum patiā mt̄ se fr̄e-
nare compellit Audiant impati-
entes q̄d electis suis v̄itas dicit in
patiā vr̄a possidebitis aīas vr̄as
Sic enī ꝯditi mira sumꝰ ut ratō
aiam et aīma possideat corpus
Iꝰ vō aīme et corpis possessione
repellit̄ Si nō prius aīma a rōe
possidetur · custode igꝰ ꝯditonis
nr̄e patiam domīꝰ eē mōstrat
· qꝫ in ipa nos possidere nosmet
ipos edocuit Quanta g̃o sit impa-
cientie culpa cognoscimꝰ · p quā
et hīt ipm̄ amittimꝰ possidere
q̄d sumꝰ Audiant impatientes
q̄d p salomonē rursū dr̄ Totū
spm̄ suū p̄fert stultꝰ Sapiens
aūt differt et resuat in posterꝰ
In patiā q̄ impellente agit̄ · ut totꝰ
foras spūs p̄feratur · quē i deo
citiꝰ turbatio eicit · quia nulla
intꝰ p disciplinā sapiā circūdat
Sapiens aūt differt et resuat
in posterꝰ Lesus enī in p̄sentis se
ulcisci nō desiderat · quia etiā tolle-
rans parci optat Sed tū iuste in-
dicari omia extremo iudicio nō
ignorat At ꝯ ammonendi sunt
patientes · ne in eo q̄d exterius p̄tant
intꝰ doleant · ne tante v̄tutis
sacrificiū q̄d integre foris imolant
intꝰ malicie peste corrūpant ·
et cū ab hominibꝰ nō agnoscitur
Sed tamē sub diuina examinatione
peccat̄ · tanto deterior culpa doloris
fiat · quanto ꝗ ap homines v̄tutis
spē vendicat Dicendū itaqꝫ est
patientibꝰ ut studeant diligere quos

quia necesse est tolerare. Ne si patientiam dilec-
tio non servat, in deteriorem culpam odii
conversa virtus vertatur. Unde Paulus cum
diceret: Caritas patiens est, illico adiunxit:
benigna est. Videlicet ostendens quia quos
ex patientia tolerat amare etiam ex beni-
gnitate non cessat. Unde idem doctor
egregius cum patientiam discipulis sua-
deret dicens: Omnis amaritudo et ira
et indignatio et clamor et blasphemia
tollatur a vobis, quasi cunctis exterioribus
iam bene compositis ad interiora convertitur
dum subiungit: cum omni malitia.
Quia nimirum frustra indignatio
clamor et blasphemia ab exterioribus
tollitur, si in interioribus vitiorum mater
malitia dominatur, et incassum foris
nequitia ex ramis inciditur, si sur-
rectura multiplicius intus in radice
servatur. Unde et per semetipsam
Veritas dicit: Diligite inimicos vestros,
bene facite his qui vos oderunt,
orate pro persequentibus et calumpniantibus
vos. Virtus itaque est coram hominibus
adversarios tollerare, sed virtus coram
deo diligere, quia hoc solum deus
sacrificium accipit quod ante eius oculos
in altari boni operis flamma caritatis
accendit. Hinc est quod rursum quibusdam
patientibus nec tamen diligentibus dicit:
Quid autem vides festucam in oculo
fratris tui, et trabem in oculo tuo non
vides? Perturbatio quippe impatientie
festuca est, malitia vero in corde trabs
in oculo. Illam namque aura temp-
tationis agitat, hanc autem consummata
nequitia pene immobiliter portat.
Recte vero illic subiungitur: Hypocrita
eice primum trabem de oculo tuo, et
tunc videbis eicere festucam de oculo
fratris tui. Ac si dicatur menti inique
intus dolenti et sancta se extrinsecus per patientiam
demonstranti: Prius a te molem
malitie excute, et tunc alios de
impatientie levitate reprehende, ne dum
non studes simulationem vincere, peius
tibi sit aliena pena tolerare. Evenire
plerumque patientibus solet ut eo quidem
tempore quo vel adversa patiuntur

vel contumelias audiunt, nullo dolore
pulsentur, et sic patientiam exhibeant ut custo-
dire etiam cordis innocentiam non obmittant.
Sed cum post paululum hec ipsa que per-
tulerint ad memoriam revocant, igne
se doloris inflammant. Argumenta
ultionis inquirunt, et mansuetudinem
quam tollerantes habuerunt retractantes
in malitiam vertunt. Quibus citius a predi-
cante succurritur, si que sit huius
permutationis causa pandatur. Callidus — *Callidus hostis*
namque adversarius bellum contra duos
movet, unum videlicet inflammans ut contu-
melias prior inferat, alterum provocans
ut contumelias lesus reddat. Sed plerumque
dum huius iam victor est qui in-
iuriam persuasus irrogat, ab illo vincitur
qui illatam sibi equanimiter portat. Huic
ergo victor quem commovendo subiugavit
9t — totum ~~tot~~ contra alterum virtute se erigit, eumque
obsistentem fortiter et vincentem dolet.
Quem quia commovere in ipsa contume-
liarum iaculatione non potuit ab aperto
certamine interim quiescens et secreta
suggestione cogitationum lacessens — *lacesses*
aptum deceptionis tempus inquirit,
quia enim publico bello perdidit, exer-
cendas occultas insidias exardescit. Qui
ex hinc namque iam tempore ad victo-
ris animum redit, et vel rerum dampna
vel iniuriam iacula ad memoriam re-
ducit, cunctaque que sibi illata sunt ve-
hementer exaggerans intollerabilia
ostendit, tantoque mentem merore conturbat
ut plerumque vir patiens illa
se equanimiter tollerasse post victo-
riam captus erubescat, seque non red-
didisse contumelias doleat, et deteriora
rependere, si occasio prebeatur,
querat. Quibus ergo isti sunt similes
nisi his qui per fortitudinem in campo
victores sunt, sed per negligentiam postmodum
intra urbis claustra capiuntur?
Quibus sunt similes nisi his quos
irruens gravis languor a vita non
subtraxit, sed leviter veniens

recidiva occidit febris. Admonendi sunt igitur patientes, ut cor post victoriam muniant, ut hoste publico bello superato insidias moenium mentis attendant, ut languorem plus repetitum timeant, ne hostis callidus eo in deceptione postmodum maiori exultatione gaudeat, quo illa dudum contra se erecta colla victorum calcat.

Aliter admonendi sunt benevoli, aliter invidi. capitulum x

Admonendi namque sunt benivoli, ut sic alienis bonis congaudeant, quatinus habere et propria concupiscant. Sic et proximorum facta diligendo laudent, ut etiam imitando multiplicent, ne si in hoc praesentis vitae studio ad certamen alienum devoti fautores, sed pigri spectatores assistant, et post certamen sine bravio remaneant, quo nunc in certamine non laborant, et tunc eorum palmas afflicti respiciant, in quorum nunc laboribus ociosi perdurant. Valde quippe peccamus, si aliena bene gesta non diligimus. Sed nichil mercedis agimus, si ea quae diligimus in quantum possumus non imitamur. Dicendum itaque est benivolis, quia si imitari bona minime festinant quae laudantes approbant, sic eis virtutum sanctitas sicut stultis spectatoribus ludicrarum artium vanitas placet. Illi namque aurigarum atque histrionum gesta favoribus efferunt, nec tamen tales esse desiderant quales illos conspiciunt esse quos laudant. Mirantur eos placita egisse, sed tamen similiter devitant placere. Dicendum est benivolis, ut cum proximorum facta conspiciunt, ad semetipsa corda revocent, et de alienis actibus non praesumant, ne bona laudent et agere recusent. Gravius quippe extrema ultione feriendi sunt quibus placuit quod imitari noluerunt. Admonendi sunt invidi, ut perpendant quantae caecitatis sunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exultatione contabescunt. Quantae infelicitatis sunt qui in melioratione proximi deteriores fiunt, dumque augmenta alienae prosperitatis aspiciunt, apud semetipsos anxie afflicti cordis sui peste moriuntur. Quid istis infelicius, quos dum conspecta felicitas afficit, pena nequiores reddit? Aliorum vero bona quae habere non possunt, si diligerent, sua fecissent. Sic quippe sunt omnes simul in fide consistentes, sicut multa membra in uno corpore, quae per officium quidem diversa sunt, sed eo quo sibi vicissim congruunt unum fiunt. Unde fit ut pes per oculum videat, et per pedes oculi gradiantur; ori auditus aurium serviat, et ad usum suum auribus oris lingua concurrat; suffragetur manibus venter, et ventri operentur manus. In ipsa igitur corporis positione accipimus quod in actione servemus. Nimis itaque turpe est non imitari quod sumus. Nostra sunt nimirum quae et si imitari non possumus, in aliis amamus; et amantium fiunt quae amantur in nobis. Hinc ergo pensent invidi caritas quantae virtutis est, quae alieni laboris opera nostra sine labore facit. Dicendum itaque est invidis, quia dum se a livore minime custodiunt, in antiquam versuti hostis nequitiam demerguntur. De illo namque scriptum est: Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum. Quia enim ipse caelum perdidit, conditio hoc homini invidit, et damnationem suam perditus adhuc alios perdendo cumulavit. Admonendi sunt invidi, ut cognoscant quantis lapsibus succrescentibus subiaceant, quia dum livorem a corde non proiciunt, ad apertas operum nequitias volvuntur. Nisi enim Cayn invidisset acceptam fratris hostiam, minime pervenisset ad extinguendam vitam. Unde scriptum est: Et respexit Dominus ad Abel et ad munera eius. Ad Cayn

nos et ad ~~minora~~ minora illius non respicit
Tanto quippe est talis vehementer et gravius
in malo eius. Livor itaque sacrificii
fratricidii seminarium fuit. Nam quem
meliorem se esse doluit. ne esset utcumque
esse amputavit. Invidus ergo est in discordia
dum se ista intrinsecus peste consumit ~~consumunt~~
etiam quae contingit ~~etiam~~ aliud boni quod se
habere viderit interimit. Unde
scriptum est. Vita carnium sanitas
cordis. putredo ossium invidia.
Quid enim per carnes nisi infirma
quaedam ac tenera. et quid per ossa
nisi fortia acta signantur. Et ple-
rumque contingit ut quidam cum cordis
innocentia in nonnullis suis actibus
infirmi videantur. quidam vero iam quaedam
ante humanos oculos robusta exer-
ceant. Sed tamen erga aliorum bona
intus invidiae pestilentia tabescant.
Bene ergo dicitur. Vita carnium sanitas
cordis. quia si mentis innocentia
custoditur etiam si qua foris infir-
ma sunt quandoque roborantur. Et recte
illic subditur. putredo ossium invidia.
quia per livoris vitium ante Dei oculos
pereunt etiam quae humanis oculis
fortia videntur. Ossa quippe per
invidiam putrescere est quaedam etiam
robusta deperire etc.

Aliter admonendi sunt simplices. aliter impuri
XI capitulum

Laudandi sunt simplices quod
student nunquam falsa dicere.
Sed admonendi sunt ut nonnunquam
noverint vera reticere. Quia sicut et falsa
semper dicentem falsitas laedit. ita
nonnunquam quibusdam audita veritas
nocuerit. Unde coram discipulis
Dominus locutionem suam silentio tem-
perans ait. Multa habeo vobis dicere
sed modo non potestis illa portare.
Admonendi sunt itaque simplices
ut sicut fallaciam semper utiliter vitant
ita veritatem semper utiliter proferant.

Admonendi sunt ut simplicitatis
bono prudentiam adiungant. quatinus
sic securitatem de simplicitate possideant
ut circumspectionem prudentiae non amittant.
Hinc namque per doctorem gentium dicitur.
Volo vos sapientes esse in bono sim-
plices autem in malo. Hinc electos
suos per semetipsam veritas admonet di-
cens. Estote prudentes sicut serpentes
et simplices sicut columbe. quia videlicet
in electorum cordibus debet et simplicitatem
columbe astutia serpentis acuere et
serpentis astutiam columbe simplicitas
temperare. quatinus nec seducti per pru-
dentiam calleant nec ab intellectus
studio ex simplicitate torpescant. Contra
admonendi sunt impuri ut agno-
scant quam grave sit quem cum culpa susti-
nent duplicitatis laborem. Cum
enim deprehendi metuunt semper
improbas defensiones quaerunt semper
pavidis suspicionibus agitantur. Nichil
autem ad defendendum puritate tutius
nil ad dicendum veritate facilius. Nam
dum fallaciam suam tueri cogitur du-
ro cor labore fatigatur. Hinc namque
scriptum est. Labor labiorum ipsorum
operiet eos. Qui enim nunc implet tunc
operit. quia cuius nunc mentem blanda
inquietudine exercet tunc et asperam
retributionem premit. Hinc per Ieremiam
dicitur. Docuerunt linguam suam loqui
mendacium ut inique agerent labora-
verunt. Ac si aperte diceretur. Qui amici
esse veritatis sine labore poterant ut
peccent laborant. Cumque vivere sim-
pliciter renuunt laboribus exigunt
ut moriantur. Nam plerumque in
culpa deprehensi dum quales sunt
cognosci refugiunt se sub fallaciae
velamine abscondunt. et hoc quod
peccant quod iam aperte cernitur excusare
moliuntur ita ut saepe hiis qui eorum
culpas corripere studet aspersis falsitatis
aspere

nebulis seductus pene amisisse se
videant quod decis iam certum tenebat
Unde recte sub Iudee specie per prophetam contra
perversam animam excusantemque se
dicitur: Ibi habuit foveam ericius. Eri-
cii quippe nomine impure mentis
sese callide defendentis dupli-
citas designatur. Ericius vero cum
comprehenditur eius et caput cernitur
et pedes videntur et corpus omne conspi-
citur. Sed mox ut apprehensus fuerit
semetipsum in speram colligit, pedes
introrsus subtrahit, caput abscondit
et intra tenentis manus totum simul
amittitur quod totum simul ante vide-
batur. Sic nimirum, sic impure men-
tes sunt cum in suis excessibus compre-
henduntur. Caput enim ericii cernitur quia quo
initio ad culpam peccator accesserit
videtur; pedes ericii conspiciuntur quia
quibus vestigiis nequicia sit perpe-
trata cognoscitur; et tamen repente
adductis excusationibus impura
mens introrsus pedes colligit quia
cuncta iniquitatis sue vestigia ab-
scondit. Caput subtrahit quia miris
defensionibus nec inchoasse se malum
aliquid ostendit; et quasi spera in manu
tenentis remanet quia [illegible] qui
corripit ~~nulla~~ cuncta que iam cog-
noverat subito amittens involutum
intra conscientiam peccatorem tenet et qui
totum iam deprehendendo viderat
tergiversatione prave defensionis
illusus totum pariter ignorat. Fo-
veam ergo ericius habet in reprobis quia
maliciose mentis duplicitas sese intrinse-
cus se colligens abscondit in tene-
bris defensionis. Audiant impuri
quod scriptum est: Qui ambulat simpliciter
ambulat confidenter. Fiducia quippe
magne securitatis est simplicitas
actionis. Audiant quod sapientis
ore dicitur: Spiritus sanctus discipline
effugiet fictum. Audiant quod
scriptura rursum teste perhibetur:

Impure mentes

Cum simplicibus sermocinatio eius.
Deo enim sermocinari est per illustrationem
sue presentie humanis mentibus archana
revelare. Cum simplicibus igitur sermoci-
nari dicitur quia de supernis misteriis
illorum mentes radio sue visitationis
illuminat quos nulla umbra dupli-
citatis obscurat. Est autem speciale du-
plicium malum quia dum perversa
et duplici actione ceteros fallunt
quasi prestantius ceteris prudentes se esse
gloriantur. Et quia districtionem retri-
butionis non considerant de damp-
nis suis miseri exultant. Audiant
autem quam super illos propheta Sophonias
iram divine animadversionis intentat
dicens: Ecce dies domini venit ma-
gnus et horribilis, dies ire dies
illa, dies tenebrarum et caliginis,
dies nebule et turbinis, dies tube
et clangoris super omnes civitates
et super omnes angulos excelsos.
Quid enim per civitates munitas ex-
primitur nisi ut suspecte mentes
et fallaci semper defensione circumdate
que quotiens earum culpa corripitur
veritatis ad se iacula non admittunt.
Et quid per excelsos angulos duplex
quippe semper est in angulis pa-
ries nisi impura corda signantur
que dum veritatis simplicitatem
fugiunt ad semetipsa quodammodo
duplicitatis duplicitate repli-
cantur, et quod est deterius apud cogi-
tationes suas in fastu prudentie
et ipsa se culpa impuritatis extol-
lunt. Dies ergo domini vindicte atque
animadversionis plena super
civitates munitas et super angu-
los excelsos venit quia ira extre-
mi iudicii humana corda et defen-
sionibus contra veritatem clausa destruit
et duplicitatibus involuta dissolvit.
Tunc enim civitates munite cadunt
quia mentes deo impenetrabiles dampnabuntur

Tunc excelsi angeli torrent quia
corda que se per infirmitatis prudentiam
erigunt per iusticie sententiam prosternuntur
Aliter admonendi sunt
incolumes. aliter egri. per m[illegible]

Ammonendi sunt incolumes ut
salutem corporis exerceant ad salutem
mentis ne si accepte incolumitatis
gratiam ad usum nequicie inclinant
dono deteriores fiant et eo post-
modum supplicia graviora merea-
tur. quo nunc largioribus bonis
dei male uti non metuunt. Am-
monendi sunt incolumes. ne oppor-
tunitatem salutis in perpetuum
promerende despiciant. Scriptum namque
est. Ecce nunc tempus acceptabile
ecce nunc dies salutis. Ammonendi
sunt. ne placere deo si cum possunt no-
luerint. cum voluerint sero non
possint. Hinc est enim quod post sapientia
deserit quos prius diu vocans retinen-
tes vocavit dicens. Vocavi et
renuistis. extendi manum meam
et non fuit qui aspiceret. Despexistis
omne consilium meum et increpa-
tiones meas neglexistis. Ego vero
in interitu vestro ridebo et subsannabo
cum vobis quod timebatis advenerit
et rursum. Tunc invocabunt me
et non exaudiam mane consurgent
et non invenient me. Salus itaque
corporis cum ad bene operandum accepta
despicitur quanti sit muneris perdita
missa sentitur. et infructuose
ad ultimum queritur. que concessio
concessa tempore utiliter non habetur.
Unde bene rursum per Salomonem
dicitur. Ne des alienis honorem
tuum. et annos tuos crudeli ne for-
te impleantur extranei viribus
tuis. et labores tui sint in domo
aliena et gemas in novissimis
quando consumpseris carnes et corpus
tuum. Quis enim nobis alieni sunt
alieni nisi maligni spiritus qui

a celestis sunt patrie sorte separati.
Quis vero honor noster est nisi quod etiam
in luteis corporibus conditi ad conditoris
tamen nostri sumus ymagine et simi-
litudine creati. Vel quis alius
crudelis est nisi ille apostata angelus
qui et semetipsum pena mortis
superbiendo perculit et inferre mortem
humano generi et perditus non pe-
percit. Honorem itaque suum alienis dat
qui ad dei ymaginem et similitu-
dinem conditus vite sue tempora
malignorum spirituum voluptatibus ad-
ministrat. Annos etiam suos crudeli
tradit. qui ad voluptatem male do-
minantis adversarii accepta vivendi
spatia expendit. Ubi bene subditur.
ne forte impleantur extranei viribus
tuis. et labores tui sint in domo
aliena. Quisquis enim per acceptam
valitudinem corporis per attributam
sibi sapientiam mentis non exercendis
virtutibus sed perpetrandis vi-
tiis elaborat. nequaquam suis viribus
suam domum sed extraneorum habita-
cula. id est immundorum spirituum facta mul-
tiplicat. Nimirum vel luxuriando
vel superbiendo agens. ut etiam
se addito perditorum numero crescat. Bene-
que subditur et gemas in novis-
simis. quando consumpseris carnes
et corpus tuum. Plerumque enim salus
corporis accepta per vitia expenditur.
Sed cum repente subtrahitur
cum molestiis caro atteritur cum
iam egredi anima urgetur. diu ma-
le habita quasi ad bene vivendum
salus amissa requiritur. Et tunc
gemunt homines. quia deo servire
noluerunt. quando dampna sue ne-
gligentie recuperare serviendo nequaquam
possunt. Unde alias dicitur. Cum
occideret eos tunc querebant eum. At
contra ammonendi sunt egri. ut eo se

pulos

Egri

dei filios sentiant quo illos disciplinae flagella castigant. Nisi enim correctis hereditatem dare disponeret erudire eos per molestias non curaret. Hinc namque ad Johannem dominus per angelum dicit: Ego quos amo arguo et castigo. Hinc rursum scriptum est: Fili mi noli negligere disciplinam domini neque fatigeris cum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Hinc psalmista ait: Multe tribulationes iustorum. Hinc beatus quoque Iob in dolore exclamans ait: Si iustus fuero non levabo caput saturatus afflictione et miseria. Dicendum est egris ut si celestem patriam suam credunt necesse est ut in hac labores velud in aliena patiantur. Hinc est enim quod lapides extra tunsi sunt ut in constructione templi domini absque mallei sonitu ponerentur, quia videlicet nunc foris per divina flagella tundimur ut intus in templo dei postmodum sine disciplinae percussione disponamur, quatenus quicquid in nobis est superfluum modo percussio resecet et tunc sola nos in edificio concordia caritatis liget. Ammonendi sunt egri ut considerent percipiendis terrenis hereditatibus. Cum dura carnales filios disciplinae flagella castigent, quid ergo nobis dominice correptionis pena gravis est, per quam et numquam amittenda hereditas percipitur et semper mansura supplicia vitantur. Hinc etenim Paulus ait: Patres quidem carnis nostre habuimus eruditores et reverebamur eos. Non multo magis obtemperabimus patri spirituum et vivemus. Et illi quidem in tempore

paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos. Hic autem ad id quod utile est in recipienda sanctificatione eius. Ammonendi sunt egri ut considerent quanta salus cordis sit molestia corporalis, que ad cognitionem sui mentem revocat et quam plerumque salus abicit infirmitatis memoriam reformat, ut animus qui extra se in elationem ducitur cui sit conditioni subditus ex percussa quam sustinet carne memoretur. Quod recte per Balaam, si tamen vocem dei sequi obediendo voluisset, ipsa eius itineris retardatione signatur. Balaam namque pervenire ad propositum tendit, sed eius votum animal cui presidet prepedit. Prohibitione quippe immobilitata asina angelum videt quem humana mens non videt, quia plerumque caro per molestias tarda flagello suo menti deum indicat, quem mens ipsa carni presidens non videbat, ita ut anxietatem spiritus proficientis in hoc mundo cupientis velud iter tendentis impediat, donec ei invisibilem qui sibi obviat innotescat. Unde et bene per Petrum dicitur: Correptionem habuit sue vesanie, subiugale mutum quod in hominis voce loquens prohibuit prophete insipientiam. Insanus quippe homo a subiugali muto corripitur quando elata mens humilitatis bonum quod tenere debeat ab afflicta carne memoratur. Sed huius correptionis donum idcirco Balaam non obtinuit, quia ad maledicendum pergens vocem non mentem mutavit. Ammonendi sunt egri ut considerent quanti sit muneris molestia corporalis, que admissa peccata diluit et que poterant admitti compescit, que sumpta ab exterioribus

plagis contudisse menti penitus vulnera infligit. Unde scriptum est: Livor vulneris abstergit mala et plage in secretioribus ventris. Mala est livor vulneris abstergit quia flagellorum afflictionem dolor vel cogitatas vel perpetratas nequitias diluit. Solet enim ventris appellatione mens accipi, quia sicut venter consumit escas, ita mens pertractando excoquit curas. Quia enim venter mens dicitur, ea sententia docetur qua scriptum est: Lucerna domini spiraculum hominis que investigat omnia secreta ventris. Ac si diceret: divini afflatus illuminatio cum in mentem hominis venit, eam iam sibimet ipsi illuminans ostendit, que ante sancti spiritus adventum cogitationes pravas et ~~cogitare~~ portare poterat et pensare nesciebat. Livor ergo vulneris abstergit mala et plage in secretioribus ventris, quia cum exterius percutimur, ad peccatorum nostrorum memoriam taciti afflictique revocamur, atque ante oculos nostros cuncta que a nobis sunt male gesta reducimus, et per hoc quod foris patimur magis intus quod fecimus dolemus. Unde fit ut inter aperta vulnera corporis amplius nos abluat plaga secreta ventris, quia sanat nequitias pravi operis occultum vulnus doloris.

Admonendi sunt etiam egri ut ad conservandam patientie virtutem incessanter quanta redemptor noster ab his quos creaverat pertulit mala consideret; quod tot abiecta opprobriorum convicia sustinuit; quod de manu antiqui hostis captivorum cotidie animas rapiens insultantium alapas accepit; quod aqua nos salutis diluens a sputis faciem non abscondit; quod advocatione sua nos ab eternis suppliciis liberans tacitus flagella toleravit; quod inter angelorum choros perennes nobis honores tribuens colaphos pertulit; quod a punctionibus peccatorum nos salvans spinis caput supponere non recusavit; quod eterna nos dulcedine ~~inebriant~~ inebrians in siti sua fellis amaritudinem accepit; quod qui pro nobis patrem quamvis divinitate esset equalis adoravit sub illusione adoratus tacuit; quod vitam mortuis preparans usque ad mortem ipsa vita pervenit.

C. xiii. Cur itaque asperum creditur ut a deo homo flagella toleret pro malis, si tanta deus ab hominibus pertulit mala pro bonis? Aut quis sana intelligentia de percussione ingratus existit, si hinc ipse sine flagello non exiit qui hic sine peccato vixit?

Aliter admonendi sunt qui flagella metuunt et propterea innocenter vivunt, aliter qui sic in iniquitate duruerunt ut nec per flagella corriguntur. xiiii c.

Dicendum ~~[struck word]~~ namque est flagella timentibus ut et bona temporalia nequaquam pro magno desiderent que adesse etiam pravis vident, et mala presentia velut intolerabilia fugiant que plerumque etiam bonos attingi non ignorant. Admonendi sunt ut si malis veraciter carere desiderant eterna supplicia perhorrescant. Neque in suppliciorum timore remaneant, sed ad amoris gratiam nutrimento caritatis excrescant. Scriptum quippe est

perfecta caritas foras mittit timorem. Et rursum scriptum est: Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Unde idem doctor iterum dicit: Ubi spiritus domini ibi libertas. Si ergo adhuc a prava actione formidata pena prohibet, profecto formidantis animum nulla spiritus libertas tenet. Nam si penam non metueret culpam procul dubio perpetraret. Ignorat itaque mens gratiam libertatis quam ligat servitus timoris. Bona enim per semetipsa amanda sunt et non penis compellentibus exequenda. Nam qui propterea bona facit quia tormentorum mala metuit, vult non esse quod metuat ut audenter illicita committat. Unde luce clarius constat quod coram deo innocentia amittitur ante cuius oculos desiderio peccatur. At contra hii quos ab iniquitatibus nec flagella compescunt tanto acriori invectione feriendi sunt quanto maiori insensibilitate duruerunt. Plerumque enim sine dedignatione dedignandi sunt sine desperatione desperandi, ita dumtaxat ut ostensa desperatio formidinem incutiat et subiuncta ammonitio ad spem reducat. Districte itaque contra illos divine sententie proferende sunt ut ad cognitionem sui consideratione eterna animadversione revocentur. Audiant enim in se impletum esse quod scriptum est: Si contuderis stultum in pila quasi tipsanas feriente desuper pilo non auferetur ab eo stultitia ab eo stultitia eius. Contra hos propheta domino queritur dicens: Contrivisti eos et renuerunt accipere disciplinam. Hinc est quod dominus dicit: Interfeci et perdidi populum istum et tamen a viis suis non sunt reversi. Hinc Ieremias ait: Populus non est reversus ad percutientem se. Hinc voce flagellantium propheta conqueritur dicens: Curavimus Babilonem et non est sanata. Babilon quippe curatur nec tamen ad sanitatem reducitur, quando mens in prava actione confusa verba correptionis audit, flagella correctionis percipit et tamen ad rectam salutis

vnt

itinera redire contempnit. Hinc captivo israhelitico populo nec tamen ab iniquitate converso dominus exprobrat dicens: Versa est michi domus israhel in scoriam. Omnes isti es et stagnum et ferrum et plumbum in medio fornacis. Ac si aperte dicat: Purgare vos per ignem tribulationis volui et argentum illos vel aurum fieri volui quesivi. Sed in fornace michi in es stagnum et aurum ferrum et plumbum versi sunt quia non ad virtutem sed ad vitia etiam in tribulatione proruperunt. Es quippe dum percutitur amplius metallis ceteris sonitum reddit. Qui igitur et in percussione positus erumpit ad sonitum murmurationis in es versus est in medio fornacis. Stagnum vero cum ex arte componitur argenti speciem mentitur. Qui ergo simulationis vitio non caret in tribulatione stagnum factus est. In fornace autem ferro utitur qui vite proximi insidiatur. Ferrum quippe in fornace est qui nocendi maliciam non amittit in tribulatione. Plumbum quoque ceteris metallis est gravius. In fornace ergo plumbum invenitur qui sic sui peccati pondere premitur ut etiam in tribulatione positus a terrenis desideriis non levetur. Hinc rursum scriptum est: Multo labore sudatum est et non exivit de ea nimia rubigo eius neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis admonet ut in nobis rubiginem vitiorum purget. Sed nec per ignem rubiginem amittimus quando et inter flagella vitio non caremus. Hinc propheta rursum dicit: Frustra conflavit conflator, malitie eorum non sunt consumpte. Sciendum vero est quod non inquietum flagellorum duritiam remanent incorrecti dulci sunt admonitione mulcendi. Quos enim cruciamenta non corrigunt nonnumquam ab iniquis actibus lenia blandimenta compescunt. Quia et plerumque egros quos fortis pigmentorum potio curare non potuit valuit ad salutem pristinam tepens aqua revocavit, et nonnulla vulnera que curari incisione nequeunt

fomentis olim sanavit et domus Adam mas incisionem ferri minime recipit. Sed leni pectore sanguine mollescit.

Aliter admonendi sunt nimis taciti, aliter multiloquio vacantes.

Insinuare namque nimis tacitis debet quia dum quedam vicia incaute fugiunt, occulte deterioribus implicantur. Nam sepe linguam quia immoderatius frenant, in corde gravius multiloquium tolerant, ut eo plus cogitationes in mente ferveant, quo illas violenta custodia indiscreti silentii angustat. Et plerumque tanto latius defluunt, quanto se esse tuciores estimant, quia foris a reprehensoribus non videntur. Unde nonnunquam mens in superbiam tollitur, et quos loquentes audit quasi infirmos despicit. Cumque os corporis claudit, quantum se vitiis superbie deaperiat non agnoscit. Linguam etenim premit, mentem elevat, et cum sua nequitiam minime considerat, tanto apud se cunctos liberius quanto et secretius accusat. Admonendi sunt igitur nimis taciti ut scire sollicite studeant non solum quales foris ostendere, sed etiam quales se debeant intus exhibere, ut plus ex cogitationibus occultum iudicium quam ex sermonibus reprehensionem metuant proximorum. Scriptum namque est: Fili mi, attende sapientiam meam et prudentie mee inclina aurem tuam, ut custodias cogitationes. Nil quippe in nobis est corde fugatius, quod a nobis totiens recedit, quotiens per pravas cogitationes defluit. Hinc etenim psalmista ait: Cor meum dereliquit me. Hinc ad semetipsum rediens dicit: Invenit servus tuus cor suum ut adoraret te. Cum ergo cogitatio per custodiam restringitur, cor quod fugere consueverat invenitur. Plerumque autem nimis taciti cum nonnulla iniusta patiuntur, eo in ardorem et acriorem dolorem prodeunt, quo ea que sustinent non locuntur. Nam si illatas molestias tranquille lingua diceret, a consciencia dolorem alienaret. Vulnera

enim clausa plus cruciant; nam cum putredo que interius fervet eicitur, ad salutem dolor aperitur. Scire ergo debent qui plus quam expedit tacent, ne inter molestias que tolerant dum linguam tenent vim doloris exaggerent. Admonendi sunt etiam ut si proximos diligunt sicut se, minime illis taceant unde eos iuste reprehendant. Vocis etenim medicamine utrorumque saluti concurritur, dum et ab illo qui infert actio prava compescitur, et ab hoc qui sustinet doloris fervor vulnere aperto temperatur. Qui enim proximorum mala respiciunt et tamen in silentio linguam premunt, quasi conspectis vulneribus usum medicaminis subtrahunt, et eo mortis auctores fiunt, quo virus quod poterant curare noluerunt. Lingua itaque discrete frenanda est, non insolubiliter obliganda. Scriptum namque est: Sapiens tacebit usque ad tempus, et nimirum cum opportunum consideraverit, postposita censura silentii loquendo que congruunt in usum se utilitatis impendat. Et rursum scriptum est: Tempus loquendi et tempus tacendi. Discrete quippe vicissitudinum pensanda sunt tempora, ne aut cum restringi lingua debet, per verba inutiliter defluat, aut cum loqui utiliter potest, semetipsam pigre restringat. Quod bene psalmista considerans ait: Pone, Domine, custodiam ori meo et ostium circumstantie labiis meis. Non enim imponi ori suo parietem, sed ostium petit, quod videlicet aperitur et clauditur. Unde nobis caute discendum est quatinus os discretio et congruo tempore vox aperiat, et rursum congruo taciturnitas claudat. At contra admonendi sunt multiloquio vacantes, ut vigilanter aspiciant a quanto rectitudinis statu depereunt, dum per multa multiplicia verba dilabuntur. Humana etenim mens aque more et circumclusa ad superiora colligitur, quia illud repetit unde descendit, et relaxata deperit, quia se

molesta

per infima inutiliter spargit. Quot enim supervacuis verbis a silentii sui censura dissipatur, quasi tot rivis extra se ducitur. Unde et redire interius ad sui cognitionem non sufficit, quia per multiloquium sparsa a secreto se intime consideracionis excludit. Totam vero se insidiantis hostis vulneribus detegit, quia nulla munitione custodie circumcludit. Unde scriptum est: Sicut urbs patens et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quia enim murum silencii non habet, inimici iaculis civitas mentis patet, et cum se per verba extra semetipsam eicit, apertam se adversario ostendit. Quam tanto ille sine labore superat, quanto et ipsa que vincitur contra semetipsam per multiloquium pugnat. Plerumque autem quia per quosdam gradus desidiosa mens in lapsum trahitur, et dum ociosa verba cavere negligimus, ad noxia pervenimus, ut prius loqui aliena libeat, postmodum detractionibus eorum vitam de quibus loquitur mordeat, ad extremum vero usque ad apertas lingue contumelias erumpat. Hinc seminantur stimuli, oriuntur rixe, accenduntur faces odiorum, pax extinguitur cordium. Unde per Salomonem bene dicitur: Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. Aquam quippe dimittere est linguam in fluxum eloquii relaxare. Quo contra in bona etiam parte iterum dicitur: Aqua profunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorum, quia qui linguam non frenat, concordiam dissipat. Unde e diverso scriptum est: Qui imponit stulto silencium, iras mitigat. Quia autem multiloquio quisque serviens rectitudinem iusticie tenere nequaquam possit, testatur propheta qui dicit: Vir linguosus non dirigetur super terram. Hinc Salomon iterum dicit: In multiloquio peccatum non deerit.

linguam frenare nequit accedit ad rectitudinem

Hinc Ysaias ait: Cultus iusticie silencium, videlicet indicans quia mentis iusticia dissolvitur, cum ab immoderata locutione non parcitur. Hinc Iacobus dicit: Si quis putat se esse religiosum, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Hinc rursum ait: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Hinc iterum lingue vim definiens adiungit: Inquietum malum, plena veneno mortifero. Hinc per semetipsam nos Veritas admonet dicens: Omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent racionem de eo in die iudicii. Ociosum quippe verbum est quod aut racione iuste necessitatis aut intencione pie utilitatis caret. Si ergo racio de ocioso sermone exigitur, pensemus que pena multiloquium maneat, in quo etiam noxia verba peccantur.

Aliter amonendi sunt pigri, aliter precipites. xvi capitulum

Illi namque suadendi sunt ne agenda bona dum differunt amittant; isti vero ammonendi sunt ne dum bonorum tempus incaute festinando preveniunt, eorum merita immutent. Pigris itaque intimandum est quod sepe dum oportune agere que possumus nolumus, paulo post cum volumus non valemus. Ipsa quippe mentis desidia dum congruo fervore non accenditur, a bonorum desideriis funditus convalescente furtive torpore mactatur. Unde aperte per Salomonem dicitur: Pigredo immittit soporem. Piger etenim recte sentiendo quasi vigilat, quamvis nil operando torpescat. Sed pigredo soporem dicitur immittere, quia paulisper etiam recte sentiendi vigilancia amittitur, dum ab operandi studio cessatur. Ubi recte subiungitur: Et anima dissoluta esuriet. Nam quia se ad superiora stringendo non dirigit, neglectam se in infimis per desideria

expandit et dum studiorum sublimium vigore non constringitur, cupiditatis infima fame sauciatur, ut quo se per disciplinam ligare dissimulat, eo se esuriens per voluptatum desideria spargat. Hinc ab eodem rursum Salomone scribitur: In desideriis est omnis ociosus. Hinc ipsa veritate predicante, uno quidem exeunte spiritu immunda domus dicitur, sed multiplicius redeunte dum vacat occupatur. Plerumque piger dum necessaria agere negligit, quedam sibi difficilia opponit, quedam vero incaute formidat, et dum quasi invenit quod velut iuste metuat, ostendit quod in ocio quasi non iniuste torpescat. Cui recte per Salomonem dicitur: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo in estate et non dabitur ei. Propter frigus quippe piger non arat, cum desidie torpore constrictus agere que debet bona dissimulat. Propter frigus piger non arat, dum parva ex adverso mala metuit et operari maxima pretermittit. Bene autem dicitur: Mendicabit in estate et non dabitur ei. Qui enim nunc in bonis operibus non exsudat, cum sol iudicii ferventior apparuerit, quia frustra regni aditum postulat, aditum pulsat nil accipiens, estate mendicat. Cui bene hoc per eundem rursum Salomonem dicitur: Qui observat ventum non seminat, et qui considerat nubes nunquam metet. Quid enim per ventum nisi malignorum spirituum temptatio exprimitur? Et quid per nubes que moventur a vento nisi adversitates pravorum hominum designantur? Ventis videlicet impelluntur nubes, quia immundorum spirituum afflatu pravi homines excitantur. Qui ergo ventum observat non seminat, et qui considerat nubes nunquam metet, quia quisquis temptationes malignorum spirituum, quisquis persecutiones pravorum hominum metuit, neque nunc granum boni operis seminat, neque tunc manipulos sancte retributionis

sciat. At contra precipites dum bonorum actuum tempora preveniunt, meritum pervertunt, et sepe in malis corruunt, dum bona nequaquam discernunt, qui nequaquam que quando agant prospiciunt, sed plerumque acta quia ita non debuerint agere recognoscunt. Quibus sub auditoris specie recte apud Salomonem dicitur: Fili, sine consilio nichil facias, et post factum non penitebis. Et rursum: Palpebre tue precedant gressus tuos. Palpebre quippe gressus precedunt, cum operationem nostram consilia recta preveniunt. Qui enim negligit considerando prospicere quod facit, gressus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit, sed providendo sibimetipsi non antecedit; atque ideo citius corruit, quia quo pedem operis ponere debeat per palpebram consilii non attendit.

Precipites

Aliter admonendi sunt mansueti, aliter iracundi. xvi capitulum

Nonnunquam mansueti cum presunt vicinum et quasi iuxta positum torporem desidie patiuntur, et plerumque ipsa nimia resolutione lenitatis ultra quam necesse est exhibentes vigorem districtionis emolliunt. At contra iracundi cum regiminis loca percipiunt, quo impellente ira in vecordie vesaniam devolvuntur, eo etiam subditorum vitam dissipata quietis tranquillitate confundunt. Nam cum furor agit in preceps, ignorant quid irati faciunt, ignorant quid a semetipsis irati patiuntur. Nonnunquam vero quod est gravius, ire sue stimulos iusticie zelum putant, et cum vicium virtus creditur, sine metu culpa cumulatur. Sepe ergo mansueti dissolutionis torpescunt tedio, sepe iracundi rectitudinis falluntur zelo. Itaque illorum virtuti minus dissolutionis miscetur, istorum vero perturbatio quasi fervens virtus iudicatur. Admonendi

sunt quod illi ut fugiant quod iuxta ipsos est, isti quod in ipsis est. Attendant illi quod discernant, isti quod non habent amplectantur. Per sollicitudinem torporem deserant mansueti, dissolutionem deserant iracundi perturbationem. Admonendi sunt mansueti ut habere etiam aemulationis instantiam studeant. Admonendi sunt iracundi ut aemulationem quam se habere aestimant mansuetudini subiungant. Idcirco namque spiritus sanctus in columba et in igne monstratus est, quia videlicet omnes quos implet et columbae simplicitate mansuetos et igne zeli ardentes exhibet. Nequaquam ergo sancto spiritu plenus est qui aut in tranquillitate mansuetudinis fervorem aemulationis deserit, aut rursum in aemulationis ardore virtutem mansuetudinis amittit. Quod fortasse melius inclino ostendimus, si in medio Pauli magisterium proferamus, qui duobus discipulis et non dispari auc caritate praeditis dispar tamen admonitoria praedicationis impendit. Timotheum namque admonens ait: Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. Titum quoque admonet dicens: Haec loquere et exhortare et argue cum omni imperio. Quid est quod doctrinam suam tanta arte dispensat ut in exhibenda hac alteri imperium atque alteri patientiam proponat, nisi quod mansuetioris spiritus Titum et paulo ferventioris vidit esse Timotheum? Illum per aemulationis studium inflammat, hunc per lenitatem patientiae temperat. Illi quod deest adiungit, huic quod superest subtrahit. Illum stimulo impellere nititur, hunc freno moderatur. Magnus quippe susceptae ecclesiae colonus alios palmites ut crescere debeant rigat, alios cum plus iusto crescere conspicit resecat, ne aut non crescendo fructus non ferant, aut in modum crescendo quos protulerint amittant. Sed longe alia est ira quae sub aemulationis specie subripit, alia quae perturbatum cor et sine iustitiae praetextu confundit. Illa enim in hoc quod debet inordinate extenditur, haec autem semper in his quae non debet inflammatur. Sciendum quippe est quod hoc ab impatientibus iracundi differunt, quod illi ab aliis illata non tollerant, isti etiam quae tollerentur important. Nam iracundi saepe etiam se declinantes insequuntur, rixae occasionem commovent, labore contentionis gaudent. Quos tamen melius corrigimus si in ipsa irae suae commotione declinamus. Perturbati quippe quid audiant ignorant, sed ad se reducti tanto libentius exhortationis verba recipiunt quanto se tranquillius toleratos erubescunt. Menti enim furore ebriae omne rectum quod dicitur perversum videtur. Unde et Nabal ebrio culpam suam Abigail laudabiliter tacuit, quam digesto vino laudabiliter dixit. Idcirco enim malum quod fecerat cognoscere potuit, quia hoc ebrius non audivit. Cum vero ita iracundi alios impetunt ut declinari omnino non possint, non aperta exprobratione, sed sub quadam sunt cautela reverentiae parcendo feriendi. Quod melius ostendimus si Abner factum ad medium deducamus. Hunc quippe cum Asael inconsiderantiae praecipitationis impeteret, scriptum est: Locutus est Abner ad Asael dicens: Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terra. Qui audire contempsit et noluit declinare. Percussit ergo eum Abner a in inguine et transfodit eum et mortuus est. Cuius enim Asael typum tenuit nisi eorum quos

a aversa hasta

vehementer arripitur furor in preceps
ducit. Cum in toto furoris impetu
tanto tante declinari possunt quanto et
in sane rapitur. Unde et abner
qui sermone nostro patris lucerna di-
citur quia doctoris lingua que que su-
perni dei lumine indicat. cum per abrup-
ta furoris mentem cuiusque proximi ferre
conspicit cumque contra irascentem dissimu-
lat verborum iacula reddere quasi persequen-
tem non vult ferire. sed cum tanta ira-
cundi in nulla consideratione se mitigant
quasi asahel persequi et insanire
non cessant. Necesse est ut hi qui furen-
tes reprimere conantur nequaquam se
in furore erigant. Sed quicquid est tran-
quillitatis ostendant. Quedam vero
subtiliter proferant in quibus ex obliquo
furentis animum pungant. Unde et
abner cum persequentem substitit non
eum recta sed adversa hasta transforat.
Ex mucrone quippe percutere est impe-
tu aperte increpationis obviare.
Adversa vero hasta persequentem ferire
est furentem tranquille ex quibusdam
tangere. et quasi parcendo superare. asahel
autem occumbit. quia commote mentes
dum et parci sibi sentiunt et tamen
responsionis ratione intimis sub tran-
quillitate tanguntur ab eo quod se ere-
xerant statim cadunt. Qui ergo
a fervoris sui impetu sub lenitatis
percussione resiliunt quasi sine ferro
moriuntur etc. Aliter admonendi
sunt humiles aliter elati. xviii

Humilibus insinuandum est quam vera ex-
cellentia quam sperando tenent. Istis
vero intimandum quam sit nulla tempo-
ralis gloria quam et amplectentes non
tenent. audiant humiles quam sint
eterna que appetunt. quam transitoria
que contempnunt. audiant elati
quam sint transitoria que ambiunt
quam eterna que perdunt. audiant

humiles ex magistra voce veritatis
omnis qui se humiliat exaltabitur.
Audiant elati. Omnis qui se ex-
altat humiliabitur. Audiant humiles
Gloriam precedit humilitas. Audiant
elati. Ante ruinam exaltatur spiritus.
Audiant humiles. Ad quem respiciam
nisi ad humilem et quietum et tre-
mentem sermones meos. audiant
elati. quid superbit terra et cinis. Au-
diant humiles. Deus humilia respicit.
Audiant elati. et alta a longe
cognoscit. Audiant humiles. quia
filius hominis ministrari non venit
sed ministrare. audiant elati. quia
initium omnis peccati superbia. audiant
humiles quod redemptor noster humiliavit
semetipsum factus est obediens usque
ad mortem. Ipse est rex super universos
filios. Audiant o elati quod
de eorum capite scriptum est. Ipse est
rex super omnes universos filios
superbie. Occasio igitur perditionis
nostre facta est Superbia dyaboli
et argumentum redemptionis
nostre inventa est humilitas dei.
hostis enim noster inter omnia conditus
videri super omnia voluit elatus.
Redemptor autem noster magnus
manens super omnia fieri inter omnia
dignatus est parvus. Dicatur ergo humilibus
quia dum se deiciunt ad dei simi-
litudinem conscendunt. dicatur elatis
quia dum se erigunt in apostate
angeli imitationem cadunt. Quid
itaque elatione deiectius que dum
supra se tenditur ab altitudine
vere celsitudinis elongatur. Et
quid humilitate sublimius qui dum
se infima deprimit auctori suo ma-
sueti super summa coniungitur. Est
tamen aliud quod in eis debeat caute
pensari. quia sepe quidem humili-
tatis decipiuntur specie. Quidam vero

elationis sive ignorantie fallit.
Nam plerumque nonnullis sibi humiles videntur si hominibus deferri non debet quem metus est timor.
Plerumque elatos tumitari solet libere vocis assertio. Et cum quedam increpanda sunt vitia, illi reticent ex timore et tamen tacere se estimant ex humilitate. Isti loquuntur per impatientiam elationis et tamen loqui se credunt per libertatem rectitudinis. Illos ne increpent prava sub specie humilitatis premit culpa formidinis. Istos ad increpandum que non debent aut magis increpandum quam debent sub ymagine libertatis effrenatio impellit tumoris. Unde et elati admonendi sunt ne plus quam decet sint liberi et humiles admonendi sunt ne plus quam expedit sint subiecti. Ne aut illi defensionem iustitie vertant in exercitationem superbie, aut isti cum student plus quam necesse est hominibus subiti, compellantur eorum etiam vitia venerari. Considerandum vero est quod plerumque elatos utilius corripimus, si eorum correptionibus quedam laudis fomenta misceamus. Inferenda namque illis sunt vel alia bona que in ipsis sunt, vel certe dicenda que potuerant esse si non sunt. Et tunc demum resecanda sunt mala que nobis displicent, cum prius ad audiendum placabilem eorum mentem fecerint premissa bona que placent. Nam et equos indomitos blanda prius manu tangimus, ut eos nobis plenius postmodum etiam per flagella subigamus

correctionibus

misceamus

fomenta

demum

adiungitur

et amaro pigmentorum poculo mellis dulcedo adiungitur, ne ea que saluti profutura est in ipso gustu asperitas amaritudo sentiatur. Sed dum gustus per dulcedinem fallitur, humor mortiferus per amaritudinem vacuatur. In ipsis ergo elatis increpationis exordia permixta sunt laude temperanda, ut dum admittunt favores quos diligunt, et correptiones recipiant quas oderunt. Plerumque autem persuadere elatis utilius possumus, si profectum eorum nobis potius quam illis profuturum dicamus, si eorum meliorationem nobis magis quam sibi impendi postulemus. Facile enim ad bonum elatio flectitur, si eius inflexio prodesse et aliis credatur. Unde Moyses qui se regente Deo deserti iter ducit acceta columpna pergebat, cum Iethro cognatum suum a gentilitatis conversatione vellet educere et omnipotentis Dei dominio subiugare, ait: Proficiscimur ad locum quem Dominus daturus est nobis. Veni nobiscum ut benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israheli. Cumque ei ille respondisset: Non vadam tecum sed revertar in terram meam in qua natus sum, illico adiunxit: Noli nos relinquere, tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, et eris ductor noster. Neque enim mentem Moysi ignorantia itineris coangustabat, quem ad prophetie scientiam cognitio divinitatis expanderat, quem columpna exterius preibat, quem de cunctis intus per familiare colloquium Deo sedula locutio instruebat. Sed vir providus elato auditori colloquens solatium petiit ut daret, ducem requirebat in via ut ducere ei ad vitam potuisset. Egit itaque ut superbus auditor voci ad meliora suadenti eo magis fieret devotus quo putabatur

adiunxit

elato

Et unde se exortatorem sibi prebere
crederet inde sub viribus exortantis
inclinaret Aliter ammonendi sunt per-
tinaces aliter inconstantes xix capitulum

Illis dicendum est quod plus de se quam
sunt sentiunt idcirco alienis consiliis
non acquiescunt Istis vero intimandum
est quod valde se despicientes negligunt
et ideo levitate cogitationum a suo iudicio
per temporum momenta flectuntur Illis
dicendum quia nisi meliores esse se ceteris
estimarent nequaquam cunctorum consilia
pre deliberatione postponerent Istis di-
cendum est quod si sibi quod sunt ut cum
attenderent nequaquam eos per tot varietatis
latera mutabilitatis aura versaret
Illis per Paulum dicitur Nolite esse prudentes
apud vosmetipsos At contra isti audiunt
Non circumferimur omni vento doctrine
De illis per Salomonem dicitur Comedent
fructum vie sue suisque consiliis satura-
buntur De istis autem ab eodem scribitur
Cor stultorum dissimile erit Cor quippe
sapientum semper est simile quia
rectis persuasionibus acquiescit constanter
se in bono opere dirigit Cor vero stultorum
dissimile est quod dum mutabilitate se
varium exhibet nunquam id quod fuerat
manet Et quia quedam vitia sicut ex se-
metipsis gignunt alia ita ex aliis
oriuntur Sciendum summopere est quod tunc
ea corripiendo melius tergimus cum ab
ipso amaritudinis sue fonte siccamus
Pertinacia quippe ex superbia inconstan-
tia autem ex levitate generatur Ammo-
nendi sunt igitur pertinaces ut elationem
sue cogitationis agnoscant et semet
ipsos vincere studeant ne dum rectis
alienis aliorum suasionibus foris superari
despiciunt intus a superbia captivi te-
neantur Ammonendi sunt ut sollerter
aspiciant quia filius hominis cuius
una semper cum patre voluntas est ut ex-
emplum nobis frangende nostre volun-
tatis prebeat dicit Non quero volun-
tatem meam sed voluntatem eius qui misit
me patris Qui ut huius adhuc virtutis
gratiam commendaret Servaturum se hoc
in extremo iudicio premisit dicens
Non possum ego a me ipso facere
quicquam Sed sicut audio iudico Qua
itaque conscientia dedignatur homo aliene
voluntati acquiescere quando Dei atque
hominis filius cum virtutis sue gloriam
venit ostendere testatur se non a semetipso
iudicare At contra ammonendi sunt
inconstantes ut mentem gravitate ro-
borent Tunc enim germina in se
mutabilitatis arefaciunt cum a corde
prius radicem levitatis abscidunt quia
et tunc fabrica robusta construitur cum
prius locus solidus in quo poni funda-
mentum debeat providetur Nisi ergo ante
mentis levitas caveatur cogitatio-
num inconstantia nequaquam vincitur A qua se
alienum Paulus fuisse perhibuit cum
dixit Numquid levitate usus sum
aut que cogito secundum carnem cogito
ut sit apud me est et non Ac si aperte
dicat Ideo mutabilitatis aura nulla
commoveor quia levitatis vitio non
succumbo Aliter ammonendi sunt
gule dediti aliter abstinentes
vicesimum capitulum

Illos enim superfluitas locutionis levi-
tas operis atque luxuria Istos vero sepe
impatientia sepe vero superbie culpa comi-
tatur Nisi enim gule deditos immo-
derata loquacitas raperet dives ille
qui epulatus cottidie splendide dicitur
in lingua gravius non arderet dicens
Pater Abraham miserere mei et mitte La-
zarum ut intingat extremum digiti
sui in aquam ut refrigeret linguam
meam quia crucior in hac flamma
Quibus profecto verbis ostenditur quia epu-
lando cottidie crebrius in lingua pec-
caverat qui totus ardens refrigerari se
precipue in lingua requirebat Rursum
quia deditos gule levitas protinus
operis sequitur auctoritas sacra testatur

dicens Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. Plerumque edacitas ad luxuriam pertrahit quia dum sacietate venter extenditur aculei libidinis excitantur. Unde et hosti callido qui primi hominis sensum in concupiscentiam pomi aperuit sed in peccati laqueo constrinxit divina voce dicitur pectore et ventre repes. Ac si aperte diceretur cogitatione et ingluvie super humana corda dominaris. Et quia deditos gule luxuria sequitur propheta testatur qui dum aperta narrat occulta denunciat dicens princeps cocorum destruxit muros iherusalem. Princeps namque cocorum venter est cui magna cura obsequium a cocis impenditur ut ipse delectabiliter cibis impleatur. Muri autem iherusalem virtutes sunt anime ad desiderium superne pacis elevate. Cocorum igitur princeps muros iherusalem deicit quia dum venter ingluvie tenditur virtutes anime per luxuriam destruuntur. Quo contra vero mentes abstinentium plerumque culpa impacientie a sinu tranquillitatis excutit. Neque enim petrus tunc diceret ministrate in fide vestra virtutem in virtute autem scientiam in scientia autem abstinentiam providus vigilanter adiungeret dicens In abstinentia autem pacientiam. Deesse quippe abstinentibus pacientiam providit que eis ut adesset admonuit. Rursum nisi cogitationes abstinentium nonnumquam superbie culpa transfigeret Paulus minime dixisset Qui non manducat manducantem non iudicet. Qui rursus ad alios loquens dum de abstinentie virtute gloriantium precepta perstringeret adiunxit Que sunt rationem quidem habentia sapientie in superstitione et humilitate et ad non parcendum corpori non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Qua in re notandum est quod in disputatione sua predicator egregius superstitioni humilitatis speciem iungit quia dum plus quam necesse est per abstinentiam caro atteritur humilitas foris ostenditur. Sed de hac ipsa humilitate graviter intus superbitur

et nisi aliquando mens ex abstinentie virtute tumesceret nequaquam hanc velud in magna merita phariseus arrogans studiose enumeraret dicens Ieiuno bis in sabbato. Ammonendi ergo sunt gule dediti ne in eo quod escarum delectationi incumbant luxurie se mucrone transfigant. Et quanta sibi per esum loquacitas quanta mentis levitas insidietur aspiciant ne dum ventri molliter serviunt vitiorum laqueis crudeliter astringantur. Tanto enim longius a secundo parente recedit quanto cum per immoderatum usum dum manus ad cibum tenditur parentis primi lapsus iteratur. At contra admonendi sunt abstinentes ut sollicite semper aspiciant ne cum gule vitium fugiunt deteriora sibi vitia quasi ex virtute generentur. Ne dum carnem macerant ad impatientiam spiritus erumpat et nulla iam virtus sit quod caro vincitur si spiritus ira superatur. Aliquando autem dum mens abstinentium ab ira se deprimit hanc quasi peregrina veniens leticia corrumpit et eo abstinentie bonum deperit quo se se ab spiritalibus vitiis minime custodit. Unde recte per prophetam dicitur In diebus ieiuniorum vestrorum inveniuntur voluntates vestre. Et paulo post In iudicia et rixas ieiunatis et percutitis pugno impie. Voluntas quippe ad leticiam pertinet pugnus ad iram. In cassum ergo per abstinentiam corpus atteritur si inordinatis dimissa motibus mens vitiis dissipatur. Et rursum ammonendi sunt ut abstinentiam suam et semper sine imminutione custodiant et nequaquam hanc apud occultum iudicem ex immensa virtute credant ne si fortasse magni esse meriti creditur cor in elatione sublevetur. Hinc namque per prophetam dicitur Numquid tale est ieiunium quod elegi Sed frange esurienti panem tuum et egenos vagosque induc in domum tuam. Qua in re pensandum est

efficatie

virtus abstinentie quam precipua celsitudine non nisi ex aliis virtutibus commendatur. Hinc Iohel ait: Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare est adiunctis bonis aliis dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Admonendi sunt abstinentes ut noverint quia tunc placentem Deo abstinentiam offerunt cum ea que sibi de alimentis subtrahunt indigentibus largiuntur. Solerter autem audiendum est quod per prophetam Dominus increpat dicens: Cum ieiunaretis et plangeretis in quinto et in septimo mense per hos septuaginta annos, numquid ieiunium ieiunastis michi? Et cum comeditis et bibitis, numquid non vobis comeditis et vobis metipsis bibitis? Non enim Deo sed sibi quisque ieiunat si ea que ventri ad tempus subtrahit non inopibus tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. Itaque ne aut illos appetitus gule a mentis statu deiciat aut istos afflicta caro ex elatione supplantet, audiant illi ex ore Veritatis: Attendite autem vobis ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius mundi. Ubi utilis quoque pavor adiungitur: et superveniat in nos repentina dies illa; tamquam laqueus enim superveniat in nos omnes qui sedent super faciem omnis terre. Audiant isti: Quod intrat in os non coinquinat hominem, sed quod procedit de ore hoc coinquinat hominem. Audiant illi: Esca ventri et venter escis; Deus autem et hunc et has destruet. Et rursum: Non in comessationibus et ebrietatibus. Et rursum: Esca nos non commendat Deo. Audiant isti: Omnia munda mundis; coinquinatis autem et infidelibus nichil est mundum. Audiant illi: Quorum venter Deus est et gloria in confusione ipsorum. Audiant isti: Discedent quidam a fide et veritate, et paulo post: prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fideli-

-pi-

phibentiu

bus et his qui cognoverunt veritatem. Audiant illi: Bonum est non manducare carnem neque bibere vinum neque in quo frater tuus scandalizetur. Audiant isti: Modico vino utere propter stomachum et frequentes tuas infirmitates. Quatinus et illi discant cibos carnis inordinate non appetere et isti creaturam Dei quam non appetunt non audeant condempnare etc.

Aliter admonendi sunt qui iam propria misericorditer tribuunt, aliter qui aliena rapere contendunt. xxi.

Admonendi namque sunt qui iam propria misericorditer tribuunt ne cogitatione tumida super eos se quibus terrena largiuntur extollant, ne idcirco se meliores estiment quia contineri per se ceteros vident. Nam terrene domus dominus famulorum ordines ministeriaque dispiciens hos ut regant illos vero non statuit ut ab aliis regantur. Istos iubet ut necessaria ceteris prebeant, illos ut accepta ab aliis sumant. Et tamen plerumque offendunt qui regunt et in patrisfamilias gratia permanent qui reguntur; iram merentur qui dispensatores sunt, sine offensione perdurant qui ex aliena dispensatione subsistunt. Admonendi sunt igitur qui iam que possident misericorditer tribuunt ut a celesti domino dispensatores se positos subsidiorum temporalium agnoscant, et tanto humiliter prebeant quanto et aliena esse intelligunt que dispensant. Cumque illorum ministerio in quibus accepta largiuntur constitutos se esse considerant, nequaquam eorum mentes tumor sublevet, sed timor premat. Unde et necesse est ut sollicite perpendant ne commissa indigne distribuant, ne quedam quibus nulla, ne nulla quibus quedam, ne multa quibus pauca, ne pauca prebeant quibus impendere multa debuerunt, ne

Elemosina tribuenda est iuxta persone exigentiam ac indigentiam

precipitatione habent quod tribuunt inutiliter
spargant ne tarditate petentes no-
xie cruciet Ne recipiende habitu gratie
intentio subrepat. ne dationis lumine
laudis transitorie appetitio exstinguat
ne oblatum minimis coniuncta iustitia ab-
scidat Ne in bene oblato munere
animus plus quam decet hilarescat Ne
sibi quidquam cum totum recte impleverint
tribuant et simul omnia. postquam perege-
rint perdant Ne enim sibi virtutem pie
liberalitatis deputent Audiant quod scriptum
est Si quis administrat tamquam ex vir-
tute quam administrat deus Ne in bene-
factis immoderatius gaudeant Au-
diant quod scriptum est Cum feceritis omnia
que precepta sunt vobis dicite Servi
inutiles sumus que debuimus facere
fecimus Ne largitatem tristitia cor-
rumpat Audiant quod scriptum est hi-
larem datorem diligit deus. Ne ex
impenso munere transitoriam laudem
querant Audiant quod scriptum Ne-
sciat sinistra tua quid faciat dextera
tua. i. pie dispensationi nequaquam
se gloria vite presentis admisceat Sed
opus rectitudinis appetitio ignoret
favoris ne impense gratie vicissitu-
dinem requirant Audiant quod scriptum
est Cum facis prandium aut cenam
noli vocare amicos tuos neque fratres
tuos. neque cognatos. neque vicinos
divites ne forte et ipsi similiter te re-
invitent et fiat tibi retributio Sed cum
feceris convivium. Voca pauperes de-
biles claudos cecos. et beatus eris quia
non habent Unde retribuant tibi Ne que
prebenda sunt citius/ sero prebeantur sero
Audiant quod scriptum est Ne dicas
amico tuo Vade et redi et cras
dabo tibi Cum statim possis dare Ne
sub ostentu largitatis ea que possi-
dent inutiliter spargant Audiant
quod scriptum est Sudet elemosina in
manu tua Ne cum multa necesse
sint pauca largiantur Audiant
quod scriptum est Qui parce seminat

parce et metet Ne cum pauca oportet
plurima prebeant et ipsi postmodum du-
rissime inopiam tolerantes ad impa-
tientiam erumpant Audiant quod scriptum
est Non ut aliis sit remissio vobis
autem tribulatio Sed ex equalitate vestra
habundantia illorum inopiam suppleat
ut et illorum habundantia vestre inopie
sit supplementum ~~Cum enim dantis~~
~~mens~~ Cum enim dantis mens ferre
inopiam nescit Si multa sibi subtrahit
occasionem contra se impatientie animus ex-
quirit. Prius namque preparandus est patientie
animus et tunc aut multa aut
cuncta largienda ne dum minus equani-
miter inopiam irruens fertur et
premisse largitatis mercedem perdat et ad
hunc mentem deterius murmuratio sub-
sequens perdat Ne omnino nichil hiis
prebeant quibus conferre aliquid parum
debent Audiant quod scriptum est omni
petenti te tribue Ne saltim aliquid
prebeant quibus omnino conferre nichil
debent Audiant quod scriptum est Da bono
et non receperis peccatorem Benefac
humili. et non dederis impio. et rur-
sum panem tuum et vinum super sepul-
turam iusti constitue. et noli ex eo man-
ducare et bibere cum peccatoribus Panem
enim et vinum suum peccatoribus prebet
qui iniquis subsidia pro eo quod iniqui
sunt impendit. Unde et nonnulli
huius mundi divites cum fame crucien-
tur Christi pauperes effusis largitatibus
nutriunt histriones Qui vero indigen-
ti etiam peccatori panem suum non quia
peccator Sed quia homo est tribuit
nimirum non peccatorem Sed iustum
nutrit. quia in illo non culpam Sed
naturam diligit Ammonendi sunt etiam
qui iam sua misericorditer largiuntur
ut sollicite custodire studeant ne
cum commissa peccata elemosinis redi-
munt. adhuc redimenda committant
ne venalem dei iustitiam estiment
si cum curant pro peccatis nummos

ebuere arbitrentur se posse inulte pec-
care. Plus est namque anima quam esca
et corpus plus quam vestimentum. Er-
go escam vel vestimentum pauperibus
largitur. Sed tamen anime vel corporis
iniquitate polluitur: quod minus est iustitie
obtulit, et quod maius est culpe admisit.
Sua enim deo dedit et se dyabolo.
At contra ammonendi sunt qui et
adhuc aliena rapere intendunt ut
sollicite audiant quod veniens in iudi-
cium dominus dicat: Esurivi namque et
non dedistis michi manducare.
Sitivi et non dedistis michi potum.
Hospes eram et non collegistis me.
Nudus et non operuistis me. Infirmus
et in carcere et non visitastis me. Quibus
etiam premittit dicens: Discedite a
me maledicti in ignem eternum qui para-
tus est dyabolo et angelis eius. Ecce
nequaquam audiunt: Quia rapinas
vel quelibet alia violenta gessistis.
et tamen eternis gehenne ignibus manci-
pantur. Hinc ergo colligendum est quanta
dampnacione plectendi sunt qui a-
liena rapiunt, si tanta animadversione per-
cutiuntur qui sua indiscrete tenuerunt.
Perpendant quo eos obliget reatus
res rapta. Si tali subicit pene non
tradita. Perpendant quid mereatur
iniustitia illata, si tanta percussione
digna est pietas non impensa. Cum
aliena rapere intendunt, audiant
quod scriptum est: Ve ei qui multipli-
cat non sua, usquequo et aggravat
contra se densum lutum. Avaro quippe
densum lutum contra se aggravare est
lucra terrena cum pondere peccati cumulare.
Cum multiplicare large habita-
tionis spacia cupiunt, audiant quod
scriptum est: Ve qui coniungitis domum
ad domum et agrum agro copulatis
usque ad terminum loci. Numquid habitabitis
vos soli in medio terre? Ac si aperte
diceret: Quousque vos extenditis

Auct

qui habere in communi mundo consortes
minime potestis. Comites quidem
premitis. Sed contra vos quos valeatis
extendere semper invenitis. Cum adge-
rendis pecuniis inhiant, audiant
quod scriptum est: Avarus non implebitur
pecunia, et qui amat divitias fru-
ctus non capiet ex eis. Fructum quippe
ex illis caperet si eas bene spargere
non amando voluisset. Quia vero
eas diligendo retinuit, hic utique
sine fructu derelinquentur.
Cum repleri cunctis simul opibus
inardescunt, audiant quod scriptum
est: Qui festinat ditari non erit
innocens. Profecto enim qui augere opes
ambit, vitare peccatum negligit et
more avium captus cum escam terrena-
rum avidus concupiscit, quo strangu-
letur peccati laqueo non agnoscit. Cum
quelibet presentis mundi lucra desiderant
et que de futuro dampna patiuntur
ignorant, audiant quod scriptum est:
Hereditas ad quam festinatur in principio
in novissimo benedictione carebit.
Ex hac quippe vita initium ducimus
ut ad benedictionis sortem in novis-
simo veniamus. Qui itaque in principio
hereditati festinant, sortem sibi in novis-
simo benedictionis amputant.
Quia dum per avariciam nequiter
hic multiplicari appetunt, illic
eterno patrimonio exheredes fiunt.
Cum vel plura ambiunt vel obtinere
cuncta que ambierint possunt, au-
diant quod scriptum est: Quid prodest
homini si totum mundum lucretur,
anime vero sue detrimentum faciat? Ac
si aperte veritas dicat: Quid prodest
homini si totum mundum quod extra
se est congregat, si hoc solum quod ipse
est dampnat. Plerumque autem citius
raptorum avaricia corrigitur, si in
verbis ammonentis quam fugitiva sit
presens vita monstratur, si eorum ad memoriam

De avar

misericordia donatur. Qui et divites in hoc mundo diu conati sunt, et tamen in adeptis divitiis diu manere nequiverunt; quibus festina mors repente et simul abstulit quicquid eorum nequitia nec simul nec repente congregavit. Qui hic rapta dereliquerunt, sed scelerum ad iudicium causas rapine detulerunt. Horum itaque exempla audiant, quos in verbis suis procul dubio et ipsi condempnant, ut cum post verba ad cor redeunt, imitari saltem quos iudicant erubescant.

Aliter ammonendi sunt qui nec aliena rapiunt nec sua largiuntur, aliter qui et ea que habent tribuunt et tamen aliena rapere non desistunt. XXI

Ammonendi namque sunt qui nec aliena appetunt nec sua largiuntur, ut sollicite sciant quia terra de qua sumpti sunt cunctis hominibus communis est, et idcirco alimenta quoque omnibus communiter profert. Incassum ergo se innocentes putant, qui commune Dei munus sibi privatum vendicant; qui cum accepta non tribuunt, in proximorum nece grassantur, quia tot pene cotidie perimunt, quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt. Nam cum quelibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur; iusticie potius debitum solvimus, quam misericordie opera implemus. Unde et ipsa Veritas cum de misericordia caute exhibenda loqueretur, ait: Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus. Cui sententie etiam psalmista concinens dicit: Dispersit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculum. Cum enim largitatem impensam pauperibus premisisset, non hanc vocare misericordiam, sed iusticiam maluit, quia quod a communi Domino tribuitur, iustum profecto est ut quicumque accipiunt eo communiter utantur. Hinc etiam Salomon ait: Qui iustus est tribuet et non cessabit.

Ammonendi sunt quoque ut sollicite attendant quod ficulnea que fructum non habuit, contra hanc districtus agricola queritur, quod etiam terram occupavit. Terram quippe ficulnea sine fructu occupat, cum mens tenacium hoc quod prodesse multis poterat, inutiliter servat. Terram ficulnea sine fructu occupat, quando locum quem exercere alius per solem boni operis valuit, stultus pigredinis umbra premit. Hii autem dicere nonnumquam solent: Concessis utimur, aliena non querimus; et si digna misericordie retributione non agimus, nulla tamen perversa perpetramus. Quod ideo sentiunt, quia videlicet aurem cordis a verbis celestibus claudunt. Nam et dives in ewangelio qui induebatur purpura et bisso, qui epulabatur cotidie splendide, non aliena rapuisse, sed infructuose propriis usus fuisse perhibetur, eumque post hec ultrix gehenna suscepit; non quia aliquid illicitum gessit, sed quia immoderato usu totum se licitis tradidit.

Ammonendi sunt tenaces ut noverint quod hanc primam Deo iniuriam faciunt, quia ei qui tribuit omnia, nulla hostia misericordie reddunt. Hinc enim psalmista ait: Non dabit Deo placationem suam, nec precium redemptionis anime sue. Precium namque redemptionis dare est opera bona prevenienti gratie reddere. Hinc Iohannes exclamat dicens: Iam securis ad radicem arborum posita est. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Qui ergo se innoxios quia aliena non rapiunt estimant, ictum securis vicine prevideant, et torporem improvide securitatis amittant, ne cum

nole dan

ferre fructum boni operis negligunt, a
presenti vita funditus cum ariditate ra-
dicis exarescant. At contra ammonendi
sunt qui et ea que habent tribuunt et
aliena rapere non desistunt. Ne valde
munifici videri appetant et de boni
specie deteriores fiant. Hii namque sua etiam
indiscrete tribuentes non solum ut
superius iam diximus ad impacientie
murmuracionem proruunt. Sed cogente
se inopia usque ad avaricia devolvuntur.
Quid ergo eorum mente infelicius quibus de
largitate avaricia nascitur et peccatorum
seges quasi ex virtute seminatur. Prius
itaque ammonendi sunt, ut tenere sua
racionabiliter sciant et tunc demum, ut
aliena non ambiant. Si enim radix
culpe in ipsa effusione non exuritur
nequaquam per ramos exuberans ava-
ricie spina siccatur. Occasio ergo ra-
piendi subtrahitur si bene prius ius
possidendi disponatur. Tunc vero
ammoniti audiant quomodo ea que habent
misericorditer tribuant, cum nimirum didi-
cerint, ut bona misericordie per nequiciam
rapine non confundant.
Violenter enim exigunt quod misericor-
diter largiantur. Sed aliud est misericordiam
pro peccatis facere, aliud pro misericordia fa-
cienda peccare. Que iam nec misericordia
nuncupari potest, quia ad dulcem
fructum non proficit, que per virus pe-
stifere radicis amarescit. Hinc est
enim quod ipsa etiam sacrificia per prophetam
reprobat dicens: Ego dominus diligens
iudicium et odio habens rapinam in ho-
locausto. Hinc iterum dicit: Hostie
impiorum abhominabiles que offeruntur
ex scelere. Qui sepe quoque et indigen-
tibus subtrahunt que deo largiuntur.
Sed quanta eos animadversione dominus
renuat ~~renuat~~ per quendam sapientem
dominus denunciat dicens: Qui of-
fert sacrificium ex ~~sancta~~ substancia pauperum, [illegible]
quasi qui victimat filium in conspec-
tu patris sui. Quid namque intolera-
bilius esse potest quam mors filii ante
oculos patris. Hoc itaque sacrificium
quanta ira aspiciatur ostenditur, quod or-
bati patris dolori comparatur. Et tamen
plerique quanta tribuunt pensant, quanta
autem rapiunt considerare dissimulant.
Quasi mercedem numerant et perpendere cul-
pas recusant. Audiant itaque quod
scriptum est: Qui mercedes congregavit,
misit eas in sacculum pertusum.
In sacculo quippe pertuso videtur
cum pecunia mittitur. Sed cum
amittitur non videtur. Qui ergo
quanta largiuntur aspiciunt, sed quanta
rapiunt non perpendunt, in pertuso
sacculo mercedes mittunt, quia profecto
has in spe sue fiducie intuentes
congerunt. Sed non intuentes perdunt.

Aliter ammonendi sunt discordes,
aliter pacati. xxiii.

Discordes namque ammonendi sunt
ut certissime sciant, quia quantislibet
virtutibus polleant, spirituales fieri
nullatenus possunt, si uniri per concor-
diam proximis negligunt. Scriptum
quippe est: Fructus spiritus est caritas, gau-
dium, pax. Qui ergo servare pacem
non curat, ferre fructus spiritus re-
cusat. Hinc Paulus ait: Cum sit inter
vos zelus et contencio, nonne carnales
estis. Hinc iterum dicit: Pacem sequi-
mini cum omnibus et sanctimoniam sine qua
nemo videbit deum. Hinc rursum
ammonens ait: Solliciti servare
unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum
corpus et unus spiritus, sicut vocati estis
in una spe vocacionis ~~vestre~~ ~~spem nequa-~~
~~quam pertingitur. Sed non ad eam uni-~~
~~tatem~~ vestre. Ad unam igitur vocacionis
spem nequaquam pertingitur, si non
ad eam unita cum proximis men-
te curratur. At sepe nonnulli quedam

Aud' pulc'

spiritualia dona percipiunt suspiciendo
bonum concordie. quam maius est amittitur
Etsi fortasse carnem percutis gule re-
frenatione. Unus coronat concordie
cibus quos separat abstinendo contemnat
Sed que abstinentia a concordia separat
Unde ammoneat psalmista predicat
Ait enim laudate eum in timpa-
no et choro. In timpano namque
sicca et percussa pellis resonat. In
choro autem voces societati concordant
Quisquis itaque corpus affligit sed
cum concordiam deserit. deum quidem
laudat in timpano. sed non lau-
dat in choro. Sepe vero dum quosdam
maior scientia erigit. ceterorum societate
disiungit et quasi quo plus sapiunt
eo a concordie virtute desipiscunt
Hii itaque audiant quod per semet
ipsam veritas dicat. Habete sal
in vobis. et pacem habete ~~in~~ inter vos
Sal quippe sine pace non virtutis do-
num est. Sed dampnationis argumentum
Quo enim quisque melius sapiat eo
deterius delinquit et ideo inexcu-
sabiliter merebitur supplicium quia
prudenter si voluisset potius vitare
peccatum. Quibus recte quoque per Iacobum
dicitur. Quod si zelum amarum habetis. et
contentiones sint in cordibus vestris
nolite gloriari et mendaces esse adversus
veritatem. Non est ista sapientia desur-
sum descendens. Sed terrena
animalis diabolica. Que autem desursum
est sapientia primum quidem pudica
est. Deinde pacifica. Pudica
videlicet quia caste intelligit. pacifica autem
quia per elationem se minime a proximorum
societate disiungit. Ammonendi
sunt dissidentes. ut noverint
quia tam diu nullum boni operis deo
sacrificium immolant. quam diu a
proximorum caritate discordant

De discordia

Scriptum namque est. Si offers
munus tuum ad altare et ibi recor-
datus fueris. quia frater tuus habet aliquid
adversum te relinque ibi munus
tuum ante altare et vade prius recon-
ciliari fratri tuo. et tunc veniens
offeres munus tuum. Ex qua scilicet
preceptione pensandum est quorum
hostia repellitur quam intollera-
bilis culpa monstratur. Nam
cum mala cuncta bonis sequen-
tibus diluantur. pensemus quanta
sunt mala discordie. que nisi
extincta funditus fuerint bonum
subsequi non permittunt. Am-
monendi sunt discordes. ut si
aures et amandatis celestibus
declinant. mentis oculos ad con-
siderandam ea que in infimis
versantur aperiant. Quod sepe aves
unius eiusdemque generis sese so-
ciali volando non deserunt
Quod congregatim animalia bruta pa-
scuntur. Que si solerter aspici-
mus concordando sibi irrationabilis
a natura ~~committat. quod hec rationis inten-~~
~~tione~~ indicat. Quantum malum
per discordiam rationabilis natura
committit. que hoc rationis inten-
tione perdidit. quod illa motu
naturali custodit. At contra ammo-
nendi sunt pacati. ne dum plus
quam necesse est pacem quam possident
amant ad perpetuam pervenire
non appetant. Plerosque enim gravius
intentionem mentium rectam tranquilli-
tas temptat. ut quo non sunt
molesta que tenent. eo minus
amabilia fiant. que vocent
et quo delectant presentia eo non
considerantur eterna. Unde et per semet

ipsam veritas loquens cum terrena pace a superna distingueret atque adventura discipulos ex presenti provocaret ait: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Relinquo videlicet transitoriam, do mansuram. Si ergo in ea pace cor que relicta est figitur, nunquam ad illam que danda est pervenitur. Pax ergo presens tenenda est et contempnenda, ut et diligi et contempni si sine immoderate diligitur, diligentis animus in culpam capiatur. Unde et admonendi sunt pacati ne dum nimis humanam pacem desiderant, pravos hominum mores nequaquam redarguant et consentiendo perversis ab auctoris se pace disiungant, ne dum humana foras iurgia metuunt interni federis discussione feriantur. Quid enim pax transitoria nisi quoddam vestigium pacis eterne? Quid ergo dementius esse potest quam vestigia in pulvere impressa diligere, sed ipsum a quo impressa sunt non amare? Hinc David dum totum se ad federa pacis interne constringeret testatur quod cum malis concordiam non teneret dicens: Nonne qui oderunt te Deus oderam illos et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt michi. Inimicos enim Dei perfecto odio odisse est et quod facti sunt diligere et quod faciunt increpare, mores pravorum premere, vite prodesse. Pensandum ergo est quanta ab increpatione quiescit quanta culpa cum pessimis pax tenetur si propheta tanta velud hostiam Deo obtulit quod contra se pro Domino pravorum

inimicitias excitavit. Hinc est quod Levi tribus assumptis gladiis per castrorum media transiens quia ferientibus noluit peccatoribus parcere, Deo manus dicta est consecrasse. Hinc Phinees peccantium civium gratiam spernens coeuntes cum Madianitis perculit et iram Domini iratus placavit. Hinc per semetipsam veritas dicit: Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram; non veni pacem mittere sed gladium. Malorum namque cum incaute amicitiis iungimur culpis ligamur. Unde Iosaphat qui tot de anteacta vita preconiis attollitur de Achab regis amicitiis pene periturus increpatur cui per prophetam dicitur: Impio prebes auxilium et his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inventa sunt in te eo quod abstulisti lucos de terra Iuda. [remedio] Ab illo enim qui summe rectus est eo ipso iam discrepat quo pravorum amicitiis vita nostra concordat. [contra pacem] Admonendi sunt pacati ne si ad correptionis verba prosiliant temporalem pacem apud se perturbari formident. Rursumque admonendi sunt ut eandem pacem dilectione integra intrinsecus custodiant quam per vocis correptionem sibi extrinsecus turbabunt. Quod utrumque pro inde David se servare innuit dicit: Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis. Ecce et loquens impugnabatur et tamen impugnatus erat pacificus quia nec insanientes

cessabat reprehendere, nec reprehensus neglegebat amare. Hinc etiam Paulus ait: Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Hortaturus enim discipulos ut pacem cum omnibus haberent, praemisit dicens: Si fieri potest; atque subiunxit: quod ex vobis est. Difficile quippe erat ut si male acta corriperent, habere pacem cum omnibus possent. Sed cum temporalis pax in pravorum cordibus ex nostra increpatione confunditur, inviolata necesse est ut in nostro corde servetur. Recte itaque ait: quod ex vobis est. Ac si diceret: quia pax ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis qui corripiuntur expellitur, integra tamen in mente qui corripit teneatur. Unde eosdem rursus discipulos admonet dicens: Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et non commisceamini cum illo, ut confundatur. Atque illico adiunxit: Et nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite ut fratrem. Ac si diceret: Pacem cum eo exteriorem solvite, sed interiorem de illo medullitus custodite, ut peccantis mentem sic vestra discordia feriat, quatenus pax a vestris cordibus nec abnegata discedat.

Aliter ammonendi sunt iurgia seminantes, aliter pacifici. Capitulum xxiii

Ammonendi sunt namque qui iurgia seminant, ut cuius sint sequaces agnoscant. De apostata quippe angelo scriptum est, cum bonae messi zizania fuisset inserta: Inimicus homo hoc fecit. De eius etiam membro per Salomonem dicitur: Homo apostata vir inutilis graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, et in omni tempore iurgia seminat. Ecce quem seminantem iurgia dicere voluit, prius apostatam nominavit, quia nisi more superbientis angeli a conspectu conditoris prius intus aversione mentis caderet, foras postmodum usque ad seminanda iurgia non veniret. Qui recte describitur quod annuit oculis, digito loquitur, terit pede. Interior namque est custodia quae ordinata foris membra continet. Qui ergo statum mentis perdidit, subsequenter foras in inconstantia motionis fluit, atque exteriori mobilitate indicat quod nulla interius radice subsistat. Audiant iurgiorum seminatores quod scriptum est: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Atque ex adverso colligant quia si Dei vocantur filii qui pacem faciunt, procul dubio satanae sunt filii qui confundunt. Omnes autem qui per discordiam separantur a viriditate dilectionis arescunt. Qui et si boni operis fructus in suis actionibus proferunt, profecto nulli sunt, quia non ex unitate caritatis oriuntur. Hinc ergo perpendant seminantes iurgia quam multipliciter peccant, qui dum unam nequitiam perpetrant, ab humanis cordibus cunctas simul virtutes eradicant. In uno enim malo innumera peragunt, quia seminando discordiam caritatem, quae virtutum cunctarum mater est, exstinguunt. Quia autem nil est pretiosius Deo virtute dilectionis, nil desiderabilius est diabolo exstinctione caritatis. Quisquis ergo seminando iurgia dilectionem proximorum perimit, hosti Dei familiaris servit, quia quam ille amissam cecidit, hanc iste vulneratis cordibus subtrahens eis viam ascensionis abscidit. At contra ammonendi sunt pacifici, ne tantae actionis pondus levigent, si inter quos fundare pacem debeant ignorent. Nam sicut multum nocet si unitas desit bonis, ita valde est noxium si non desit malis. Si ergo perversorum nequitia in pace iungitur, profecto eorum malis actibus robur augetur, quia quo sibi in malitia congruunt, eo se robustius bonorum actionibus illidunt. Hinc namque est quod contra damnati illius vasis, videlicet Antichristi, praedicatores divina voce beato Iob dicitur: Membra

// ego iudicor, dum quod Saducei spem resurrectionis quod mortuorum esse denegarent //

carminum eius tolerantia sibi. Sicut squama-
squamarum [illegible] de eius satellitibus perhi-
betur. Una uni coniungitur et ne
spiraculum quidem incedit per eas. Sa[telli]-
tes quippe illius quo nulla inter
se discordie asperitate dividuntur in
congruentia [illegible] nequitie glomerantur.
Cum ergo iniquos pace sociat iniqui-
tati vires administrat. quia bonos
dum divisos reprimit quos et unanimiter
persequitur. Unde et predicator egregius
gentium phariseorum saduceorum [illegible]
persecutione deprehensus inter semet
ipsos dividere studuit quos contra
se unitos conspexit. Unde cum excla-
mavit dicens. Viri fratres ego phari-
seus sum filius phariseorum de spe et de
resurrectione mortuorum ego iudicor. Cumque
pharisei inter se [illegible] eloquium
preceptum crederent, statim in persecutore una-
nimitate dissensio est et divisa. Ubi
illesus paulus exiit quem hostium in-
ita prius unanimitas presserat. Hinnu-
li sunt itaque qui faciende pacis
studiis occupantur ut [illegible] metuus
in amore placant inter se patientia
fini[?]. quatinus eis postmodum valeat
exteriorum pax prodesse. ut dum corum
cor in illius cogitacione suspenditur
nequaquam ad nequitiam adhuc per-
ceptione inspiratur. Dum quod sui nam
[illegible] terrena nullo modo ad [illegible]
[illegible] deteriorationis inclinent. Tunc vero
[illegible] quoque tales sunt ut nocte bonis
nescieant etiam si concupiscant inter hos
minimorum dei terrena pax consistere et
[illegible] ab eis valeat superna cogno-
sci. Et hinnuli quos contra dilectorum
dei malitia sue impietatis exasperat
salte [illegible] amore magnificat
et quasi ~~et [illegible]~~ [illegible] ad meliora transeunt
ut ad illam que ab longe est patrem
conditoris ascendant. Alii autem hinnu-
di sunt qui sacre legis verba
non recte intelligunt. alii qui recte

quidem intelligunt sed humiliter
non loquuntur. *XXX [?] V ca. III*

Hinnuli enim sunt qui sacre
legis verba non recte intelligunt
ut pereunt quia salubrium venit
potum in veneni sibi poculum vertunt.
Et per medicinale ferrum vulnere
mortali se feriunt. Dum per hoc in se
sana perimunt quod per salutem abscidere
sanctitatem debuerunt. Hinnuli
sunt ut pereant quod scriptura sacra
in nocte vite presentis quasi quedam
nobis lucerna sit posita. cum ergo huius
verba dum non recte intelligunt de
lumine tenebrescunt. Quos vero ad in-
tellectum pravum intentio perversa non rapit
nisi prius superbia inflaret. Dum
enim se ceteris sapientes arbitrantur
sequi alios ad melius intellecta
despiciunt atque ut apud imperitum vulgus
scie sibi nomen extorqueant. studeant
nimiope. et ab aliis recta intellecta
destruere et sua perversa roborare. Unde
bene per prophetam dicitur. Secuerunt
pregnantes galaad ad dilatandum
terminum suum. Galaad namque acervus
testimonii interpretatur. Et quia cuncta
simul congregatio ecclesie per confessionem
servit testimonio veritatis. non incon-
grue per galaad etiam exprimitur que
ore cunctorum fidelium de deo quecumque
sunt vera testatur. Pregnantes autem vo-
cantur anime que intellectum verbi ex
divino amore concipiunt. Si ad perfectum
tempus veniant conceptam intelligen-
tiam operis ostensione pariunt. Terminum
vero suum dilatare est opinionis sue
nomen extendere. Secuerunt ergo pre-
gnantes galaad ad dilatandum
terminum suum. quia minimorum heretici men-
tes fidelium. que iam aliquid de veritatis
intellectu conceperant. perversa predicatione
perimunt et scientie sibi nomen exten-
dunt. parvulorum corda iam de verbi
conceptione gravida erroris gladio
scindunt. et quasi doctrine sibi opinione

de sacra scriptura

ne mancer

faciunt. Hos ergo tantum conantur inspicere ne per hoc quod sentiunt ... Ammoneantur quoque prius vite est ne vanam gloriam querat. Si ei radix elationis abscinditur consequenter rami prave assertionis arescunt.

Ammonendi sunt etiam ne errores discordias quoque generando legem dei que ideo data est ut sacrificia sathane prohiberent causam ipsam in sathane sacrificium vertant. Unde per prophetam dominus queritur dicens: Dedi eis frumentum vinum et oleum et argentum multiplicavi eis et aurum que fecerunt baal. Frumentum quippe a domino accipimus cum in dictis obscurioribus sub velamento tegiminis littere per medullam spiritus legis interna sentimus. Vinum suum dominus nobis exhibet cum scripture sue alta predicatione nos debriat. Oleum quoque suum dominus nobis prestat cum preceptis apertioribus vitam nostram blanda lenitate disponit. Argentum multiplicat cum nobis lucis veritatis plena eloquia subministrat. Auro quoque nos ditat cum cor nostrum intellectu summi fulgoris irradiat. Que cuncta heretici baal offerunt quia apud auditorum suorum corda corrupte omnia intelligendo pervertunt, et de frumento dei vino atque oleo argento pariter et auro sathane sacrificium immolant quia ad errorem discordie verba pacis inclinant. Unde admonendi sunt ut perpendant quod dum perversa mente de preceptis pacis discordiam faciunt iusto dei examine ipsi de verbis vite moriuntur.

At contra admonendi sunt qui recte quidem verba legis intelligunt sed hec humiliter non locuntur ut in divinis sermonibus priusquam eos aliis proferant semetipsos requirant ne insequentes aliorum facta se deserant, et cum cuncta de sacra scriptura recte sentiunt hoc solum quod per illam de elatis dicitur non attendant. Imperitus quippe et imperitus est medicus qui alienum mederi appetit et ipse vulnus quod patitur nescit. Qui enim verba dei humiliter non loquuntur profecto

Ammonendi sunt ut cum medicamina egris apponunt prius virus quod pestis inspiciant ne alios medendo ipsi moriantur. Ammoneri debent ut considerent ne a virtute dicti dicendi qualitate discordent ne loquendo aliud et ostendendo aliud predicent. Audiant itaque quod scriptum est: Si quis loquitur quasi sermones dei. Qui enim ergo verba que proferunt ex propriis non habent cur quasi de propriis tument? Audiant quod scriptum est: Sicut ex deo coram deo in christo loquimur. Ex deo enim nos coram deo loquitur qui predicationis verbum et quia a deo accepit intelligit et placere per illud deo non hominibus querit. Audiant quod scriptum est: Abhominatio ... domini est omnis arrogans. Quia videlicet in verbo dei gloriam propriam querit, ius dantis invadit eumque laudi sue postponere nequaquam metuit a quo hoc ipsum quod laudatur accepit. Audiat quod predicatori per salomonem dicitur: Bibe aquam de cisterna tua et fluenta putei tui. Deriventur fontes tui foras et in plateis aquas divide. Habeto eas solus nec sint alieni participes tui. Aquam quippe predicator de cisterna sua bibit cum ad cor suum rediens prius audiat ipse quod dicit. Bibit sui fluenta putei si sui irrigatione infunditur verbi. Unde bene subiungitur: Deriventur fontes tui foras et in plateis aquas divide. Rectum quippe est ut prius ipse bibat et tunc predicando aliis influat. Fontes namque foras derivare est exterius aliis vim predicationis infundere. In plateis autem aquas dividere est in magna auditorum amplitudine iuxta uniuscuiusque qualitatem divina eloquia dispensare. Quia plerumque inanis glorie appetitus surrepit dum sermo dei ad multorum notitiam currit, postquam dictum est: In plateis aquas divide, recte subiungitur: Habeto eas solus nec sint alieni participes tui. Alios quippe malignos

spe vocat Deceptis p prophetam deprecati
Honius voce dicitur Alieni insurrexerunt
in me et fortes quesierunt animam
Aut yocaplas au et in plateis omnibus
et tu solus hicto eas Aut si apcius
dicat Si necesse est ut predicator exticus
seruatis quatinus p clatorum te in mundis
spiritibus non coniungas ne in diuini
verbi ministerio hostes tuo ad te p circumspes
admittas Agnas ergo et in plateis
diuiduus et tamen soli possidemus
quando et extimus late predicationis fundi-
mus et tamen per eam humanas laudes
assequi minime ambimus Ali-
ammonendi sunt qui cum predicare digne
valeant p humilitate formidant alii
qui a predicatione i perfectio uel etate prohibe-
Ammonendi namque sunt qui
cum predicare utiliter sunt in modera-
tam humilitate refugiunt ut ex minori
consideratione colligant quantum i maio-
ribus rebus delinquunt Sed enim indi-
gentibus proximus ipsi quas tenerent
pecunias absconderent adiutores proul
dubio calamitatis extitissent Ex quo
igitur reatu constringantur aspiciant Qui
enim peccantibus fratribus verbum predica-
tionis subtrahunt morientibus nimirum
vite vite remedia abscondunt Unde
et bene quidam sapiens dixit sapientia
abscondita et thesaurus inuisus
que utilitas in utrisque Si p plena fa-
mes atteneret et occulta sic frumenta
seruarent auctores proculdubio mortis
existerent Pena itaque plectendi sunt
pena gaudent Qui cum fame verbi
anime pereant ipsi panem percepte gratie
non ministrant Unde et bene p salo-
monem dicitur Qui abscondit frumenta
maledicetur in populis Frumenta quippe
abscondere est predicationis sancte apud
se verba retinere In populis aut talis
quisque maledicitur quia in solius
culpa plenus p multorum quos corrigere
potuit pena dampnatur Si medici-
nalis artis minime ignari resecandum
vulnus cernerent et tu secare recusarent

p secco petius sunc mortis ex solo
tempore committunt Cuncta ergo
culpa i noluant aspiciant qui
diuini cognoscunt vulnera mentium
curare ea negligunt sectione verborum
Unde et p prophetam dicitur Maledictus
qui prohibet gladium suum a sanguine
~~[struck]~~ Gladium quippe a sanguine
prohibere est predicationis verbum
a carnalis vite interfectione retinere
De quo rursum gladio dicitur et gla-
dius meus manducabit carnes Hii
aut itaque cum apud se sermonem predi-
cationis occultant diuinas q se penas
terribiliter audiant quatinus a corde
eorum timore timor domini expellat
Audiant q talentum Qui erogare
noluit cum sua dampnatione amisit
Audiant q paulus eo se a proximorum
sanguine mundum credidit quo ferien-
dis eorum vitiis non pepercit dicens Con-
testor vos hodierna die quia mundus
sum a sanguine omnium Non enim subter-
fugi quo minus annunciarem omne
consilium dei vobis Audiant q
voce angelica Iohannes ammone-
tur dicitur Qui audit dicat veni
Ut nimirum cui se vox interna insinuat
illuc etiam clamando alios quo ipse
rapitur trahat ne clausas fores
etiam vocatus inveniat Si vocatus
vacuus appropinquat Audiant
q ysaias quia a ministerio tacuit
illustratus superno lumine magna
voce penitentie se ipse reprehendit dicens
Ve michi quia tacui Audiant
q p salomonem in illa predicationis
scientia multiplicari promittitur qui nichil
q iam optinuit torporis vitio non
tenetur Ait namque anima que
benedicit impinguabitur et qui inebriat
ipse quoque inebriabitur Qui enim extra
predicando benedicit interioris augmen-
tum pinguedinis recipit et dum
vinum eloquii auditorum mentes debriare
non desinit potu multiplicati muneris
debriatus excrescit Audiant q david
hoc deo in munere obtulit q predicationis

ta

tu pri
pita
in pel
lit xx
m

celestem quam accepit non abscondit dicens: Ecce labia mea non prohibebo domine tu cognovisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi. Audiant quod sponsi colloquio ad sponsam dicitur: Que habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. Ecclesia quippe in hortis habitat que ad viriditatem intimam exculta plantaria virtutum servat. Cuius vocem amicos auscultare est electos quosque verbum predicationis illius desiderare. Quam videlicet vocem sponsus audire desiderat, quia ad predicationem eius per electorum suorum animas anhelat. Audiat quod Moyses cum vidisset deum populo irasci et assumi adulterinis gladio iuberet, illos a parte dei denuntiavit existere qui delinquentium scelera incunctanter ferirent, dicens: Si quis est domini iungatur michi. Ponat vir gladium super femur suum. Ite et reddite de porta usque ad portam per medium castrorum et occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum suum. Gladium quippe super femur ponere est predicationis studium voluptatibus carnis anteferre, ut cum sancta quis studet dicere, necesse est suggestiones pessimas edomare. De porta usque ad portam ire est a vitio usque ad vitium per quod ad mentem mors ingreditur increpando discurrere. Per medium vero castrorum transire est tanta equalitate intra ecclesiam vivere ut qui delinquentium culpas redarguit ~~in~~ in nullius se debeat favorem declinare. Unde et recte subiungitur: Occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum suum. Fratrem scilicet et amicum et proximum interficit, qui cum punienda invenit ab increpationis gladio nec eis quos per cognationem diligit parcit. Si ergo ille dei dicitur qui ad ferienda vitia zelo divini amoris excitatur, profecto esse se dei denegat qui in quantum sufficit increpare vitam carnalium recusat. At contra admonendi sunt quos a predicationis officio vel etas prohibet vel imperfectio et tamen precipitatio impellit, ne dum tanti sibi onus officii precipitatione arrogant, viam sibi subsequentis meliorationis abscidant, et cum arripiunt intempestive quod non valent, perdant etiam quod implere quandoque tempestive potuissent. At etiam quod in quo tempore conati ostendere iniuste ostendunt. Admonendi sunt ut considerent quod pulli avium si ante ~~pennarum~~ plumarum perfectionem volare appetunt, unde ire in alta cupiunt, inde in ima ~~una~~ merguntur. Admonendi sunt ut considerent quod structuris recentibus necdum solidatis si lignorum pondus superponitur, non habitaculum sed ruina fabricatur. Admonendi sunt ut considerent quod conceptas proles femine si priusquam plene formentur proferunt, nequaquam domos sed tumulos replent. Hinc est enim quod ipsa veritas que repente quos vellet roborare potuisset, ut exemplum sequentibus daret ne imperfecti predicare presumerent, postquam plene discipulos de virtute predicationis instruxit, illico adiunxit: Vos autem sedete in civitate quousque induamini virtute ex alto. In civitate quippe consedemus si intra mentium nostrarum nos claustra constringimus, ne loquendo exterius evagemur, ut cum virtute divina perfecte induimur, tunc quasi a nobismetipsis foras etiam alios instruentes exeamus. Hinc quibusdam sapiens dicit: Adolescens loquere in causa tua vix, et si bis interrogatus fueris, habeat initium responsio tua. Hinc est quod idem redemptor noster cum in celis sit conditor et ostensione sue potentie semper doctor angelorum, ante ~~tricennale~~ tricennale tempus in terra magister fieri noluit hominum, ut videlicet precipitatis vim saluberrimi

tricennale

vel ante xxx annos noluit predicare

timoris infundit. Cum ipse etiam qui labi non posset perfecte vite gratiam non nisi perfecta etate predicaret. Scriptum quippe est: Cum factus esset annorum duodecim remansit puer Ihesus in Ierusalem. De quo a parentibus requisito paulo post subditur: Invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem. Vigilanti itaque consideratione pensandum est quod cum Ihesus annorum duodecim dicitur in medio doctorum sedens non docens sed interrogans invenitur. Quo exemplo scilicet ostenditur ne infirmus docere quis audeat, si ille puer doceri interrogando voluit qui per divinitatis potentiam verbum scientie ipsis suis doctoribus ministravit. Cum vero paululum discipulo dicitur: Precipe hec et doce; nemo adolescentiam tuam contempnat. Sciendum nobis est quia in sacro eloquio aliquando adolescentia iuventus vocatur. Quod citius ostenditur si Salomonis ad medium verba proferuntur qui ait: Letare iuvenis in adolescentia tua. Si enim unum esse utrumque non decerneret, quem monebat in adolescentia iuvenem non vocaret.

Aliter admonendi sunt qui in his que temporaliter appetunt prosperantur, aliter qui quidem que mundi sunt cupiunt sed tamen adversitatis labore fatigantur. xxvii


Admonendi namque sunt qui in his que temporaliter appetunt prosperantur, ne cum cuncta ad votum suppetunt dantem querere negligant, ne in his que dantur animum figat, ne peregrinationem pro patria diligant, ne subsidia itineris in obstacula pervencionis vertant, ne nocturno lune lumine delectati claritatem solis videre refugiant. Admonendi itaque sunt ut queque in hoc mundo consequuntur calamitatis solatia, non autem premia retributionis credant; contra favores mundi mentem erigant, ne in eis ex tota cordis delectatione succumbant. Quisquis enim prosperitatem qua utitur apud iudicium cordis melioris vite amore non reprimit, favorem vite transeuntis in mortis perpetue occasionem vertit. Hinc enim quod sub Ydumeorum specie qui vincendos se prosperitati sue relinquunt in hac mundi prosperitate letantes increpat: Dederunt terram meam sibi in hereditatem cum gaudio et toto corde et ex animo. Quibus verbis perpenditur quod non solum quia gaudent sed quia toto corde et ex animo gaudent districta reprehensione feriuntur. Hinc Salomon ait: Aversio parvulorum interficiet eos et prosperitas stultorum perdet illos. Hinc Paulus admonet dicens: Qui emunt tanquam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur, ut videlicet sit nobis que suppetunt extrinsecus serviant quatinus a superne delectationis studio animum non inflectant; ne luctum nobis interne peregrinationis temperent ea que in exilio positis subsidium prebent; et quasi felices nos in transitoriis gaudeamus qui interim nos miseros in eternis cernimus. Hinc namque est quod electorum voce ecclesia dicit: Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Sinistram Dei prosperitatem videlicet vite presentis quasi sub capite posuit, quam intentione summi amoris premit. Dextera vero Dei eam amplectitur, quia sub eterna eius beatitudine tota devotione continetur. Hinc rursum per Salomonem dicitur: Longitudo dierum in dextera eius, in sinistra vero illius divitie et gloria. Divitias et gloriam qualiter sint habende docuit, que posita in sinistra memoravit. Hinc Psalmista ait: Salvum me faciat dextera tua. ~~Et ut cum dexteram~~ [Neque enim ut manus sed dextera, ut vero cum dexteram diceret] dixit quia eternam salutem quereret indicavit. Hinc rursum scriptum est: Dextera manus tua Domine confregit inimicos. Hostes enim Dei etsi in sinistra eius proficiunt

dextra frangunt. quia plerumque perversos vita prius elevat. Sed ab eterne beatitudinis dampnat. Ammonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur, ut solerter considerent, ut presentis vite prosperitas aliis idcirco datur, ut ad meliorem vitam provocet, aliis vero ut in eternum plenius dampnet. Hinc est enim quod plebi israhelitice Canaan terra promittitur, ut quandoque ad eterna speranda provocetur. Neque enim rudis populus promissionibus dei in longinquum crederet, si a promissore suo non etiam e vicino aliquid percepisset. Ut ergo ad eternorum fidem certius roboretur, nequaquam solum mox spe ad res, sed rebus quoque ad spem trahitur. Quod liquido psalmista testatur dicens: Dedit eis regiones gentium et labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius et legem eius exquirant. Sed cum largientem deum humana mens boni operis retributione non sequitur, unde benigne [illegible] iustius inde dampnatur. Hinc enim per psalmistam rursum dicitur: Deiecisti eos dum allevarentur. Quia videlicet reprobi tunc recta opera divinis muneribus non rependunt, cum totos se hic deserunt et affluentibus prosperitatibus dimittunt. Unde exterius proficiunt, inde ab intimis cadunt. Hinc est quod in inferno cruciato diviti dicitur: Recepisti bona in vita tua. Idcirco enim bona hic recepit et malus, ut et illic plenius mala reciperet, quia hic fuerat nec per bona conversus. At contra ammonendi sunt qui ea quidem que mundi sunt concupiscunt, sed tamen adversitatis labore fatigantur, ut sollicita consideratione perpendant, creator dispositor et omnium quanta super eos gratia vigilat, quos in sua desideria non relaxat. Egro quippe quem medicus desperat concedit ut cuncta que concupiscit accipiat. Nam qui sanari posse creditur a multis que appetit prohibetur. Et pueris nummos subtrahimus, quibus tota simul patrimonia heredibus reservamus reservamus. Hinc ergo de spe eterne hereditatis gaudium sumant quos adversitas vite temporalis humiliat, quia salvandos imperpetuum nisi cerneret erudiendos sub disciplinae regimine divina dispensatio non frenaret. Ammonendi itaque sunt qui in his que temporalia sunt concupiscunt adversitatis labore fatigati, ut sollicite considerent quod plerumque etiam iustos cum temporalis potentia sustollit, velud in laqueum culpa reprehendit. Nam sicut in priori huius voluminis parte iam diximus, David deo amabilis rectior fuit in servitio quam cum pervenit ad regnum. Servus namque amore iustitie deprehensum adversarium ferire timuit, rex per suasionem luxurie devotum militem etiam sub studio fraudis extinxit. Quis ergo opes, quis potestates, quis gloriam querat innoxie, si et illi extiterunt noxia qui habuit non quesita? Quis nunc habet sine magni discriminis labore salvabitur, si ille in his culpa interveniente turbatus est qui ad hec fuerat deo eligente preparatus? Ammonendi sunt ut considerent quod Salomon qui post tantam sapientiam usque ad ydolatriam cecidisse describitur, nichil in hoc mundo priusquam caderet adversitatis habuisse memoratur. Sed concessa sapientia funditus cor deseruit, quod nulla vel minima tribulationis disciplina custodivit etc.

Aliter ammonendi sunt coniugiis obligati, aliter soluti. xxviii capitulum

Ammonendi namque sunt coniugiis obligati, ut cum vicissim que sunt alterius cogitant, sic coniugi quisque

placere studeat coniugi ut non displiceat
conditori. Sic ea que huius mundi sunt
agant ut tamen appetere que dei sunt
non omittant. Sic de bonis presentibus
gaudeant ut tamen mente sollici-
ta mala eterna pertimescant. Sic de ma-
lis temporalibus lugeant ut tamen conso-
latione integra spem in bonis per-
hennibus figant. Quatinus dum
in transitu cognoscunt esse quod agunt
in mansione quod appetunt nec mala
mundi cor frangant cum spes ce-
lestium bonorum roborat nec bona
presentis vite decipiant cum suspecta
sequentis iudicii mala contristant. Ita-
que animus christianorum coniugum et infirmus
et fidelis qui et plene cuncta tem-
poralia despicere non valet et tamen
eternis se coniungere per desiderium valet
quamvis in delectatione carnis interim
iaceat superne spei refectione convale-
scat. Et si habet que mundi sunt in
usu itineris speret que dei sunt in
fructu perventionis. Nec totum se
ad hoc quod agit conferat ne a quo ro-
buste sperare debuit funditus cadat.
Quod bene ac breviter Paulus exprimit
dicens: Qui habent uxores tamquam
non habentes sint et qui flent tamquam
non flentes et qui gaudent tamquam
non gaudentes. Uxorem quippe quasi non ha-
bendo habet qui sic per illam carnali
consolatione utitur ut tamen numquam
ad prava opera a melioris intentionis
rectitudine eius amore flectatur.
Uxorem quasi non habendo habet qui
transitoria esse cuncta conspiciens curam
carnis ex necessitate tolerat.
Sed eterna gaudia spiritus ex desiderio
expectat. Non autem flendo flere est
sic exteriora adversa plangere ut tamen
noverit eterne spei consolationibus gau-
dere. Et rursum non gaudendo gau-
dere est sic de infimis animum attollere
ut tamen numquam desinat summa



formidare. Ubi apte quoque paulo
post subditur: Preterit enim figura huius pretérit
mundi. Ac si aperte diceret: Nolite
constanter mundum diligere quia et ipse
non potest quem diligitis stare. Incas-
sum cor quasi manentes figitis dum
fugit ipse quem amatis. Admonendi
sunt coniuges ut ea in quibus sibi
aliquando displicent et patienter sibi
invicem tollerent et exorantes
invicem salvent. Scriptum namque est:
Invicem onera vestra portate et sic
adimplebitis legem Christi. Lex quippe
Christi caritas est que ex illo nobis et
largitur sua bona contulit et equa-
nimiter mala nostra portavit. Tunc er-
go legem Christi imitando complemus
cum et nostra bona benigne conferimus
et nostrorum mala sic pie sustinemus.
Admonendi quoque sunt ut eorum quisque
non tam que ab altero toleret quam
que ab ipso tolerantur attendat.
Si enim sua que portantur considerat
ea que ab alio sustinet levius portat.
Admonendi sunt coniuges nec su-
scipiende prolis se meminerint gra-
tia coniunctos et cum immoderate
admixtione servientes propagationis
articulum in usum transferunt vo-
luptatis perpendant quod licet non
ex necesse est ut crebris orationibus
deleant excedunt. In ipso tamen
coniugio coniugii iura transcendunt.
Unde necesse est ut crebris orati-
onibus deleant quod pulchram copule
speciem ammixtis voluptatibus
fedant. Hinc est enim quod peritus medi-
cine celestis apostolus non tam sanos
instituit quam infirmis medicamenta
monstravit dicens: De quibus autem scrip-
sistis. Bonum est homini mu-
lierem non tangere. Propter fornicationem
autem unusquisque suam uxorem
habeat et unaqueque suum virum
habeat. Qui enim fornicationis metum
premisit profecto non stantibus preceptum

non contulit sed ne fortasse in extraneum ru-
erent lectum cadentibus, ostendit. Unde
ad hunc infirmantibus providit: Uxori
vir debitum reddat, similiter et uxor
viro. Quibus dum in magna honesta-
te coniugii aliquid de voluptate largitur,
paulo post adiungit: Hoc autem dico
secundum indulgentiam non secundum imperium.
Culpa quippe esse innuit quod indul-
geri perhibetur. Sed que tanto citius
relaxetur quanto non per hanc illicitum
quid agitur, sed hoc quod est licitum non
tenetur sub moderamine. Quod bene Loth
in semetipso exprimit, qui ardentem
Sodomam fugit sed tamen Segor inve-
niens nequaquam mox montana con-
scendit. Ardentem quippe Sodomam
fugere est illicita carnis incendia de-
clinare. Altitudo vero est montium mun-
ditia continentium. Vel certe quasi in monte
sunt etiam qui carnali copule inhe-
rent. Sed tamen extra suscipiende prolis
debitum nulla carnis voluptate
solvuntur. In monte quippe non
admixtionis debitum stare est fruc-
tum propaginis in carne non querere.
In monte stare est carni carnaliter
non adherere. Sed quia multi sunt
qui scelera quidem carnis deserunt
nec tamen in coniugio positi usus
illo modo debita iura conservant.
Exiit quidem Loth Sodomam, sed
tamen mox ad montana non perve-
nit, quia iam dampnabilis vita
relinquitur. Sed adhuc celsitudo
coniugalis continentie subtiliter non tenetur.
Est vero in medium Segor civitas
que fugientem salvet infirmum, quia
videlicet cum sibi per incontinentiam mi-
scentur coniuges et lapsum scelerum
fugiunt, et tamen venia salvantur.
Quasi parvam quippe civitatem inve-
niunt in qua ab ignibus defendantur,
quia coniugalis vita non quidem in
virtutibus mira est, sed tamen a suppli-
ciis secura. Unde idem Loth ad
angelum dicit: Est civitas hec iuxta ad
quam possum fugere parva et sal-
vabor in ea. Numquid non modica
est et vivet in ea anima mea? Parva
ergo dicitur et tamen ad salutem tuta perhi-
betur, quia coniugalis vita nec a
mundo longe divisa est, nec tamen
a gaudio salutis aliena. Sed tunc
in actione hac vitam suam coniuges
in parva civitate custodiunt. Unde
et recte per angelum ad eundem Loth dicitur:
Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas
ut non subvertam urbem pro qua
locutus es, quia videlicet cum Deo prece
funditur, nequaquam talis
coniugii vita dampnatur. De qua
deprecatione Paulus quoque admonet
dicens: Nolite fraudare invicem,
nisi forte ex consensu ad tempus, ut
vacetis orationi. Admonendi e contra
sunt qui ligati coniugiis non sunt,
ut precepta celestibus eo rectius servi-
ant, quo ad curas mundi nequaquam
iugum copule carnis inclinat,
ut quos onus licitum coniugii
non gravat, nequaquam pondus
illicitum terrene sollicitudinis premat,
sed tanto eos paratiores dies
ultimus quanto et expeditiores in-
veniat, ne quo meliora agere va-
cantes possunt et tamen negli-
gunt, eo supplicia deteriora me-
reantur. Audiant quod Paulus cum
quosdam ad celibem gratiam instrueret
non coniugium sprevit, sed curas mundi
nascentes ex coniugio repulit, dicens:
Hoc ad utilitatem vestram dico, non
ut laqueum vobis iniciam, sed
ad id quod honestum est et quod facul-
tatem prebeat sine impedimento Dominum
observandi. Ex coniugiis quippe
terrene sollicitudines prodeunt,
et idcirco nuptiis gentium auditores
suos ad meliora preparavit, ne sollicitu-
dine

dine catena ligarent. Qui igitur caelibem curare placitum impedimentum praecedit et coniugio se nequaquam subdidit, et tamen coniugii honera non evasit. Admonendi sunt caelibes ne sine damnationis iudicio misceri se feminis vacantibus putent. Cum enim Paulus fornicationis vitium tot criminibus execrandis inseruit, cuius sit reatus indicavit dicens: Neque fornicatores neque idolis servientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et rursum: Fornicatores autem et adulteros iudicabit Deus. Admonendi itaque sunt ut si temptationum procellas cum difficultate salutis tollerant, coniugii portum petant. Scriptum quippe est: Melius est nubere quam uri. Sine culpa scilicet ad coniugium veniunt, si tamen necdum meliora devoverunt. Nam quisquis bonum maius subire proposuit, bonum minus quod licuit illicitum fecit. Scriptum quippe est: Nemo mittens manum suam super aratrum et respiciens retro aptus est regno caelorum. Qui igitur fortiori studio intenderat, retro conspicitur, si relictis bonis amplioribus ad minima retorquetur.

Aliter admonendi sunt a mixtione carnis experti, aliter ignorantes. xxix capitulum

Admonendi namque sunt peccata carnis experti ut mare saltem post naufragium metuant, et perditionis suae discrimina vel cognita perhorrescant, ne qui sibi post perpetrata mala servati sunt, haec improbe iterando moriantur. Unde peccanti animae numquam a peccato desinenti dicitur: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Admonendi itaque sunt ut studeant quatinus et si accepta naturae bona necdum integra servare noluerint, saltim scissa resarciant. Quibus nimirum necesse est ut perpendant in tam magno fidelium numero quam multi et se illibatos custodiunt et alios ab errore convertunt. Quid igitur isti dicturi sunt, si aliis in integritate stantibus ipsi nec post dampna resipiscunt? Quid dicturi sunt, si cum multi se et alios secum ad regnum deferunt, hi expectanti domino nec semetipsos reducunt? Admonendi sunt ut praeterita amissa considerent et imminentia devitent. Unde sub Iudaeae specie propheta corruptis in hoc mundo mentibus transactas culpas ad memoriam revocat, quatinus pollui in futuris erubescat, dicens: Fornicatae sunt in Aegypto, in adolescentia fornicatae sunt; ibi subacta sunt ubera earum, et fractae sunt mamillae pubertatis earum. In Aegypto quippe ubera subiguntur, cum turpi huius mundi desiderio humanae cupidinis voluptas substernitur. In Aegypto pubertatis mamillae franguntur, cum naturales sensus adhuc in semetipsis integri pulsantis concupiscentiae corruptione vitiantur. Admonendi sunt peccata carnis experti ut vigilanti cura conspiciant post delicta nobis ad se redeuntibus Deus quanta benevolentia sinum suae pietatis expandat, cum per prophetam dicat: Si dimiserit vir uxorem suam, et illa recedens duxerit virum alium, numquid revertetur ad eam ultra? Numquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata

es cum amatoribus multis. tamen
revertere ad me dicit dominus. Ecce
de fornicante et relicta muliere
argumentum iusticie proponitur,
et tamen nobis post lapsum redeun-
tibus non iusticia/ Sed pietas exhi-
betur. Ut hinc utique colligamus
si nobis delinquentibus tanta pieta-
te parcitur a nobis nec post de-
lictum redeuntibus quanta in pravi-
tate peccatur/ Aut que ab illo
erit super improbos venia vel
vindicta qui non cessat vocare post
culpam. que nimirum bene per prophetam
post delictum misericordia vocationis ex-
primitur. Cum in aversio hominis dicitur
et erunt oculi tui videntes pre-
ceptorem tuum et aures tue audient
verbum post tergum monentis. huma-
num quippe genus dominus in facie
monuit quando in paradiso condi-
to homine et in libero arbitrio
stanti. quid facere. quid vero non fa-
cere deberet indixit. Sed homo deo
faciem terga dedit. cum superbiens
eius iussa contempsit/ Nec tamen
superbientem deus deseruit quia ad
revocandum hominem legem dedit
exhortantes misit angelos ipse in
carne nostre mortalitatis apparuit
Ergo post tergum stans nos ad-
monuit. quia ad recuperacionem
nos gratie etiam contemptus vo-
cavit. Quod igitur generaliter simul po-
tuit dici debet etiam hoc necesse est
specialiter sentiri per singulos. qui
illi coram posito deo quasi verba
monitionis eius percipit cum
prius quam perpetrat peccata perpetret
voluntatis eius precepta cognoscit
Adhuc enim ante eius faciem
stare est/ Nec dum eum pec-
cando contempnere. Cum vero
relicto bono innocencie iniqui-
tatem eligens appetit terga

iam in eius faciem mittit. Sed
ecce adhuc post tergum deus sub-
sequens monet. qui etiam post cul-
pam ad se redire persuadet. Aver-
sum revocat commissa non respicit
revertenti sinum pietatis expandit
Vocem ergo post tergum monentis
audimus. Si ad invitantem
nos dominum saltem post peccatum rever-
timur. Debemus igitur pietatem vocantis
erubescere. Si iusticiam nolumus
formidare. Quia tanto graviori
improbitate contempnitur. quanto
et contemptus adhuc vocare non
dedignatur. Aliter quippe ammonendi
sunt peccata carnis ignorantes. ut tanto
sollicicius precipitem ruinam metuant
quanto altius stant. Ammonendi
sunt ut noverint. quia quo ma-
gis loco preminent eo consistunt
crebrioribus sagittis insidiatoris
impetu feriuntur. Qui tanto ar-
dencius solet erigi quanto se robu-
stius conspicit vinci. Tantoque in-
tollerabilius dedignatur vinci
quanto quod se videt per nitentem infirme
carnis castra pugnari. Ammo-
nendi sunt. ut incessanter premia
suspiciant. et libenter procul dubio
temptationum quas tolerant labores
calcabunt. Si enim attendatur felici-
tas que sine transitu attingitur leve
fit quod transeundo laboratur. Audiant
quod per prophetam dicitur. Hec dicit dominus
deus eunuchis qui custodierint
sabbata mea. et elegerint que volui
et tenuerint fedus meum. Dabo eis
in domo mea. et in muris meis
locum. et nomen melius a filiis et
filiabus. Eunuchi quippe sunt qui
compressis carnis effectum in se pravi
operis abscidunt. Quo autem apud
patrem loco habeantur ostenditur. quia in domo
patris videlicet eterna mansione etiam filiis preferuntur

de duplici temptacione

Audiant quod per Iohannem dicitur: Hi
sunt qui cum mulieribus non sunt co-
inquinati, virgines enim sunt. Hi
sequuntur agnum quocumque iverit
et quod canticum cantant quod nemo
possit dicere nisi illa centum qua-
draginta quatuor milia. Singulariter
quippe canticum cantare agno
magis est cum eo in aeternum prae cunc-
tis fidelibus etiam de carnis incor-
ruptione gaudere. Quod tamen electi
ceteri canticum audire possunt licet
dicere nequeunt quia per caritatem
quidem in illorum celsitudine laeti sunt
quamvis ad eorum praemia non assurgunt.
Audiant peccatorum carnis ignari quod
per semetipsam de hac integritate
Veritas dicit: Non omnes capiunt verbum
hoc. Quod eo monuit summum quod dene-
gavit omnibus et dum praedicit quod nec
quam difficile capiatur, audientibus
innuit praeceptum cum quanta cautela
teneatur. Admonendi itaque sunt
peccata carnis ignorantes ut et praeminere
praeminere virginitatem coniugiis sciant
et tamen super coniuges se non extol-
lant, quatinus dum et virginitatem
praeferunt et se postponunt, et illud
non deserunt quod esse melius aestimant
et custodiunt quod inaniter non exaltant.
Admonendi sunt ut considerent quod ple-
rumque actione saecularium vita confun-
ditur continentium, et illi ultra
habitum assumunt opera et isti in pro-
prio ordine studium non excitant corda.
Unde bene per prophetam dicitur: Erubesce
Sidon ait mare. Quasi enim per vo-
cem maris ad verecundiam Sidon
adducitur quando per comparationem vitae se-
cularium atque in hoc mundo fluctua-
tium eius qui munitus atque stabili-
ter munitus vita reprobatur. Saepe enim
nonnulli ad Dominum post carnis peccata
redeuntes tanto se ardentius in bonis
operibus exhibent quanto damnabili-
ores se de malis vident, et saepe

quidam in carnis integritate perdurantes,
cum minus se respiciunt habere quod defleant, defleat
plene sibi innocentiae sufficere innocentiam
putant atque ad fervorem spiritus nullis se
ardoris stimulis inflammant. Et fit
plerumque Deo gratior amore ardens
vitam post culpam quam securitate tor-
pens innocentia. Unde et voce iudicis
dicitur: Remittuntur ei peccata multa quia
dilexit multum. Et gaudium erit in caelo
super uno peccatore paenitentiam agente quam
super nonaginta novem iustos quibus
non opus est paenitentia. Quae res citius ex ipso
usu colligimus si mentis nostrae iudicia
pensemus. Plus namque terram dili-
gimus quae post spinas exarata fructus
uberes producit quam quae nullas spinas
habuit sed tamen exculta sterilem segetem
gignit. Admonendi sunt peccata carnis
ignorantes ne superioris ordinis
celsitudine sibi ceteris praeferant, cum ab
inferioribus quanto se melius agantur ig-
norant. In examine namque recti iudi- recti iudicis
cis mutat merita ordinum qualitas
actionum. Quis enim conspectis ipsis
rerum imaginibus nesciat quod in na-
tura gemmarum carbunculus praefertur iacincto?
Sed tamen caerulei coloris iacinctus
praefertur pallenti carbunculo, quia et illi
quod ordo naturae subtrahit species deco-
ris adiungit, et hunc quem naturalis
ordo praetulerat coloris qualitas foedat.
Sic ergo in humano genere et quidam
in meliori ordine deteriores sunt et
quidam in deteriori meliores, quia et
isti sortem extremi habitus bene vivendo
transcendunt et illi superioris loci me-
ritum moribus non exequendo diminuunt.

Aliter admonendi sunt qui
peccata deplorant operum, aliter qui co-
gitationum. xxx Capitulum

Admonendi quippe sunt qui peccata
deplorant operum ut consummata
mala perfecta diluant lamenta, ne plus

adstringant in debito perpetrati operis
et minus polluant in fletibus satisfactionis.
Scriptum quippe est: Potum dedisti nobis in
lacrimis admensuram. Ut uniuscuiusque
mens tantum penitendo compunctionis sue bi-
bat lacrimas quantum se a deo meminit
aruisse per culpas. Ammonendi sunt ut
incessanter admissa ante oculos reducant
atque videndo agant ut ~~iram~~ a districto
iudice videri non possint. Unde David
cum peteret dicens: Averte oculos tuos
a peccatis meis, paulo superius intulit:
delictum meum coram ~~contra~~ me est semper. Ac
si diceret: peccatum meum ne despicias po-
stulo, quia hoc respicere hoc ipse non cesso.
Unde et per prophetam dominus dicit: peccatorum
tuorum memor non ero, tu autem recor-
dare. Ammonendi sunt ut singula
queque admissa considerent et dum per unum-
quodque errorum suorum inquinationem flent ac
se totos lacrimis mundent. Unde bene
per Ieremiam dicitur cum iudee singula de-
licta pensarentur: Divisiones aquarum
deduxit oculus meus. Divisas quippe
ex oculis aquas deducimus quando peccatis
singulis dispertitas lacrimas damus.
Neque enim uno eodemque tempore eque mens
de omnibus dolet. Sed dum nunc huius
nunc illius culpe memoria acrius tangitur,
simul de omnibus et singulis commota pur-
gatur. Ammonendi sunt ut de misericordia
quam postulant presumant ne in immo-
derate afflictionis intereant. Neque enim pie
dominus ante delinquentium oculos flen-
da peccata opponeret, si per semetipsum ea di-
stricte ferire voluisset. Constat enim quod
a suo iudicio abscondere voluit quos
miserando preveniens sibimet ipsis iu-
dices fecit. Hinc enim scriptum est: Preocupe-
mus faciem eius in confessione. Hinc
per Paulum dicitur: Si nosmetipsos diiudi-
caremus non utique iudicaremur. Rur-
sum ammonendi sunt ut sic de spe
fiduciam habeant ne tamen in cauta securi-
tate torpescant. Plerumque enim hostis
callidus mentem quam per peccatum supplantat

Genesis 34

cum de ruina sua afflictam respicit,
securitatis pestifere blanditiis sedu-
cit. Quod figurate exprimitur cum factum
Dine memoratur. Scriptum quippe
est: Egressa est Dina ut videret mu-
lieres regionis illius. Quam cum vidis-
set Sichem filius Emor Evei princeps
terre illius, adamavit et rapuit
et dormivit cum illa, vi opprimens
virginitatem, et conglutinata est anima
eius cum ea, tristemque blanditiis
delinivit. Dina ~~Digna~~ quippe ut mu-
lieres videat extranee regionis egre-
ditur, quando unaqueque mens studia
sua negligens actiones alienas
curans extra habitum atque extra ordi-
nem proprium vagatur. Quam Sichem
princeps terre opprimit, quia videlicet
inventam curis ~~[struck word]~~ exterioribus diabolus
corrumpit, et conglutinata est anima
eius cum ea, quia unitam sibi per ini-
quitatem respicit. Et quia cum mens
a culpa resipiscit, addicit merori
atque admissa flere conatur, cor-
ruptor autem spes ac securitates va-
cuas ante oculos revocat, quatinus
utilitatem tristitie subtrahat. Recte
illic adiungitur: tristemque blanditiis
delinivit. Modo enim aliorum facta
graviora, modo nil esse quod perpetratum
est. Modo misericordem deum loquitur,
modo ad hoc tempus subsequens ad
penitentiam pollicetur, ut dum per hoc
decepta mens ducitur, ab intentione
penitentie suspendatur, quatinus tunc
bona nulla percipiat quem nunc ma-
la nulla contristant, et tunc plenius
obruatur suppliciis quem nunc etiam
gaudet in delictis. At contra ammonendi
sunt qui peccata cogitationum deflent,
ut sollicite considerent intra mentis ar-
chana utrum delectatione tantummodo
an etiam consensu deliquerint. Plerumque
enim temptatum cor exterius nequitia

de mente

delectatur, et tamen eidem nequitie ex ratione renititur, ut in secreto cogitationis et contristet quod libet et libeat quod contristat. Non numquam vero ita mens baratro temptationis absorbetur, ut nullatenus renitatur. Sed ex deliberatione perimitur. Hoc quod ex delectatione pulsatur, et si facultas exterior suppetat, rerum mox effectibus interiora vota consummat. Et nimirum si in ista animadversione districti iudicis respicitur, non est iam cogitationis culpa, sed operis. Et si rerum tarditas foras peccatum distulit, illud consensionis opere voluntas implevit. In primo enim parente didicimus quia tribus modis omnis culpe nequitiam perpetramus: suggestione scilicet, delectatione, consensu. Primum itaque per hostem, secundum vero per carnem, tertium per spiritum perpetratur. Insidiator enim prava suggerit, caro se delectationi, caro se delectationi subicit, atque ad extremum spiritus victus delectationi consentit. Unde et illic serpens prava suggessit, Eva autem quasi caro se delectationi subdidit, Adam vero velud spiritus suggestione ac delectatione superatus assensit. Suggestione namque peccatum agnoscimus, delectatione vincimur, consensu etiam ligamur. Ammonendi sunt etiam igitur qui nequitias cogitationis deflent, ut sollicite considerent in qua peccati mensura ceciderunt, quatenus iuxta lapsus modum, quo in semet ipsis interius sentiunt, etiam mensura lamentationis erigantur, ne si cogitata mala cruciant usque ad perpetranda opera pertrahant. Sed inter hec ita terrendi sunt, ut tamen minime frangantur. Sepe enim misericors Deus eo citius peccata cordis abluit, quo hec exire ad opera non permittit, et cogitata nequitia quanto citius solvitur

citius

quia effectu operis districtius non ligatur. Unde recte per psalmistam dicitur: Dixi pronuntiabo adversum me iniustitias meas domino, et tu remisisti impietatem cordis mei. Qui enim impietatem cordis subdidit, quia cogitationum iniustitias pronuntiare vellet indicavit, dumque ait: Dixi pronuntiabo, atque illico adiunxit: et tu remisisti, quam super hec fit facilis venia ostendit. Qui dum se adhuc promittit petere, hoc quod se petere promittebat obtinuit, quatenus quia usque ad opus non venerat, sed ad cruciatum non perveniret penitentia. Sed cogitata afflictio mentem tergeret, quam nimirum tantummodo cogitata iniquitas inquinasset. Aliter ammonendi sunt qui commissa plangunt nec tamen deserunt, aliter qui deserunt nec tamen plangunt. xxxi capitulum

Ammonendi sunt qui admissa plangunt nec tamen deserunt, ut considerare sollicite sciant, quia flendo inaniter se mundant qui vivendo se nequiter inquinant, cum idcirco se lacrimis lavant ut mundi ad sordes redeant. Hinc enim scriptum est: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti. Canis quippe cum vomit, profecto cibum qui pectus deprimebat proicit. Sed cum ad vomitum revertitur, unde levigatus fuerat rursus honeratur. Et qui admissa plangunt, profecto nequitiam de qua male satiati fuerant et que mentem deprimebat confitendo proiciunt, quam post confessionem repetentes resumunt. Sus vero in volutabro luti dum lavatur sordidior redditur. Et qui admissum plangit nec tamen deserit, pene gravioris se culpe subicit, qui et ipsam quam flendo impetrare potuit veniam contempnit, et quasi in lutosa aqua semet ipsum involvit, quia dum fletibus suis vite munditia

subtrahit ante dei oculos sordidas ipsas
etiam lacrimas facit. Hinc rursum scrip-
tum est. Ne iteres verbum in oratione
tua. Verbum namque in oratione est
iterare post fletum committere quod rur-
sum necesse sit flere. Hinc per ysaiam
dicitur. Lavamini et mundi estote. post
lavacrum enim esse mundus negligit
quisquis post lacrimas vite innocen-
tiam non custodit. Et lavantur ergo et
nequaquam mundi sunt qui commissa
flere non desinunt. Sed rursus flenda
committunt. Hinc per quendam sapientem
dicitur. Qui baptizatur a mortuo
et iterum tangit illum quid proficit
lavatio eius. baptizatur quippe a mor-
tuo qui mundatur fletibus a peccato.
Sed post baptismum mortuum tangit
qui culpam post lacrimas repetit.
Admonendi sunt qui admissa
plangunt nec tamen deserunt. ut
ante districti iudicis oculos eis se esse
similes agnoscant qui venientes
ad faciem quorundam hominum magna
eis submissione blandiuntur. Rece-
dentes autem inimicitias atque dampna que
valent atrociter inferunt. Quid est enim
culpam flere nisi humilitatem deo
sue devotionis ostendere. et quid post fletum
prava agere nisi superbas in eum quem
rogaverant inimicitias exercere iacobo
attestante qui ait. Quicumque voluerit
amicus esse seculi huius inimicus dei
constituitur. Admonendi sunt qui
admissa plangunt nec tamen de-
serunt ut sollicite perpendant quia
ita plerique in vitium mali compun-
guntur ad iusticiam sicut plerique boni
in noxie temptantur ad culpam sic
quippe in ira exigentibus meritis di-
spositionis interne mensura. Ut et illi
dum de bono aliquid agunt quod tamen
non perficiunt superbe in ipsa que et
plenissime perpetrant mala confidant.

et isti dum de malo temptantur
cui nequaquam consentiunt quo
per infirmitatem titubant eo quod confessi
cordis ad iusticiam per humilitatem
verius figant. Balaam quippe
iustorum tabernacula respiciens ait.
Moriatur anima mea morte iusto-
rum. et fiant novissima mea
horum similia. Sed cum compunctionis
tempus abscessit contra eorum vitam
quibus se similem fieri etiam moriendo
poposcerat consilium prebuit et cum
occasionem de avaricia repperit illi-
co oblitus est quicquid sibi de inno-
centia optavit. Paulus vero ait.
video aliam legem in membris
meis repugnantem legi mentis mee
et captivum me ducentem in lege
peccati que est in membris meis. Qui
profecto ideo temptatur ut in bono
robustius ex ipsa infirmitatis sue
cognitione solidetur. Quid est
ergo quod ille compungitur et tamen iusticie
non appropinquat. Iste temptatur
et tamen eum culpa non inquinat nisi
hoc quod aperte ostenditur. quia nec
malos bona imperfecta adiuvant
nec bonos mala inconsummata
condempnant. Atque hi admonendi sunt
qui admissa deserunt nec
tamen plangunt. nec iam rela-
xatas existiment culpas quas
et si agendo non multiplicant
nullis tamen fletibus mundant.
Neque enim scriptor si a scriptione cessa-
verit quia alia non addidit etiam
illa que scripserat delevit nec qui
contumelias irrogat si solummodo
tacuit satisfecit cum profecto necesse
sit ut verba premisse superbie verbis
subsequentis humilitatis impugnet
nec debitor absolutus est quia non
multiplicat nisi et illa que

ligancam solvat. Ita et nos de
delinquentia nequaquam satisfaci-
mus si ab iniquitate cessamus
nisi voluptates quoque quas dile-
ximus e contrario appositis lamentis
insequamur. Si enim nulla nos in
hac vita operum culpa maculasset
nequaquam nobis hic ad hunc de-
gentibus ipsa ad securitatem innocen-
tia nostra sufficeret quia illicita
cum multa pulsaverunt quia utrum
mente securus qui penetratis i-
niquitatibus ipse sibi testis est quia
innocens non est. Neque enim Deus
nostris cruciatibus pascitur sed de-
lictorum morbos medicamentis contrariis
medetur ut qui voluptatibus
delectati discessimus fletibus amari-
tati redeamus et qui per illicita
defluendo cecidimus etiam a licitis
nosmetipsos restringendo surgamus
et cor quod insana letitia infuderat
salubris tristitia exurat et quod vul-
neraverat elatio superbie curet ab-
iectio humilis vite. Hinc enim scriptum
est Dixi iniquis nolite inique
agere et delinquentibus nolite
exaltare cornu. Cornu quippe
delinquentes exaltant si neque-
quam se ad penitentiam ex cognitione
sue iniquitatis humiliant. Hinc
enim rursum dicitur Cor contritum
et humiliatum Deus non spernit.
Quisquis enim peccata non plangit
sed tamen deserit cor quidem conterit
sed humiliare contempnit. Quisquis
enim peccata deserit nec
tamen de se plangit iam quidem
humiliat sed tamen conterere cor
recusat. Hinc Paulus ait et hec
quidem fuistis sed abluti estis
et sanctificati estis quia nimirum
illos emendatior vita sanctificat

quos per penitentiam abluens afflictio
fletuum mundat. Hinc Petrus cum
quos territos malorum suorum consideratione
conspiceret ammonuit dicens
Penitentiam agite et baptizetur unusquisque
vestrum. Dicturus enim baptisma
premisit penitentie lamenta ut Petrus se
lamenta aqua sue afflictionis infun-
derent et post modum sacramento bapti-
smatis lavarentur. Qua igitur mente
transactas culpas flere negligunt
vivunt securi de venia qui ipse summus
pastor ecclesie hunc etiam sacramento
ad addendam penitentiam addidit credidit
quo peccata principaliter extinguit.

Aliter ammonendi sunt qui
illicita que faciunt laudant, ali-
ter qui accusant prava nec tamen
devitant. xxxii ca[pitulum]

Ammonendi namque sunt qui
illicita que faciunt etiam laudant
ut considerent quod plerumque plus ore
quam opere delinquunt. Opere namque
per semetipsos solos pravos perpetrant
ore autem tot personis iniquitatem
exhibent quot audientium mentes ini-
quitatem laudantes docent. Ammo-
nendi ergo sunt ut si eradicare ma-
la dissimulant saltem seminare
pertimescant. Ammonendi sunt
ut eis privatio privata sufficiat. Rur-
sum quoque ammonendi sunt ut si ma-
lum esse non metuunt erubescant
saltem videri quod sunt. Plerumque
enim culpa dum absconditur effugatur
quia dum mens erubescit videri
quod tamen esse non metuit erubescit quandoque
esse quod fugit videri. Cum vero pra-
vus quisque impudenter innotescit
quo liberius omne facinus perpetrat
eo etiam licitum putat et quod licitum
suspicatur hoc procul dubio multi-
plicius immergitur. Unde scriptum est
Peccatum suum sicut Sodoma predicaverunt

nec absconderunt. Si peccatum enim
meum sicut sodoma absconderet
ad hunc sub timore peccaret. sed funditus
frena timoris amiserat, que ad
culparum nec tenebras requirebat.
Unde rursum scriptum est: Clamor
sodomorum et gomorreorum multiplicatus
est. Peccatum quippe cum voce est
culpa in actione. Peccatum vero etiam
cum clamore est culpa cum libertate.
At contra ammonendi sunt qui ac-
cusant prava nec tamen devitant.
ut provide perpendant quid in districto
dei iudicio pro sua excusatione dic-
turi sunt, qui de reatu scelerum suorum
etiam semper ipsis iudicibus non
excusantur. Hii itaque quid alius
quam praecones sui sunt, cum voces
contra culpas proferunt et semetipsos
operibus reos trahunt. Ammo-
nendi sunt ut videant quod de occul-
ta iam retributione iudicii est quod
eorum mens malum quod perpetrat il-
luminatur ut videat. Sed non conatur
ut vincat, ut quo melius videt
eo deterius pereat, quod et intelligen-
tie lumine percipit et actionis prave
tenebras non relinquit. Nam cum
acceptam ad adiutorium scientiam negli-
gunt, hanc contra se in testimonium
vertunt et de lumine intelligentie
augent supplicia quod profecto acce-
perunt ut possent delere peccata.
Eorum namque nequitia cum ma-
lum agit quod iudicat venturum
iam iudicium hic degustat, ut
cum aeternis suppliciis servante
obnoxia, pro hoc interim examine non
sit absoluta. Tantoque illic maiora
tormenta percipiat quanto hic ma-
lum non deserit et quod ipse condemp-
nat. Hinc enim veritas dicit: Ser-
vus qui cognovit voluntatem

domini sui et non praeparavit et
non fecit secundum voluntatem eius
vapulabit multis. Hinc psalmi-
sta ait: Descendant in infernum
viventes. Vivi quippe que circa il-
los aguntur sciunt et sentiunt. Mor-
tui autem sentire non possunt. Mor-
tui autem in infernum descenderent,
si mala nesciendo perpetrarent. Cum
vero sciunt mala et tamen faciunt,
in aequitate in infernum miseri vi-
ventes sentientesque descendunt.

Aliter ammonendi sunt qui repe-
tina concupiscentia superantur, aliter
qui in culpa ex consilio li-
gantur. xxxiii capitulum

Ammonendi sunt quippe
qui se repentina concupiscentia
superari, ut in bello presentis vite
se cotidie positos attendant, et
cor quod videre vulnera non potest
scuto solliciti timoris tegant,
ut occulta insidiantis hostis
iacula perhorrescant et in tam
caliginoso certamine, et intentionis
continua intra mentis castra se
muniant. Nam si a cura circumspectio-
nis sollicitudine cor deseritur,
vulneribus aperitur, quia hostis
callidus tanto liberius pectus percutit
quanto nudum a providentie lorica
deprehendit. Ammonendi sunt
qui repentina concupiscentia superantur,
ut curare nimis terrena desi-
stant, quia intentionem suam dum
rebus transitoriis immoderatius
implicant, quibus culparum iaculis
transfigantur ignorant. Unde
et per Salomonem vox percussi et dor-
mientis exprimitur, qui ait: Verbe-
raverunt me, sed non dolui. Traxe-
runt me, et ego non sensi. Cum

evigilabo et rursum vina re-
periam. Mens quippe a cura suae
sollicitudinis dormiens vapulat
et non dolet, quia praeminentia sicut
mala non prospicit, sic nec quae perpetra-
vit agnoscit. Trahitur et nequaquam
sentit, quia per illecebras vi-
tiorum ducitur nec tamen ad sui
custodiam suscitatur. Quae quidem
evigilare optat ut rursum
vina reperiat, quia quamvis sop-
no torporis ad sui custodiam
premitur, vigilare tamen ad curas
saeculi nititur. Ut semper volupta-
tibus inebrietur, et cum ad illud
dormiat in quo sollerter vigilare
debuerat, ad illud vigilare appe-
tit ad quod laudabiliter dormire
potuisset. Hinc rursum scriptum
est: Et eris quasi dormiens in
medio maris et quasi sopitus gu-
bernator amisso clavo. In me-
dio enim maris dormit qui in hujus
mundi temptationibus positus provide-
re motus irruentium vitiorum quasi
imminentes undarum cumulos ne-
glegit. Et quasi gubernator cla-
vum amittit, quando mens ad
regendam navem corporis studium
sollicitudinis perdit. Clavum
quippe in mari amittere est inten-
tionem providam inter procellas hu-
jus saeculi non tenere. Si enim guberna-
tor clavum sollicite stringit,
nunc in fluctibus ex adverso navem
dirigit, nunc ventorum impetus per
lignum findit, ita cum mens
vigilanter animum regit, nunc alia
superans calcat, nunc alia providens
declinat. Unde et praesentia ela-
borando superat, et contra

futura certamina prospiciendo con-
valescat. Hinc rursum de for-
tibus patriae caelestis bellatoribus dici-
tur: Uniuscuiusque ensis super femur suum
propter timores nocturnos. Ensis enim
super femur ponitur, quando acumine
sanctae praedicationis prava suggestio
carnis edomatur. Per noctem vero caecitas
nostrae infirmitatis exprimitur, quia
quicquid adversitatis in nocte imminet
non videtur. Uniuscuiusque ergo ensis
super femur suum propter timores
nocturnos ponitur, quia videlicet sancti
viri dum ea quae non vident
metuunt, ad intentionem certaminis
parati semper assistunt. Hinc rur-
sum sponsae dicitur: Nasus tuus
sicut turris quae est in Libano.
Rem namque quam oculis non cerni-
mus plerumque odore praevidemus.
Per nasum quoque odores faeto-
resque discernimus. Quid ergo
per nasum nisi sanctae ecclesiae providentia
circumspecta designatur? Quae enim
etiam turri similis quae est in Libano
dicitur, quia discreta eorum providentia
ita in alto sita est ut tempta-
tionum certamina et prius videant
videat et contra ea dum vene-
rint munita praestant. Quae
enim futura praevidentur, cum
praesentia fuerint minoris virtutis
fiunt, quia dum contra ictum
quisque paratior redditur, hos-
tis qui se inopinatum credidit
eo ipso quo praevisus est enervatur.
At contra admonendi sunt qui
in culpa ex consilio ligantur, quatinus
provida consideratione perpendant
quia dum mala ex judicio faciunt

districtius contra se iudicium attendunt, ut tanto eos durior poena feriat, quanto illos in culpa artius vincula deliberationis ligant. Citius fortasse delicta penitendo abluerent, si in his sola precipitatione cecidissent. Nam tardius peccatum solvitur quod et per consilium solidatur. Nisi enim mens bonum modo eterna despiceret, in culpa ex iudicio non periret. sebat Hoc ergo a precipitatione lapsis per consilium differunt peccantes, quod hi cum a statu iusticie peccando corruunt, plerumque simul et in laqueum desperationis cadunt. Hinc est quod per prophetam Dominus non tam precipitationum prava quam delictorum studia reprehendit dicens: Ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea et succendatur et non sit qui extinguat propter maliciam studiorum vestrorum. Hinc iterum iratus dicit: Visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum. Quia igitur peccatis aliis differunt peccata que per consilium perpetrantur, non tam prava facta Dominus quam studia pravitatis insequitur. In factis enim sepe infirmitate seu negligencia, in studiis vero maliciosa semper intencione peccatur. Quo contra recte beati viri expressione per prophetam dicitur: Et in kathedra pestilentie non sedit. Kathedra quippe iudicis esse vel presidentis solet. In cathedra autem pestilentie sedere est ex ratione iudicio prava committere. In cathedra pestilentie sedere est ex ratione mala discernere et tamen ex deliberatione perpetrare. Quasi in perversi consilii cathedra sedet qui tanta iniquitatis elatione attollitur, ut implere malum etiam per consilia conetur. Et sicut assistentibus verbis prelati sunt qui cathedre honore fulciuntur, ita delicta eorum. Cum precipitatione corruunt, exquisita per studium peccata transcendunt. Admonendi ergo sunt ut hinc colligant qui in culpa se etiam per consilium ligant, quia quandoque ultione feriendi sunt, qui nunc pravorum non socii sed principes fiunt.

Aliter ammonendi sunt qui licet minima crebro tamen illicita faciunt. atque aliter qui se a parvis custodiunt sed aliquando in gravibus demerguntur.

xxxiiii Capitulum

Ammonendi sunt qui culpis in minimis sed tamen frequenter excedunt, ut nequaquam considerent qualia, sed quanta committant. Facta enim sua si despiciunt timere cum pensant, debent formidare cum numerant. Altos quippe gurgites fluminum parve sed innumere replent gutte. Et hoc agit sentina latens quod patet procella. Semens et minuta sunt que erumpunt membris per scabiem vulnera ~~[illegible]~~ Sed tamen multitudo cozimabiliter marcessibiliter [illegible] sic vitam corporis sicut unum grave inflictum pectori vulnus necat. Hinc vero scriptum est: Qui enim modica spernit paulatim decidit. Qui enim peccata minima flere ac devitare negligit, a statu iusticie non quidem repente, sed partibus totus cadit. Ammonendi sunt qui in minimis frequenter excedunt, ut sollicite considerent quod nonnumquam in parva delinquimus qui in maiori culpa peccator incurrit

Setina dicitur locus ad quem omnium est confluus inmundiciarum

Maior enim quo cognitus quia sit culpa
agnoscitur eo etiam celerius emendatur
Minor vero dum quasi nulla creditur
eo peius quo et securius in usu retinetur
Unde fit plerumque ut mens assueta
malis gravibus ne levibus quidem per
horrescat. Atque ad quandam auctori
tatem nequitie per culpas nutrita
perveniat. et tanto in maioribus con
tempnat pertimescere quanto in mi
nimis didicit non timendo peccare. At
contra ammonendi sunt qui se a parvis
custodiunt. Sed aliquando in gravibus
demerguntur. ut sollicite se ipsi depre
hendant quia dum cor eorum de cu
stodia minimis extollitur ad perpetrando
graviora ipsa elationis sue voragine
devorantur et dum foris se parva
prohibent. Sed per inanem gloriam intus
intumescunt languore superbie intu
secus vincta etiam mentem foris per
mala maiora prosternunt. Ammo
nendi enim sunt qui se a parvis custo
diunt. Sed aliquando in gravibus demer
guntur. ne ubi se stare intrinsecus
estimat ibi intrinsecus cadunt. et
iuxta districti iudicis retributionem
elatio minoris iustitie via fiat ad
foveam gravioris culpe. qui enim vane
elati quia minima bona custodiunt
sibi met tribuunt iuste derelicti. delicti
culpis maioribus obruuntur et cadendo
discunt non fuisse proprium quod steterunt
ut mala in mensa cor reprimat quod
bona minima exaltant. Ammonendi
sunt ut conspiciant quod et in culpis ma
ioribus alto reatu se obligant. et tamen
plerumque in parvis que custodiunt deterius
peccant. quia et illis iniqua faciunt
et per ista se hominibus quasi iniqui pro
tegunt. Unde fit tamen maiora mala
perpetrant coram deo aperte iniquitatis
sit et cum parva bona custodiunt coram
hominibus simulate sanctitatis. Hinc est
enim quod phariseis de liquentes culicem ~~ca~~
~~melos~~ camelum autem glutientes ait si

apte dicitur minima mala disterminans ma
iora devoratis. Hinc est quod rursum
ore veritatis increpantur cum audiunt de
cimatis mentam et anetum et ciminum et
relinquitis que graviora sunt legis iudi
cium et misericordiam et fidem. neque enim negli
genter audiendum est quod decimare minima
dicit extrema quidem de oleribus maluit
sed tamen bene olentia memorare. ut
profecto ostenderet quia simulatores dum
prava custodiunt odorem de se ostendere
sancte opinionis querunt et quamvis im
plere maxima pretermittant ea tamen
minima observant que humano iudicio
longe lateque redolent. Alii ammo
nendi sunt qui bona nec inchoant. Alii qui inchoata minime
consummant. xxxv capitulum

Qui enim bona non inchoant non
sunt prius eis edificanda que sa
lubriter diligunt. Sed destruenda ea
in quibus semetipsos nequiter versant.
Neque enim sequuntur que inexperta audiunt
nisi prius quam vitiosa sint ea que sunt
experta deprehendant. quia nec levari
appetit. qui et hoc ipsum quia cecidit
nescit. et qui dolorem vulneris non sentit
salutis remedia non requirit. Prius ergo
ostendenda sunt quam sint vana que di
ligunt et tunc demum vigilanter inti
manda quam sint utilia que pretermittunt.
Sed prius videant fugienda que amant
et sine difficultate postmodum co
gnoscunt amanda esse que fugiunt. Melius
enim inexperta recipiunt. si de expertis
quicquid disputationis audiunt vera
citer cognoscunt. Tunc ergo pleno voto
discunt vera bona querere cum certo iudi
cio deprehenderint falsa se vana te
nuisse. audiant ergo quod bona presentia et
a delectatione cito transitura sunt et tamen
eorum causa ad ultionem sine transitu per
mansura. quod et nunc quibuslibet invitis sub
trahitur. et tunc quod dolet invitis suppli
cium reservatur. Itaque eisdem rebus terre
antur salubriter quibus noxie delectantur.
ut dum perculsa mens alta ruine
sue precipitia conspiciens se sensit precipitem

premisse deprehendit grossissimi pectoris tyra-
nnidem revocet et pertimescens que amaverat
discat diligere que contempnebat. Hinc
est enim quod Ieremie misso ad predicationem
dicitur: Ecce constitui te super gentes
et super regna ut evellas et destru-
as et disperdas et dissipes, edifices
et plantes. Quia nisi prius prava
destruerentur edificare utiliter recta non possent;
nisi ab auditorum cordibus spinas
vani amoris vellerent, nimirum frustra
in eis sancte predicationis verba plantarent.
Hinc est quod Petrus evertit ut postmodum
construat. Cum nequaquam Iudeos mone-
bat quid iam facerent, sed de hiis que
fecerant increpabat dicens: Ihesum
nazarenum virum approbatum a deo in
nobis virtutibus et prodigiis et signis
que fecit per illum deus in medio ve-
stri, sicut et vos scitis, hunc definito
consilio et prescientia dei traditum per ma-
nus iniquorum affligentes interemis-
tis. Quem deus suscitavit solutis do-
loribus inferni. Ut videlicet crudelitatis sue
cognitione destructi edificationem sancte
predicationis quanto amplius quererent
tanto utilius audirent. Unde et il-
lico responderunt: Quid ergo faciemus?
Quibus mox dicitur: Viri fratres,
agite penitentiam et baptizetur unusquisque
vestrum. Que edificationis verba profecto
contempnerent nisi prius salubriter rui-
nam sue destructionis invenissent. Hinc
est quod Paulus cum super eum celitus lux
emissa resplenduit, non iam quod recte
deberet facere, sed quid prave fe-
cisset audivit. Nam cum prostratus
requireret dicens: Quis es domine?
protinus respondetur: Ego sum Ihesus na-
zarenus quem tu persequeris. Et repente
subiungit: Domine quid me iubes
facere? Illico adiungit: Surgens ingre-
dere civitatem et ibi tibi dicetur quid
te oporteat facere. Ecce de celo dominus
loquens persecutoris sui facta corripuit,
nec tamen illico que eius facienda
monstravit. Ecce elationis eius fabrica

a rigiditate

iam tota corruerat et post ruinam
prostratum humilis edificari requirebat
et cum superbia destruitur edificationis
verba retinentur. Ut videlicet persecutor in ma-
nus diu destructus iaceret et tanto
post in bonis solidius surgeret
quanto prius funditus eius anti-
quo errore cecidisset. Qui ergo ad
huc agere nulla bona ceperunt
a rigiditate autem sue pravitatis cor-
reptionis manu evertendi sunt. Ut
ad statum postmodum recte operationis
erigantur. Quia et idcirco altum sil-
ve lignum succidimus ut hoc in edifici-
i constructione tegmine sublevemus. Sed tamen
non repente in fabrica ponitur ut
nimirum prius viciosa eius viriditas
exsiccetur. Quia quo plus in infi-
mis humor excoquitur eo ad
summa solidius elevetur. At contra
ammonendi sunt qui inchoata
bona minime consummant, ut tanta
circumspectione considerent quod dum propo-
sita non perficiunt etiam que fuerant
cepta convellunt. Si enim quod videtur
gerendum sollicita intentione non
crescit, etiam quod fuerat unde gestum
decrescit. In hoc quippe mundo huma-
na anima quasi more navis est contra
ictum fluminis conscendentis uno in loco
nequaquam stare permittitur, quia ad
ima relabitur nisi ad summa conetur.
Si enim inchoata bona fortis com-
parantis manus ad perfectionem non suble-
vat, ipsa operandi remissio contra
hoc quod operatum est pugnat. Hinc
est enim quod per Salomonem dicitur: Qui
mollis et dissolutus est in opere suo
frater est sua opera dissipantis. Quia videlicet
qui incepta bona districte non exe-
quitur, dissolutione negligentie ma-
num destruentis imitatur. Hinc Sar-
dis ecclesie ab angelo dicitur: Esto vigilans
et confirma cetera que moritura erant.
Non enim invenio opera tua plena
coram deo meo. Quia ergo plena coram

Ideo eius opera invicta non fuerant, mortua reliquerat etiam que iam gesta portabat. Si enim quod mortuum in nobis ad vitam non accenditur, hic etiam exstinguitur quod quasi adhuc vivum tenetur.

Ammonendi sunt ut perpendant quod tollerabilius esse potuisset rectitudinis viam non arripere quam arrepta post tergum redire. Nisi enim retro respicerent, erga arreptum studium nullo torpore languerent. Audiant ergo quod scriptum est: Melius erat eis non cognoscere viam iusticie quam post agnitionem retrorsum converti. Audiant quod scriptum est: Utinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, et nec frigidus nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo. Calidus quippe est qui bona studia et arripit et consummat; frigidus est qui consummanda nec inchoat. Et sicut a frigore per teporem transitur ad calorem, ita a calore per teporem redditur ad frigus. Quisquis ergo amisso infidelitatis frigore sed nequaquam tepore superato excrevit ut ferveat, procul dubio a calore desperato, dum noxio in tepore demoratur, agit ut frigescat. Sed sicut ante teporem frigidus sub spe est, ita post frigus tepor in desperatione est. Qui enim adhuc in peccatis est conversionis fiduciam non amittit. Qui vero post conversionem tepuit, et spem que esse potuit de peccatore subtraxit. Aut calidus ergo quisque esse aut frigidus queritur, ne tepidus evomatur, ut videlicet aut nec dum conversus adhuc de se conversionis spem prebeat, aut iam conversus in virtutibus inardescat, ne evomatur tepidus, quia ad calorem quem proposuit torpore ad noxium frigus reddit.

Aliter ammonendi sunt qui mala occulte agunt et bona publice. Aliter qui bona que faciunt non abscondunt et tamen quibusdam factis publice mala de se opinari ... Ammonendi ergo sunt qui mala occulte Finis XX XXIII cap.

agunt et bona publice ut pensent humana iudicia quanta velocitate evolant, divina autem quanta inmobilitate perdurant. Ammonendi sunt ut in fine rerum mentis oculos figant, quia et humane laudis attestatio pertransit, et superna sententia, que etiam abscondita penetrat, ad retributionem perpetuam convalescit. Dum igitur occulta mala sua divinis iudiciis, recta autem sua humanis oculis apponunt, et sine teste est bonum quod publice faciunt, et non sine eterno teste est quod latenter delinquunt culpas. Itaque suas occultando hominibus, virtutes quoque pandendo, et unde puniri debeant abscondentes detegunt, et unde remunerari poterant detegentes abscondunt. Quos recte sepulcra dealbata speciosa exterius, sed mortuorum ossibus plena Veritas vocat, quia interiorum mala vitiorum contegunt, humanis vero oculis quorundam de ostentatione operum de solo foras iusticie colore blandiuntur. Ammonendi itaque sunt ne que agunt recta despiciant, sed ea multo melioris credant. Valde namque sua bona diiudicant, qui ad eorum mercedem sufficere humanos favores putant. Cum enim pro recto opere laus transitoria queritur, eterne retributionis res digna vili precio venundatur. De quo videlicet percepto precio Veritas dicit: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Ammonendi sunt ut considerent quia dum pravos se in occultis oculis dei exhibent, sed tamen exempla de se publice in bonis operibus prebent ostendunt sequenda que fugiunt, clamant amanda que oderunt, vivunt postremo aliis et sibi moriuntur. At contra ammonendi sunt qui bona occulte faciunt et tamen quibusdam factis ... audi[?] puls[?] ... mani

publice de se mala opinari permittunt
ne tamen semetipsos actionibus recte vir-
tutis vivificant in se deos per exemplum
prave estimationis occidant ne minus
quam se proximos diligant et tamen ipsi
salubre potum illi vini sorbeant
intentis in proximi conspectione mentibus
pestiferum veneni poculum fundant
Hi nimirum in uno proximorum vitam
minus adiuvant in aliis multum gra-
vant dum student et recte occulte
agere et quibusdam factis ad exemplum
de se prava seminare. Quisquis enim cui
laudes cupidinem calcare iam sufficit
edificationis fraude perpetrat si bona
que agit occultat et quasi iactato
semine germinandi radices subtrahit
qui opus bonum quod imitandum est non
ostendit. Hinc namque in evangelio veri-
tas dicit Videant opera vestra bona
et glorificent patrem vestrum qui in celis
est. Ubi illa quoque sententia promittitur
que longe aliud precepisse videtur di-
cens Attendite ne iusticiam vestram
faciatis coram hominibus ut videamini
ab eis. Quid est ergo quod opus bonum vestrum
et faciendum est ita ne videatur et tamen docet
ut videri precipitur nisi ea que agimus
et occultanda sunt ne ipsi laudemur
et tamen ostendenda sunt ut laudem
celestis patris augeamus. Nam cum
nos iusticiam nostram coram hominibus
facere prohiberet illico adiunxit ut
videamini ab eis. Et cum rursus viden-
da ab hominibus bona opera nostra preciperet
protinus subdidit ut glorificent patrem vestrum
qui in celis est. Qualiter igitur videnda
essent vel qualiter non videnda ex
fine monstravit. Quatinus operantis
mens opus suum et propter se videri non que-
reret et tamen hoc propter celestis patris
gloriam non celaret. Unde fit plerumque
ut bonum opus et in occulto sit cum
fit publice et rursus in publico cum
agitur in occulto. Qui enim in publico
bono opere non suam sed superni patris
gloriam querit quod fecit abscondit

precantes

quia illum solum testem habuit cui
placere curavit et qui in secreto suo
bono opere deprehendi atque laudari con-
cupiscit et nullus fortasse vidit
quod exhibuit et tamen hoc coram hominibus
fecit quia tot testes in bono opere
secum duxit quot humanas laudes
in corde requisivit. Cum vero prava
estimatio in quantum sine peccato valet
ab intuentium mente non tergitur
cunctis mala credentibus per exemplum
culpa propinatur. Unde et plerumque
contingit ut qui negligenter de se
mala opinari permittunt per semetipsos
quidem nulla iniqua faciant sed
tamen per eos qui se imitati fuerint
multiplicius delinquunt. Hinc est
quod paulus in munda quedam sine
pollutione comedentibus sed imperfectis
temptationis scandalum sua comes-
tione moventibus dicit Videte ne
forte hec licentia vestra offendiculum
fiat infirmis et peribit infirmus
in tua sciencia frater propter quem christus mor-
tuus est. Sic autem peccantes in fratres
et percucientes conscientiam eorum infirmam
in christum peccatis. Hinc est quod moy-
ses cum diceret Non maledices
surdo protinus adiunxit nec coram
ceco pones offendiculum. Surdo
quippe maledicere est absenti ac
non audienti detrahere. Coram
ceco vero offendiculum ponere est discre-
tum quidem rem agere sed tamen
ei qui lumen discretionis non habet
scandali occasionem prebere. Capitulum xxxvii

De quo tacite indifferenter adhibenda

Hec sunt que presul
animarum in predicationis diversitate
custodiat ut sollicitus congrua
singulorum vulneribus medicamina opponat
Sed cum magni sit studii ut exhor-
tans singulis servatur ad singula
cum valde laboriosum sit ut unum-
quemque de propriis sub dispensatione debite

consideracionis instruere longe tamen
laboriosius est auditores innumeros
ac diversis passionibus laborantes
uno eodemque tempore voce unius
et communis exhortacionis ammo-
nere. Ubi quippe tanta arte vox
temperanda est ut cum diversa sint
auditorum vicia et singulis inveniatur
congrua et tamen sibimetipsi non sit di-
versa ut inter passiones medias uno
quidem ductu transeat. Sed more bi-
cipitis gladii tumores cogitacionum
carnalium ex diverso latere incidat
quatinus sic superbis predicetur humi-
litas et tamen timidis non augeatur
metus. Sic timidis infundatur aucto-
ritas ut tamen superbis non crescat
effrenacio. Sic ociosis ac torpentibus
predicetur sollicitudo boni operis ut
tamen inquietis immoderate licencia
non augeatur actionis. Sic inquietis
ponatur modus ut tamen ociosis non
fiat torpor securus. Sic ab impa-
cientibus extinguatur ira ut tamen
remissis ac lenibus non crescat ne-
gligencia. Sic lenes accendantur
ad zelum ut tamen iracundis non
addatur incendium. Sic tenacibus
infundatur tribuendi largitas
ut tamen prodigis effusionis frena
minime laxentur. Sic prodigis
predicetur parcitas ut tamen tenacibus
peritura rerum custodia non augeatur.
Sic in coniugibus laudetur coniugium
ut tamen iam continentes non revocentur
ad luxum. Sic continentibus laudetur
virginitas corporalis ut in coniugibus
despecta non fiat fecunditas carnis.
Sic predicanda sunt bona ne ex latere
iuventur et mala. Sic laudanda
sunt bona summa ne desperentur
ultima. Sic nutrienda sunt ulti-
ma ne dum creduntur sufficere
nequaquam tendatur ad summa. Se-
quitur capitulum tricesimum. De exortacione quo uni est adhibenda

Et quamvis quidem
predicatori labor
est in communis predicacionis voce ad
occultos singulorum motus causasque vi-
gilare et palestrarum more in diversi
lateris arte se vertere multo tamen
afflictiori labore fatigatur qui uni
et diversis viciis servienti predicare compel-
litur. Plerumque enim quis lete ni-
mis complexione existit. Sed tamen
eum repente aborta tristicia im-
maniter deprimit. Curandum itaque
predicatori est quatinus sic tergat
tristiciam que venit ex tempore ut
non augeatur leticia que subiacet
ex complexione et sic frenet leticiam
que subiacet ex complexione ut
tamen non crescat tristicia que venit
ex tempore. Iste gravatur usu
immoderate ~~precipitacionis~~ aborta formidine et aliud
tamen ab eo quod festine agendum est
cum vis impedit subito nate formi-
dinis. Ille gravatur immoderate
formidinis et aliud tamen in eo quod
appetit temeritate impellitur precipita-
cionis. Sic itaque reprimatur repente
oborta precipitacio in isto subito
oborta formido ut ut tamen non excrescat
enutrita diu precipitacio. Sic in illo
reprimatur repente oborta precipitacio
ut tamen non convalescat in ipsa ex
complexione formido. Quid autem mi-
rum si medici animarum ista custo-
diunt dum tanta discrecionis
arte se temperant qui non corda
sed corpora medentur. Plerumque
enim debile corpus opprimit languor immanis
~~immanis~~ languori se obviare
adiutoriis ~~adiutoriis~~ fortibus debet. Sed tamen
corpus debile adiutorium forte non
sustinet. Studet ergo qui medetur
quatinus sic presentem existentem morbum
subtrahat ut nequaquam supposita
corporis debilitas crescat ne fortas-
se languor cum vita deficiat.
Tanta ergo adiutorium discrecione
componit ut uno eodemque tempore
et languori obviet et debilitati.
Si igitur medicina corporis indivise

adhibita sermonis disputabilitate potest.
Tunc enim vere medicina est quando sic pecca-
to vitio superexistenti occurritur ut
etiam suppositae comparationi sumatur. Cum
medicina mentis una eademque
praedicationis apposita morbis morbis di-
verso ordine obviare non valeat. Quod
tanto subtilior agitur quanto de
invisibilibus tractatur. xxxix capitulum

Leviora vicia sunt relinquenda

Sed quia plerumque dum duorum
vitiorum languor irruit hic levius
illud fortasse gravius premit, ei nimirum
vitio rectius sub celeritate subvenitur
per quod festine ad interitum tenditur. Et
si hic a vicina morte refugi non potest
nisi illud etiam quod existit contrarium crescat
tolerandum praedicatori est ut per exhorta-
tionem suam artificiosae moderamine re-
paratur crescere quatenus possit aliud
a vicina morte retinere. Et cum agit
non morbum exaggerat (exaggerat) Sed volun-
tatem tuum medicamentum adhibuit vitam
servat ut ex quo medetur salutis congruum
tempus inveniat. Saepe enim quis
a cibis se in gula minime tempe-
rans ~~iam~~ iamque pene superatus lu-
xuriae stimulis premitur qui huius pu-
gnae metu territus dum se per abstinen-
tiam stringere nititur inanis gloriae
temptatione fatigatur, in quo nimirum
vitium nullatenus extinguitur
nisi aliud nutriatur. Quae ergo pestis ar-
dentius insequenda est nisi quae periculo-
sius premit. Tolerandum namque est ut
per virtutem abstinentiae mentem arrogan-
tia contra vincentem crescat, ne enim
per ingluviem vita funditus luxuria
extinguat. Hinc est quod Paulus cum
infirmum auditorem suum perpenderet aut
prava adhuc velle agere aut de
actione recta humanae laudis retri-
butione gaudere ait: Vis non timere
potestatem? bonum fac et habebis laudem
ex illa. Neque enim ideo bona agenda
sunt ut potestas huius mundi nulla
timeatur, quae per haec gloria transitoriae
laudis premiatur. Sed cum infirma

mentem ad tantum robur ascendere non
posse pensaret ut et pravitatem
simul vitaret et laudem, praedicator
egregius admonendo ei aliud obtu-
lit et aliquid tulit. Concedendo
enim lenia subtraxit acriora, ut quia
ad deserenda cuncta simul non
assurgeret, dum in quodam suis
animus familiariter relinquitur, in quo-
dam sine dolore tolleretur. xl

Quadragesimum capitulum
Infirmis mentibus alta non debent praedicari

Sciendum vero praedicatori est quod suf-
ficiens mentibus animo non debeat
alta praedicare, ut auditoris sui animum
ultra vires non trahat. Ne ut ita
dicam dum plus quam valeat ten-
ditur. Alta etenim quaeque debent
multis audientibus contegi et vix
paucis aperiri. Hinc namque per se-
metipsam veritas dicit: Quis pu-
tas fidelis dispensator et prudens
quem constituit dominus super familiam
suam ut det illis in tempore tri-
tici mensuram. Per mensuram quippe
tritici exprimitur modus verbi, ne cum
angusto corde incapabile aliquid
tribuitur extra fundatur. Hinc Paulus
ait: non potui vobis loqui quasi
spiritualibus, tamquam parvulis in Christo
lac vobis potum dedi non escam.
Hinc Moyses a secreto dei exiens
choruscantem coram populo faciem
velat, quia nimirum turbis claritatis
intime archana non indicat. Hinc
per eum divina voce praecipitur ut si
quis cisternam foderit, si cooperire
neglegat, corruente in eam bove vel
asino pretium reddat, quia ad alta
scientiae fluenta quis perveniens, cum
hic apud bruta audientium corda
non contegit poene reus adducitur. Si
per verba eius in scandalum sive munda
~~sive~~ mens sive immunda capiatur.
Hinc ad beatum Job dicitur: Quis dedit

gallo intelligentiam predicator. Et cum sancti doctores huic caliginoso clamant in tempore, quasi gallus cantat in nocte. Cum dicit: Hora est iam nos de sompno surgere. Et rursum: Evigilate iusti et nolite peccare. Gallus autem profundioribus horis noctis altos edere cantus solet; cum vero matutinale iam tempus imminet, minutas ac tenues voces format, quia nimirum predicator obscuris adhuc cordibus aperta clamat, nil de occultis misteriis indicat, ut tunc subtiliora quoque de celestibus audiant, cum luci veritatis appropinquant. Et

Pars 3 ca 40
de opere predicatoris et voce

Sed nec hec ea que supradiximus iam exprimimus caritatis iam studio retorqueamus, ut predicator quisque plus actibus quam vocibus insonet et bene vivendo vestigia sequacibus imprimat quam loquendo quo gradiantur ostendit. Quia et gallus iste quem pro exprimenda boni predicatoris specie in locutione sua dominus assumpsit, cum iam edere cantus parat, prius alas excutit et semetipsum feriens vigilantiorem reddit. Quia nimirum necesse est ut hii qui verba sancte predicationis movent, prius studio bone actionis evigilent, ne in semetipsis torpentes alios opere excitent voce; prius se per sublimia facta excutiant et tunc ad bene vivendum alios sollicitos reddant; prius cogitationum alis semetipsos feriant; quicquid in se inutiliter torpet sollicita investigatione deprehendant, districta animadversione corrigant, et tunc demum aliorum vitam loquendo componant. Prius punire propria fletibus curent, et tunc que aliorum sunt punienda denuntiant; et antequam verba exhortationis insonent, omne quod locuturi sunt operibus clament.

Pars 4 capitulum
Qualiter predicator ad seipsum redeat
redire

Peractis rite omnibus qualiter predicator ad semetipsum predicat, ne hunc vel vita vel predicatio extollat. Quia sepe dum predicatio modis congruentibus uberius funditur, apud semetipsum de ostensione sui occulta leticia loquentis animus pellicitur; magna cura necesse est ut timoris laceratione se emordeat, ne qui aliorum vulnera medendo ad salutem revocat, ipse per negligentiam sue salutis intumescat, ne proximos iuvando se deserat, ne alios erigens cadat. Nam quibusdam sepe magnitudo virtutis occasio perditionis fuit, ut cum de fiducia virium inordinate securi sunt, per negligentiam inopinate morerentur. Virtus namque cum vitiis renititur, quadam delectatione eius semetipsi animus blanditur, fitque ut bene agentis mens metum sue circumspectionis abiciat atque in sui confidentia secura requiescat. Cui iam torpenti seductor callidus omne quod bene gessit enumerat, eamque quasi ceteris prepollentem in tumore cogitationis exaltat. Unde agitur ut ante iusti iudicis oculos fovea mentis sit memoria virtutis, quia reminiscendo quod gessit, dum se apud se erigit, apud humilitatis auctorem cadit. Huic namque superbienti anime dicitur: Quo pulchrior es, descende et dormi cum incircumcisis. Ac si aperte diceretur: Quia ex virtutum decore te elevas, ipsa tua pulchritudine impelleris ut cadas. Hinc sub Iudee specie virtute superbiens anima reprobatur, cum dicitur: Perfecta eras in decore meo quem posueram super te, dicit dominus. Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo. Confidentia quippe sue pulchritudinis animus attollitur

[?] sollemnis

cum de virtute mentis leta ac se se-
curitate gloriatur. Sed per hanc eam
fiduciam ad fornicationem ducitur, quia
in acceptis mentem cogitationes sue
se decipiunt, hanc malignis spiritus
per immunda vitia subdendo corrumpunt.
Notandum vero est quod dicitur: Forni-
cata es in nomine tuo, quia cum re-
cepta mente superni rectoris
deserit laudem, proprii nominis gloriam
querit, et sibi arrogare incipit omne
bonum quod ut largitoris sui nomini ser-
viret accepit, opiniones sue glorie
dilatare desiderat, satagit ut mi-
rabilis cunctis innotescat. In suo
ergo nomine fornicatur, que legalis
thori connubium deserens corrup-
tori spiritui in laudis appetitu sub-
sternitur. Hinc David ait: Tra-
didit in captivitatem virtutes eorum
et pulchritudines eorum in manum ini-
mici. In captivitatem etenim virtus
et pulchritudo in manus inimici tra-
ditur, cum decepte menti antiquus
hostis ex boni operis elatione dominatur.
Electorum etiam virtutes elatio quamvis ple-
ne non superat, ut tamen et electorum
sepe animam temptat. Sed cum
sublevata destituitur, destituta
ad formidinem revocatur. Hinc etenim
David iterum dicit: Ego dixi in
habundantia mea non movebor
in eternum. Sed quia de confidentia
virtutis intumuit, paulo post quod
pertulit adiunxit: Avertisti faciem
tuam a me et factus sum conturbatus.
Ac si aperte dicat: Fortem me inter
virtutes credidi, sed quante infir-
mitatis sim derelictus agnovi. Hinc
rursum dicit: Iuravi et statui
custodire iudicia iustitie tue. Sed
quia eius virium non erat manere
in custodia quam intuebatur, debili-
tatem protinus turbatus invenit.
Unde et ad preces opem repente se
contulit dicens: Humiliatus sum
usquequaque, Domine; vivifica me secundum
verbum tuum. Nonnumquam vero superna
moderatio [?] per [illegible] provocat
infirmitatis ad memoriam mentem
revocat, ne de acceptis virtutibus
intumescat. Unde Ezechiel
propheta, quotiens ad contemplanda
celestia ducitur, prius filius hominis
vocatur. Ac si hunc aperte Dominus
admoneret dicens: Ne de his que
vides in elatione cor extollas, sublevatus
cautus perpende quod es, ut cum summa
penetras esse te hominem recogno-
scas, quatinus dum ultra te rapis
ad temetipsum sollicitus infirmitatis
tue freno revoceris. Unde necesse
est ut cum virtutum nobis copia
blanditur, ad infirma sua mentis
oculus redeat, se se quod salubriter
deorsum premat, ne recta que egit,
sed que agere neglexit aspiciat,
ut cum cor ex memoria infirmitatis
atteritur, apud humilitatis auctorem
robustius in virtute solidetur.
[?]nia et plerumque omnipotens
Deus ideo rectorum mentes, quamvis
ex magna parte perficiat, imperfectas
tamen ex parte aliqua derelinquit,
ut cum miris virtutibus rutilant,
imperfectionis sue tedio tabescant,
et nequaquam se de magnis eri-
gant, cum adhuc contra minima
innitentes laborant. Sed quia
extrema superare non valent vincere, de
precipuis actibus non audeant
superbire.

Ecce bone vir, reprehensionis
tue necessitate compulsus,
dum monstrare qualis esse debeat
pastor [illegible] pulcrum depinxi

hominem pictor foedus aliosque ad
perfectionis litus dirigo qui adhuc
in delictorum fluctibus versor Sed
in huius quaeso vite naufragio
orationis tue me tabula sustinet
ut quia pondus proprium deprimit tue
me meriti manus levet etc. Amen

Explicit liber pastoralis beati
Gregorii pape ad Iohannem
Ravennate urbis Episcopum



Reverentissimo et
sanctissimo fratri
Secundino coepiscopo
Gregorius servus
servorum dei Inter
sacra missarum
sollempnia ex hiis
que diebus certis in hac ecclesia legi
ex more solent sancti ewangelii quadra-
ginta lectiones exposui et quarundam
quedam dictata expositio assistenti
plebi est per notarium recitata quarun-
dam vero explanationem coram populo ipse
locutus sum atque ita ut loquebar ita
excepta est Sed quidam fratres sacri
verbi studio ferventes antequam ad pro-
positum modum ea que dixeram subti-
li emendatione perducerem transtulerunt
Quos ego recte quasi quibusdam fame-
licis similes dixerim qui prius escas
edere appetunt quam eas plenius
excoquant Hec vero ubi scriptum est
Ductus est Ihesus in desertum a spiritu
in deserto ut temptaretur a dyabolo
Primus quidem que subsequendam ambi-
guitate exposui Sed eandem dubi-
tationem postmodum circa emendatione
correxi Easdem quoque omelias eo
quo dicte sunt ordine in duobus
codicibus ponere curavi ut et priores
viginti que dicte sunt et posteriores
totidem que sub oculis dicte in sin-
gulis essent distincte corporibus
Ceteras vero quedam ante posite que in
ewangelio perposite que ante per ewan-
gelistam scripte sunt in venturum
nequaquam monere tuam fraternitatem

decet quia sicut ante dimissis temporibus
in codicibus affixe Tua itaque fraternitas
sacris semper lectionibus intenta si predicta-
rum ewangelii evenerit sub dubitatione
prolatum vel easdem omelias recepit
ita ut predixi non esse dispositas has
inemendatas remansisse cognoscat
et iuxta eas quas per subdiaconum portatorem
mittere studui corrigat Nulloque
modo illas sine emendatione remanere
permittat Edite autem in scrinio sancte
ecclesie nostre retinentur ut si qui forte
a tua fraternitate longe sunt hic inve-
niant Unde in hiis que emendate
sunt certiores fiant Secundinum

In illo tempore Dixit secundum Lucam
dominus Ihesus discipulis suis
Erunt signa in sole et luna et stellis
et in terris pressura gentium pre confusione
sonitus maris et fluctuum Et reliqua

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Dominus ac redemptor
noster paratos nos invenire
desiderans senescentem
mundum que mala
sequuntur denuntiat ut
nos ab eius amore com-
pescat Ad propinquantem eius terminum quante
percussiones preveniant innotescit ut
si deum metuere in tranquillitate nos
volumus vicinum eius iudicium vel
percussionibus attriti timeamus Huic
etenim lectioni sancti ewangelii quam modo
vestra fraternitas audivit paulo superius
dominus premisit dicens Exurget gens
contra gentem et regnum adversus regnum
et erunt terre motus magni per loca
et pestilentie et fames Et quibusdam
interpositis hoc quod modo audistis
adiunxit Et erunt signa in sole et
luna et stellis et in terris pressura
gentium pre confusione sonitus et maris
et fluctuum Ex quibus omnibus profecto
alia iam facta cernimus Alia e proximo
ventura formidamus Nam gentem
super gentem exurgere earumque pressuram
terris insistere plus iam in tribulationibus

intra terminum quem in codicibus legimus. Terre motus urbes innumerabiles obruat ex aliis mundi partibus sepe quam frequenter audivimus. Pestilentias sine cessatione patimur. Signa vero in sole et luna et stellis adhuc aperte minime vidimus. Sed quia ad hoc iam non sunt longe ex ipsa iam aeris immutatione colligimus. Quamvis priusquam ytalia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in celo acies vidimus, ipsum quoque qui postea humani generis fusus est sanguinem videmus coruscantem. Confusio autem maris et fluctuum necdum nova exorta est. Sed cum multa iam prenunciata completa sunt, dubium non est quin sequantur etiam pauca que restant, quia sequentium rerum certitudo est preteritarum exhibitio. Hoc nos fratres karissimi ideo dicimus, ut ad cautele studium vestre mentes evigilent, ne securitate torpeant, ne ignorantia languescant, sed semper eas et timor sollicitet in bono opere et sollicitudo confirmet, pensantes hoc quod redemptoris nostri voce subiungitur: Arescentibus hominibus pre timore et expectatione que supervenient universo mundo. Nam virtutes celorum movebuntur. Quid enim dominus virtutes celorum nisi angelos, archangelos, thronos, dominationes, principatus et potestates appellat? Que in adventu districti iudicis nostris tunc oculis visibiliter apparebunt, ut districte tunc a nobis exigant hoc quod nos modo invisibilis conditor equanimiter portat. Ubi et subditur: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna et maiestate. Ac si aperte diceretur: In potestate magna et maiestate visuri sunt quem in humilitate positum audire noluerunt, ut virtutem eius tanto tunc districtius sentiant, quanto nunc cervicem cordis ad eius patientiam non inclinant. Sed quia hec contra reprobos dicta sunt, mox ad electorum consolationem verba vertuntur. Nam subditur: Hiis autem

fieri incipientibus respicite et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Ac si aperte veritas electos suos ammoneat dicens: Cum plage mundi crebrescunt, cum terror iudicii virtutibus commotis ostenditur, levate capita, id est exhilarate corda, quia dum finitur mundus cui amici non estis, prope fit redemptio quam quesistis. In scriptura etenim sacra sepe caput pro mente ponitur, quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur. Levare itaque est capita mentes nostras ad gaudia patrie celestis erigere. Qui enim deum diligunt ex fine mundi gaudere atque hilarescere iubentur, quia videlicet eum quem amant mox inveniunt, dum transit is quem non amaverunt. Absit enim ne fidelis quisque qui deum videre desiderat de mundi percussionibus lugeat. Scriptum namque est: Quicumque voluerit amicus esse seculi huius inimicus dei constituitur. Qui vero appropinquante fine mundi non gaudet, amicum se illius testatur atque per hoc inimicus dei esse convincitur. Sed absit hoc a fidelium cordibus, absit ab hiis qui et esse aliam vitam per fidem credunt et eam per operationem diligunt. Ex mundi enim destructione lugere eorum est, qui radices cordis in eius amore plantaverunt, qui sequentem vitam non querunt, qui illam neque suspicantur. Nos autem qui celestis patrie gaudia eterna cognovimus, festinare ad ea quantotius debemus. Optandum nobis est citius pergere atque ad illam via breviore pervenire. Quibus enim malis mundus non urgetur? Que nos tristitia, que adversitas non angustat? Quid est vita mortalis nisi via? Et qualis sit fratres mei perpendite: in labore viae lassescere et tamen eandem viam nolle finire. Quia autem calcari mundus ac despici debeat, redemptor

nostri pressura tempore manifestat eum
propius adurgere. Videte ficulneam et
omnes arbores cum producunt iam ex se
fructum scitis quoniam prope est estas. ita et
vos cum videritis fieri hec. scitote quoniam
prope est regnum dei. Ac si aperte dicat,
quia sicut ex fructu arborum vicina estas
cognoscitur. ita ex ruina mundi prope
esse cognoscitur regnum dei. Quibus
profecto verbis ostenditur quia fructus mundi
ruina est. Ad hoc enim crescit ut
cadat. Ad hoc germinat ut quecumque ger-
minaverit cladibus consumat. Bene autem
regnum dei estati comparatur. quia tunc
mox meroris nostri nubila transeunt
et vite dies eterni solis claritate ful-
gescunt. Que omnia sub magna certi-
tudine confirmantur. cum sententia
subiungitur qua dicitur. Amen dico vobis
quia non preteribit generatio hec. donec omnia
fiant. Celum et terra transibunt. verba
autem mea non transient. Nichil enim
in rerum corporum natura celo et terra dura-
bilius. et nichil in rerum natura tam
velociter quam sermo transit. Verba enim
quousque imperfecta sunt. Cum vero perfecta
fuerint omnino iam non sunt. quia nec
perfici. nisi transeundo possunt. Ait ergo
Celum et terra transibunt. verba autem
mea non transient. Ac si aperte di-
cat. Omne quod apud vos durabile
est. sine immutacione durabile ad
eternitatem non est. Quod et omne quod
apud me transire cernitur fixum et
sine transitu tenetur. Quia sine
immutabilitate manentes sententias expri-
mit meus sermo qui transit. Ecce
fratres mei iam cernimus quod audiebamus.
Nam cotidie et crebrescentibus malis
urgetur mundus. Ex illa plebe innumera-
biliter quanti remansistis aspicitis
et tamen adhuc cotidie flagella ur-
gent. repentini casus opprimunt nove
nos et improvise clades affligunt.
Sicut enim in iuventute viget corpus

forte et incolume manet pectus thorosa
cervix plena sunt brachia. In annis
autem senibus statura curvatur. cervix
exsiccata deponitur. frequentibus suspiriis
pectus urgetur. virtus deficit. loquentis
verba anhelitus intercidit. Nam et si lan-
guor desit. plerumque senibus ipsa sua
salus egritudo est. Ita mundus in annis
prioribus velut in iuvente viguit. Ad
propagandam humanam generis prolem robu-
stus fuit salute corporum viridis opulen-
tia rerum pinguis. At nunc ipsa sua
senectute deprimitur et quasi ad vicinam
mortem molestiis crebrescentibus urgetur.
Nolite ergo fratres mei diligere quem
videtis diu stare non posse. Precepta
apostolica in animo ponite. quibus nos
admonet dicens. Nolite diligere mundum
neque ea que in mundo sunt. Quia
si quis diligit mundum. non est caritas
patris in eo. Nudius tercius fratres ag-
novistis. Quia subito turbine annosa
arbusta eruta destructe domus atque
ecclesie a fundamentis everse sunt. Quan-
ti ad vesperum sani atque incolumes
acturos se in crastinum aliquid putabant.
et tamen nocte eadem repentina morte
defuncti sunt. laqueo ruine deprehen-
si. Sed considerandum nobis est. quod ad hec
agendum invisibilis iudex venti
tenuissimi spiritum movit. unius procel-
lam nubis excitavit. et terram subruit
casura tot edificiorum fundamenta
concussit. Quid ergo iudex iste facturus
sit. cum per semetipsum venerit, et in ultionem
peccatorum ira exarserit. si portari non
possumus cum nos per tenuissimam nubem
ferit. In ire eius presentia que caro
subsistit. Si movet ventum et terram
subruit. Hanc districtionem venturi
iudicii paulus ait considerans
Horrendum est incidere in manus
dei viventis. Hanc psalmista
exprimit dicens. Deus manifeste
veniet deus noster et non silebit.

Ignis in conspectu eius exardescet et in circuitu eius tempestas valida. Districtionem quippe tante iustitie tempestas ignisque comitatur. quia tempestas examinat quos ignis exurat. Illum ergo diem fratres karissimi illum ante oculos ponite et quidquid modo grave creditur in eius comparatione levigatur. De illo etenim die per prophetam dicitur. Iuxta est dies domini magnus et velox nimis. Vox diei domini amara tribulabitur ibi fortis. Dies illa dies ire. dies tribulacionis et angustie. dies calamitatis et miserie. Dies tenebrarum et caliginis. dies nebule et turbinis. dies tube et clangoris. De hac die domini iterum per prophetam dicit. Adhuc semel et ego movebo non solum terram sed etiam celum. Ecce ut diximus aera movit et terra non sustinet. Quis ergo ferat cum celum movet. Nunc autem terrores quos cernimus nisi sequentis ire precones dicimus. Unde et comparatione necesse est quia ab illa tribulacione ultima tanto sunt tribulaciones iste dissimiles quantum a potentia iudicis persona preconis distat. Illum ergo diem fratres karissimi tota intencione cogitate vitam corrigite. mutate mores. mala temptancia resistendo vincite. perpetrata autem fletibus punite. Adventum namque eterni iudicis tanto securiores quandoque videbitis quanto nunc districtionem illius timendo prevenitis. Qui vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen.

Secundum Lucam

In illo tempore Assumpsit Ihesus discipulos duodecim suos et ait illis. Ecce ascendimus Ierusalem et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Redemptor noster previdens ex passione sua discipulorum animos perturbandos eis longe ante et eiusdem passionis penam et resurrectionis sue gloriam predicit. ut cum morientem sicut predictum est cernerent etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo valebant capere verba mysterii venitur non ad miraculum. Ante eorum oculos cecus lumen recepit. ut qui celestis mysterii verba non caperent eos ad fidem celestia facta solidarent. Sed miracula domini et salvatoris nostri sic accipienda sunt fratres mei. ut in veritate credantur facta. et tamen per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe eius et per potentiam aliud ostendunt et per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta hystoriam cecus iste fuerit ignoramus. sed tamen quid per mysterium significet novimus. Cecus quippe est genus humanum quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum. claritatem superne lucis ignorans dampnacionis sue tenebras patitur. sed tamen per redemptoris sui presentiam illuminatur. ut interne lucis gaudia iam per desiderium videat atque in via vite boni operis gressus ponat. Notandum vero est quod cum Ihesus Iericho appropinquante cecus illuminatur. Iericho quippe luna interpretatur. Luna autem in sacro eloquio pro defectu ponitur. quia dum menstruis momentis decrescit defectum nostre mortalitatis designat. Dum ergo conditor noster appropinquat Iericho cecus ad lumen redit. Quia dum divinitas defectum nostre carnis suscepit humanum genus lumen quod amiserat recepit. Unde enim deus humana patitur. inde homo ad divina

sublevatur. Cui bene cecus iste et iuxta viam sedere et mendicans esse describitur. Ipsa etenim veritas dicit Ego sum via. Qui ergo eterne lucis claritatem nescit cecus est. Sed si iam in redemptorem credit iuxta viam sedet. Si autem iam credit sed ut eternam lucem recipiat rogare dissimulat atque a precibus cessat, cecus quidem secus viam sedet, sed mendicare contempnit. Si vero cecitatem sui cordis cognovit et lumen veritatis recipiat postulat, iuxta viam sedet cecus et mendicat. Quisquis hoc quod sibi deest lumen eternitatis intelligit, quisquis ergo cecitatis sue agnoscit, clamat medullis cordis, clamet et vocibus mentis dicens Ihesu fili david miserere mei. Sed quid clamanti ceco subiungitur audiamus. Et qui preibant increpabant eum ut taceret. Quid autem designant isti qui ihesum venientem precedunt nisi desideriorum carnalium turbas tumultusque viciorum qui priusquam ihesus ad cor nostrum veniat temptationibus suis cogitationem nostram dissipant et voces cordis in oratione perturbant. Sepe namque dum converti ad deum post perpetrata vicia volumus, dum contra hec eadem exorare vicia que perpetravimus conamur, occurrunt cordis fantasmata peccatorum que fecimus, mentis nostre aciem reverberant, confundunt animum et vocem nostre deprecationis premunt. Qui preibant ergo increpabant eum ut taceret, quia priusquam ihesus ad cor nostrum veniat mala que fecimus cogitationi nostre suis ymaginibus illisa in ipsa nostra oratione conturbant. Sed quid ad hec illuminandus iste cecus fecerit audiamus. Sequitur. Ipse vero multo magis clamabat fili david miserere mei. Ecce quem turba increpat ut taceat magis ac magis clamat, quia quanto graviore tumultu cogitationum

carnalium premimur tanto orationi insistere ardentius debemus. Contra dicit turba ne clamemus quia peccatorum nostrorum fantasmata plerumque in oratione patimur. Sed nimirum necesse est ut vox cordis nostri quo durius repellitur eo valentius insistat, ut tumultum cogitationis illicite superet atque ad pias aures domini nimietate sue importunitatis erumpat. Ipse ut suspicor recognoscit unusquisque quod dicimus, quia dum ab hoc mundo ad deum animum mutamus, dum ad orationis opus convertimur, ipsa que prius delectabiliter gessimus importuna atque postea gravia in oratione toleramus. Vix eorum cogitatio manu sancti desiderii ab oculis cordis abigitur. Vix eorum fantasmata per penitencie lamenta superantur. Sed cum in oratione nostra vehementer insistimus transeuntem ihesum menti figimus. Unde illic subditur. Stans autem ihesus iussit eum adduci ad se. Ecce stat qui ante transibat, quia dum turbas fantasmatum in oratione patimur ihesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum vero orationi vehementer insistimus stat ihesus ut lucem restituat, quia deus in corde figitur et lux amissa reparatur. Qua tamen in re et aliud aliquid nobis dominus innuit quod intelligere de humanitate ac divinitate illius utile possit. Clamantem etenim cecum transiens audivit, sed stans miraculum illuminationis exhibuit. Transire namque est humanitatis, stare divinitatis ~~humanitatis~~. Per humanitatem quippe habuit nasci, crescere, mori, resurgere, de loco ad locum venire. Quia ergo in divinitate mutabilitas non est, atque hoc ipsum mutare transire est, profecto iste transitus ex carne est, non ex divinitate. Per divinitatem vero ei stare est, quia ubique presens nec per motum venit nec per motum recedit. Cecum igitur clamantem dominus transiens audivit, stans illuminat quia per humanitatem

suam vocibus nostre cecitatis compatien-
do innixus est. sed lumine nostre gracie
per divinitatis potenciam infudit. Et non-
dum quid ceco venienti dicat. Quid
quid tibi vis faciam. Numquid qui lumen
reddere poterat quid vellet cecus ignora-
bat. Sed peti vult hoc quod et nos petere
et se concedere prescit. Importune
namque ad oracionem nos ammonet et tamen
dicit. Scit namque pater vester quid opus
sit vobis antequam petatis eum. Ad
hoc requirit ut petatur. ad hoc requirit
ut cor ad oracionem excitet. Unde et cecus
protinus adiungit. Domine ut videam.
Ecce cecus a domino non aurum sed lucem
querit. Parvipendit extra lucem aliquid
querere. quia et si habere cecus quodlibet
potest sine luce non potest videre quod habet. Imi-
temur ergo fratres karissimi eum quem et cor-
pore audivimus. et mente salvatum.
Non falsas divicias. non terrena
dona. non fugitivos honores a domino
sed lucem queramus. Nec lucem que
loco clauditur. que tempore finitur.
que noctium interrupcione variatur.
que a nobis communiter cum pecoribus
cernitur. Sed lucem queramus quam vi-
dere cum solis angelis possimus. quam
nec inicium inchoat nec finis angu-
stat. Ad quam profecto lucem via fides
est. Unde recte et illuminando ceco protinus
respondetur. Respice. fides tua te sal-
vum fecit. Sed ad hec cogitacio carna-
lis dicit. Quomodo possum lucem spiri-
talem querere. quam videre non possum.
Unde michi certum est. si sit que cor-
poris oculis non refulget. Cui scilicet co-
gitacioni est quod breviter respondeatur
quia et hec que sentit. non per corpus
sed per animam cogitat. Et nemo anima-
m suam videt. nec tamen se dubitat
animam habere quam non videt. Ex invisibili
anima visibile regitur corpus. Si
auferatur quod est invisibile. protinus hoc
quod visibile stare videbatur corruit. Ex invi-
sibili ergo substancia in hac vita visibili
vivitur et esse vita invisibilis du-
bitatur. Sed iam petenti ceco quid
factum est. vel quid ipse fecerit audiamus.
Sequitur. Confestim vidit. Et sequebatur
eum. Videt et sequitur qui bonum
quod intelligit operatur. Videt autem
sed non sequitur. qui bonum quidem
intelligit. sed bona operari contempnit.
Si ergo fratres karissimi cecitatem iam nostre
peregrinacionis agnoscimus. si credendo
in redemptoris nostri misterio iuxta
viam sedemus si exorando coti-
die ab auctore nostro lucem petimus. Si
cecitatem iam per intellectum vi-
dendo illuminati post cecitatem sumus
Ihesum quem mente cernimus opere
sequamur. aspiciamus qua graditur
et eius vestigia imitando
teneamus. Ihesum etenim sequitur
qui imitatur. Hinc namque dicit
Sequere me et dimitte mortuos
sepelire mortuos suos. Sequere
enim dicitur imitare. Hinc rur-
sus ammonet dicens. Si quis
michi ministrat me sequatur. Con-
sideremus ergo qua graditur ut sequi
mereamur. Ecce cum sit dominus
et creator angelorum suscepturus natu-
ram nostram quam condidit in uterum
virginis venit. Nasci tamen in hoc
mundo per divites noluit parentes
pauperes elegit. Unde et agnus
pro eo offeretur defuit columbarum
pullos et par turturum ad sacrifi-
cium mater invenit. Prosperari in
mundo noluit obprobria irrisiones-
que tolleravit. sputa flagella ala-
pas spineam coronam crucemque susti-
nuit. Et quia per delectacionem
a gaudio interno cecidimus
cum quanta amaritudine illuc rede-
atur ostendit. Quid itaque homo pro se
pati debet si tanta deus pro hominibus

protulit. Cum ergo iam credidit, sed ad-
huc avaritie estu agitatur, in superbia
honoris extollitur, invidie facibus
inardescit, libidinis inmundicia se
polluit, prospera que in mundo sunt
concupiscit, illum in quo credidit se-
qui contempnit. Dum eo quippe itinere
ambulat, quo gaudia delectationesque
appetit, cui dux premissus viam amari-
tudinis ostendit. Revocemus ergo ante
oculos peccata que fecimus, consideremus
quam terribilis iudex hec puniturus
adveniat. Mentem formemus
ad lamenta, vita nostra ad tempus amares-
cat in penitentia, ne eternam amaritu-
dinem sentiat in vindicta. Per fletus
quippe ad gaudia ducimur, veritate
pollicente que ait: Beati qui lugent
nunc, quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum
vero per gaudia pervenitur, hac eadem
veritate attestante que ait: Ve vobis
qui ridetis nunc, quia lugebitis et
flebitis. Si ergo retributionis gaudium
in perceptione querimus, penitentie amari-
tudinem in via teneamus. Sicque fit ut
non solum nostra in deum vita
proficiat, sed hec ipsa nostra conversatio
ad laudem dei et alios accendat.
Unde illic subditur: Et omnis plebs
ut vidit dedit laudem deo. Etc.

Secundum Lucam

In illo tempore loquente Ihesu ad
turbas, ecce mater eius et fratres stabant
foris querentes loqui ei. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Sancti ewangelii, fratres karissimi, bre-
vis est lectio recitata, sed magnis
misteriorum ponderibus gravida. Ihesus
etenim conditor et redemptor noster ma-
trem se nosse dissimulat, et que
ei mater sit, qui propinqui, non per cogna-
tionem carnis, sed per cognationem spiritus
designat dicens: Que est mater mea,
et qui sunt fratres mei? Quicumque fecerit

voluntatem patris mei qui in celis est,
ipse meus frater et soror et mater est. Quibus
nobis verbis quid aliud innuit nisi
quod obsequentes iussionibus patris multos
ex gentilitate colligit, et iudeam ex qua
carne est genitus non cognoscit? Unde
et mater eius tamquam quasi non agnoscitur
foris stare perhibetur, quia videlicet sina-
goga idcirco ab auctore suo non recognos-
citur, quia legis observationem tenens
spiritalem intellectum perdidit, et sese ad
custodiam littere foris fixit. Sed cum
his qui voluntatem patris fecerit
soror et frater domini dicitur pro utroque
sexu qui ad fidem colligitur, mirum
non est. Mirandum vero valde est
quomodo et mater dicatur. Fideles enim
discipulos fratres vocare dignatus
est dicens: Ite nuntiate fratribus meis.
Qui ergo frater domini fieri ad fidem venien-
do potuit, querendum est quomodo etiam
possit mater. Sed sciendum nobis est
quia qui Christi frater et soror est cre-
dendo, mater efficitur predicando. Quasi
enim parit dominum quem corde audientis
<u>audierit</u> infuderit, et mater eius efficitur
si per eius vocem amor dei in proxi-
mi mente generatur. Ad quam rem nobis
producere confirmando adest beata
Felicitas, cuius hodie natalitia cele-
bramus, que credendo extitit ancilla
Christi, et predicando facta est mater Christi.
Septem quippe filios, sicut in gestis
eius emendatioribus legitur, post se
timuit vivos in carne relinquere,
sicut carnales parentes solent metuere
ne mortuos premittant. In persecu-
tionis emulatoribus deprehensa filiorum
corda in amore superne patrie pre-
dicando roboravit, et parturivit spiritu
quos carne pepererat mundo. Consideret
fratres karissimi in femineo corpore virile
pectus. Ad mortem extitit imperterrita,
amittere se in filiis lumen veritatis

De sancta Felicitate vidua.

si non fuisse celebrata timuit. Numquid
ergo hanc feminam martirem sed plus quam
martirem dixerim. Certe tamen dominus
de Iohanne loquitur dicit: Quid
existis videre in deserto prophetam? Uti-
que dico vobis et plus quam prophetam.
Et Iohannes ipse respondit dicens:
Non sum propheta. Qui enim se plus quam
noverat esse se prophetam negat. Qui
idcirco plus quam propheta dicitur quia prophete
est officium ventura prenunciare non
etiam ostendere. Iohannes vero propheta
est et plus quam propheta quia quem verbo
dixit digito ostendit. Non ergo hanc
feminam martirem sed plus quam martirem
dixerim. Que septem pignoribus ad
regnum premissis toties
ante mortua ad penas una prima
pervenit. Sed pervenit octava. A-
spexit mater et cruciata intrepida
filiorum mortem spei gaudium exhibuit
dolorem nature. Timuit viven-
tibus gavisa est morientibus. Op-
tavit post se nullum relinquere
ne si quem sibi haberet superstitem non
posset habere consortem. Nemo ergo
ex vobis fratres karissimi existimet quod eius
cor morientibus filiis etiam carnalis
affectus minime pulsaret. Neque enim
filios quos carnem suam esse noverat
sine dolore poterat morientes videre.
Sed erat vis amoris interior que
dolorem vinceret carnis. Unde et pas-
suro Petro dicitur: Cum senueris ex-
tendes manus tuas et alius te
precinget et ducet quo tu non vis.
Neque enim plenissime si nollet pro
Christo pati potuisset sed martirium
quod per infirmitatem carnis noluit
per virtutem spiritus amavit. Qui dum
secundum carnem ad penas trepidat per

spiritum ad gloriam exultat. Actumque
est ut cruciatum martirii nolendo
voluisset. Sic nos quoque cum
gaudio eterne salutis amare
poculum sumimus purgationis
Amaritudo quidem in poculo di-
splicet. Sed restituenda per ama-
ritudinem salus placet. Amat er-
go mater tantum felicitas filios
sed pre amore celestis patrie
mori coram se voluit quos
amavit. Ipsa eorum vulnera acce-
pit sed ipsa eis ad regnum pre-
venientibus extitit. Recte ergo
hanc feminam ultra martirem
dixerim que totiens est in filiis
desiderabiliter extincta dum mul-
tiplici martirio obtinuit ipsa
quoque martirii palma vinceret.
Fertur apud veteres morem fuisse
ut quisquis consul existeret
iuxta ordinem temporum hono-
res primi locum teneret. At si
quis postmodum ad consulatum
veniens consul non semel sed
bis fuisse aut ter fuisset etiam
illos laude et honore transcenderet
qui non plus quam semel consules
extitissent. Vicit ergo beata Felici-
tas martires que tot ante se mori-
entibus filiis pro Christo mortem se-
quens occubuit quia ad amo-
rem illius sola sua mors mi-
nime sufficerit. Consideremus fratres
karissimi hanc feminam consideremus
nos qui membris corporis viri su-
mus in eius comparatione quid existi-
mabitur. Sepe namque agenda
aliqua bona proponimus sed si unus

Auct nota

contra nos levissimus sermo ab ore ir-
ridentis erumpit · ab intentione actionis
nostre statim pedem et confusi resilimus
Ecce nos plerumque a bono opere verba
revocant; felicitatem vero a sancta inten-
tione frangere nec tormenta potuerunt
Nos nec maledictionis impingimus
hec ad regnum etiam per ferrum tendens
nichil esse quod obsisteret estimavit
Nos ad precepta dominica largiri nostra
saltem superflua nolumus; hec non solum
deo rem substanciam contulit · sed pro illo etiam
propriam carnem dedit. Nos cum ex divina
visione filios amittimus sine consola-
tione lugemus; hec eos velut mor-
tuos plangeret si non obtulisset. Cum er-
go ad illud tribulationis examen districtus
iudex venerit · quid nos viri dicturi sumus
cum eius femine gloriam videmus
debilitate mentis sue. Que tunc virilis
viris excusatio · cum hec ostenditur quod
cum seculo sexum vicit. Sequamur er-
go fratres karissimi districtam et asperam
redemptoris viam · usu quippe virtu-
tum ita iam plana facta est · ut per
eam feminis libet ambulare. Despi-
ciamus cuncta presentia presentia · nulla
sunt etenim que tenere possint. Tur-
pe sit diligere quod constat citius perire
Non nos terrenarum rerum amor superet
non superbia inflet · non ira dilaniet
· non luxuria polluat · Non invidia
consumat. Amore nostro fratres karissimi
redemptor noster occubuit · et nos amore
eius discamus vincere nosmetipsos
Et si perfecte nos agimus non solum
innumeras penas evademus · Sed
cum martiribus gloriam remunera-
bimur. Nam quamvis occasio persecutio-
nis non est deest · habet tamen et pax
martirium suum et si carnis col-
la ferro non subdimus · spiritali tamen
gladio carnalia desideria in mente
trucidamus adiuvante etc.

Secundum Iohannem

In illo tempore misit ihesus duo-
decim discipulos suos · precipiens
eis et dicens · In viam gentium
ne abieritis et in civitates Sama-
ritanorum ne intraveritis sed potius ite
ad oves israel que perierunt. Et reliqua

Omelia beati Gregorii pape de eadem

Cum constet omnibus fratres karissimi
quia redemptor noster in mundo
pro redemptione gentium venit cum Sa-
maritanos cotidie ad fidem vocare
conspicimus · quid est quod in predicatione di-
scipulos mittens dicens in viam gen-
tium ne abieritis · et in civitates Sa-
maritanorum ne intraveritis · sed potius ite
ad oves que perierunt domus israhel
nisi hoc quod facti fine colligimus
· quia prius solis iudeis voluit et post-
modum cunctis gentibus predicari ut
dum illa conversa vocata renuit
predicatores sancti ad vocationem gentium
per ordinem venirent · quatinus redem-
ptoris nostri predicatio a suis repulsa
gentiles populos extraneos quereret
et quod iudeis fiebat · in testimonium
hoc gentibus fieret in adiutorium
Erant etiam tunc · qui de iudea voca-
di perire cerrit · et de gentibus vocari non
merentur. Nam et in apostolorum actibus predi-
cante petro legimus et primum hebreorum
tria milia · et postea quinque milia
credidisse. Et cum predicare apostoli
gentibus in asia voluissent a spiritu
prohibiti esse memorantur. Et tamen idem
spiritus qui prius predicationem prohibuit
hanc asianorum cordibus postmodum
infudit. Nam diu est quod asia tota
iam credidit. Quod ergo prius prohibuit
quod postmodum fecit · quia illa
erant qui nec dum ad vitam reparari
merentur. Sed tamen utiliter eis predica-
tionis officium subtrahitur ne gravius
de contempta predicatione iudicari me-
rerentur. Subtili ergo occultoque iudicio
agitur quod ad quibusdam predicatio sancta subtrahitur
quia suscitari per gratiam non merentur
Unde necesse est fratres karissimi ut in omne
quod agimus omnipotentis super nos
dei nostri consilia occulta timeamus

ne divina mens, cuius extra sua aspera
se voluntate non revocat, intus contra
eam iudex terribiliter adversa dispo-
nat. Quod bene psalmista intuens
ait: Venite et videte opera domini,
quam terribilis in consiliis super filios
hominum. Vidit namque quod alius mi-
sericordia vocatur, alius iustitia exigen-
te repellitur. Et quia alia precedendo,
alia insequendo disponit, ex-
pavit quod penetrare non potuit. Et quod
non solum investigabilem in quibus-
dam suis sensibus, sed etiam inflexi-
bilem vidit, terribilem in consiliis
esse memoravit. Christi autem predicatoribus
quod precipiatur audiamus: Euntes
predicate dicentes, quia appropinquavit
regnum celorum. Hoc iam, fratres dilectis-
simi, etsi evangelium taceat, mundus
clamat. Ruine namque illius sunt
quasi eius voces. Tot attritus percussionibus
a gloria sua cecidit, quasi iam nobis
proximum regnum aliud quod sequitur
ostendit. Ipsis iam et a quibus amatur
amarus est. Ipse ruine eius predicant
quod amandus non est. Si enim ruinam
sue domus quassata minaretur, quisquis
in illa habitaret fugeret. Et qui
stantem dilexit, cadentem quantotius
abscedere festinaret. Si igitur mundus
cadit et omnes eum amando am-
plectimur, opprimi volumus potius quam
habitare. Quia nulla nos ratio a
ruina illius separat, quos eius passio-
nibus amor ligat. Facile quippe est nunc
iam cum destructa omnia cernimus
animum nostrum ab eius dilectione dis-
iungere. Sed hoc illo in tempore diffi-
cillimum fuit, quo tunc predicare celorum
regnum invisibile mittebantur, cum
longe lateque omnes cernerent florere
regna terrarum. Unde et adiuncta
sunt predicatoribus sanctis miracula,
ut fidem verbis daret virtus ostensa,
et nova facerent qui nova predica-
rent. Sicut in eadem hac lectione
subiungitur: Infirmos curate, mor-
tuos suscitate, leprosos mundate, de-
mones eicite. Florente mundo, cre-
scente genere humano, diu in hac
vita subsistente carne, ex ubertate
rerum opulentia, quis tunc audi-
ret vitam aliam esse crederet? Quis
invisibilia visibilibus preferret? Sed
ad salutem redeuntibus infirmis, ad
vitam resurgentibus mortuis, car-
nis munditiam recipientibus leprosis,
ereptis autem in mundo spiritu de-
moniacis, tot visibilibus miraculis
exactis, quis non crederet quod de invi-
sibilibus audiret? Ad hoc quippe
visibilia miracula coruscant, ut
corda videntium ad fidem invisibi-
lium pertrahant, ut per hoc quod mirum
foris agitur, quod intus est longe mira-
bilius esse sentiatur. Unde nunc
quoque, cum fidelium numerositas ex-
crevit, intra sanctam ecclesiam multi
sunt qui vitam virtutum non habent.
Quia frustra miraculum foris osten-
ditur, si deest quod intus operatur. Nam
iuxta magistri gentium vocem lingue
in signum sunt non fidelibus, sed infi-
delibus. Unde et isdem predicator
Militene veniens et plenam infide-
libus insulam reperiens, patrem Publii
dissinteria febribusque vexatum orando
salvavit, et sancte predicationis adiu-
torem Thimotheum ex infirmitate
stomachi lassescentem non verbo curat,
sed medicinali arte mederi parat,
dicens: Modico vino utere propter
stomachum et tuas frequentes infir-
mitates. Quia ergo infirmum infidelium
una parte salvat, cur egrotum so-
cium prece non roborat? Quia nimirum
ille foras per miraculum salvandus
erat qui vivus intus non erat, ut
per hoc quod exterior virtus animaret. Egro-
tum autem fideli socio exhibenda fo-
ris signa non fuerant, qui salubriter
intus vivebat. Sed concessa per dicta

potestate praedicationis concessa
virtutum miraculis. quid vero ipse
tor noster subiungat audiamus
Gratis accepistis. gratis date.
Praevidebat namque nonnullos hoc
ipsum donum accepti spiritus in
usum negotiationis inflectere
et miraculorum signa ad avaritie
obsequium declinare. Hinc est
enim quod Symon per impositionem ma-
nus edita miracula conspiciens
percipere donum spiritus per pecuniam
voluit. Scilicet ut deterius venderet
quod male comparasset. Hinc de tem-
plo redemptor noster flagello de
resticulis facto turbas eiecit ka-
thedras vendentium columbas
evertit. Columbas quippe vendere
est impositionem manus qua spiritus
sanctus accipitur non ad vite
meritum sed ad premium dare. Sed
sunt nonnulli qui quidem nummorum
premia pro ordinatione non acci-
piunt et tamen sacros ordines
pro humana gratia largiuntur. Atque
de largitate eadem laudis solummodo
retributionem quaerunt. Hii nimirum
quod gratis acceptum est gratis
non tribuunt. quia de impenso officio
sanctitatis nummum favoris ex-
petunt. Unde bene cum iustum vi-
rum describeret propheta ait. Qui excutit
manus suas ab omni munere.
Neque enim dicit qui excutit ma-
nus suas de munere. sed adiecit
ab omni. quia aliud est munus
ab obsequio. aliud munus a
manu. Aliud munus a lingua.
Munus quippe ab obsequio est sub-
iectio indebite impensa. Munus
a manu pecunia est. Munus
a lingua favor. Qui ergo sacros
ordines tribuit. tunc ab omni munere
manus excutit. quando in divinis rebus
non solum nullam pecuniam. sed
etiam humanam gratiam non requirit.
Sed vos fratres karissimi. quos secularis
habitus tenet. cumque sint nostra cogno-
scitis vestros oculos ad vestra revocate.
Et cuncta que vos vicissim agite
nolite operis vestri in hoc mundo
retributionem querere quem cum tanta
iam currentis velocitate defecisse.
Cavete ne mala quoque nedum bona
pro temporali retributione faciatis.
ipsum testem vestri operis querite. quem
iudicem sustinetis. Occulta esse
bona vestra videat. ut ea retribu-
tionis sue in publico ostendat. Sic-
ut carni vestre ne deficiat cibos cotidie
prebetis. sic mentis vestre cotidiana
alimenta bona sint opera. Cibo corpus
pascitur. pio opere spiritus nutritur.
Quod morituro carni tribuitis
mansure in perpetuo animo non negetis.
Sed quando enim repentinus ignis
habitaculum assumit. quisque eius pos-
sessor extitit. rapit quod valuit et
fugit. Lucrum deputat si quid
secum ex ignibus tollat. Ecce tribula-
tionum flamma mundum concremat et
cuncta que in eo perfecta videbantur
finis iam proximus velud ignis
devastat. Lucrum ergo fratres karissimi
maximum credite si vobiscum aliquid
de illo rapiatis. si quid fugientes
tollatis. Sed hoc quod fore remanendo
potuerit ad retributionem vobis perpetuam
largiendo servamus. Cum velocitate
tempus fugimus. Audivimus ergo
attentius iudicem nostrum. quia cum ma-
gna importunitate impellimur.

ei bonis actibus cum festinatione pervenire
donante. Secundum Matheum

In illo tempore Ambulans ihesus iuxta
mare galilee vidit duos fratres simonem
qui vocatur petrus et andream fratrem
eius mittentes rethia sua in mare Et
Reliqua. Omelia beati gregorii pape de eadem

Audistis fratres karissimi quia ad unius
iussionis vocem petrus et andreas
relictis rethibus secuti sunt redemptorem
Nullam vero facere adhuc miracula
viderant nichil ab eo de premio eterne
retribucionis audierant et tamen ad unum
domini preceptum hoc quod possidere videbantur
obliti sunt. Quanta nos eius miracula
videmus quot flagellis affligimur quantis
minarum asperitatibus deterremur et tamen
vocantem sequi contempnimus. In celo
iam sedet qui de conversione nos
ammonet. Iam iugo fidei colla gentium
subdidit. Iam mundi gloriam stravit.
Iam ruinis eius crebrescentibus districti
iudicii sui diem propinquantem denunciat
et tamen superba mens nostra non vult
hoc sponte deserere quod cotidie perdit
invita. Quid ergo fratres karissimi quid in
eius iudicio dicturi sumus qui ab amore
presentis seculi nec preceptis flectimur nec
verberibus emendamur. Sed fortasse
aliquis tacitis sibi cogitacionibus dicat
Ad vocem dominicam utrique iste piscator
quid aut quantum dimisit qui pene
nichil habuit. Sed hac in re fratres
karissimi affectum potius debemus pocius
pensare quam censum. Multum re-
liquit qui sibi nichil retinuit. Mul-
tum reliquit qui quantulibet parum de-
seruit. Certe nos et habita cum amore
possidemus et ea que minime habemus
ex desiderio querimus. Multum ergo
petrus et andreas dimisit quando
uterque etiam desideria habendi dereliquit
Multum dimisit cum re possessa
et concupiscentiis renunciavit. A sequentibus
ergo tanta dimissa sunt quanta non

Piscator modicum reliquit

a sequentibus concupisci potuit. Nemo
ergo etiam cum quosdam conspicit multa
dereliquisse apud semetipsum di-
cat. Imitari huius mundi contemptores
volo sed quod relinquam non habeo
Multa fratres relinquitis si desideri-
is terrenis renunciatis. Exteriora enim
nostra domino quantulibet parva sufficiunt.
Cor namque et non substanciam pensat
Nec perpendit quantum in eius sacrificio
sed ex quanto proferatur. Nam si exteriorem
substanciam perpendimus. Ecce sancti ne-
gociatores nostri perpetuam angelorum
vitam datis rethibus et navi mercati
sunt. Estimacionem quippe precii certe
non habet sed tamen regnum dei tantum
valet quantum habes. Valuit namque
zacheo dimidium substancie quia dimidium
aliud ad hoc quod iniuste abstulit
restituendum in quadruplo reservat
reservavit. Valuit petro et andree
dimissis rethibus et navi. Valuit vidue
duobus minutis. Valuit alteri
calice aque frigide. Regnum itaque
dei ut diximus tantum valet quantum
habes. Pensate ergo fratres quid vilius
cum emitur quid carius cum possi-
detur. Sed fortasse nec calix aque
frigide suppetit cui indigenti
prebeatur. Etiam tunc securitatem nobis
promittit sermo divinus. Redemptore
etenim nato celi cives apparuerunt
qui clamaverunt Gloria in excelsis
deo et in terra pax hominibus bone
voluntatis. Ante dei namque oculos
numquam est vacua manus munere
si archa cordis sit repleta bona
voluntate. Hinc etenim psalmista
dicit In me sunt deus vota tua
que reddam laudaciones tibi. Ac
si aperte dicat Et si exterius munera
offerenda non habeo intra me ipsum
tamen invenio quod in ara tue laudis
impono. Quia qui nostra da-
cionis non pasceris oblacione cordis me-
lius placaris. Nichil quippe offertur

Deo dicitur voluntate bona. Vo
luntas autem bona est. sic adversa
alterius sicut nostra pertimescere. Sic de
prosperitate proximi. sicut de nostro profectu
gratulari. Aliena dampna nostra
credere. aliena lucra nostra deputare.
Amicum non propter mundum. Sed propter
deum diligere. inimicum etiam amando
tollerare. Nulli quod pati non vis facere.
Nulli quod tibi iuste impendi desideras
denegare. Necessitati proximi non
tantum concurrere. sed prodesse etiam ultra
vires velle. Quid ergo isto holocau
sto locupletius. quando in hoc quod deo immo
lat in ara cordis anima semetipsam
mactat. Sed hoc bone voluntatis
sacrificium numquam plene persolvitur.
nisi huius mundi cupiditas perfecte
deseratur. Nam quidquid in eo concu
piscimus hoc procul dubio proximis in
videmus. Videtur etenim quia nobis
deesse quod alter assequitur. Et quia per in
vidiam a bona voluntate discordat.
mox ut huic mentem cepit. illa di
scedit. Unde predicatores sancti ut pos
sint proximos perfecte diligere studuerunt
in hoc seculo nichil amare nichil
umquam appetere. Quos bene ysaias
intuens ait. Qui sunt isti qui ut
nubes volant. et quasi columbe ad
fenestras suas. Vidit quippe eos ter
rena despicere mente celestibus propin
quare. verbis pluere miraculis
coruscare. Et quos aliena contagia
et sancta predicatio et sublimis vita
suspendebat. hos volantes pariter et nu
bes appellat. Fenestre autem nostre sunt
oculi. quia per ipsos anima respicit
quod exterius concupiscit. Columba vero
simplex est animal. atque a malicia felle
alienum. Quasi columbe ergo ad fene
stras suas sunt. qui nichil in hoc
mundo concupiscunt. Qui omnia sim
pliciter aspiciunt. et in his que vident ra
pacitatis studio non trahuntur. Et
contra milvus et non columba ad
fenestras suas est. qui ad ea que oculis
conspicit rapine desiderio anhelat. Quia
ergo fratres karissimi beati andree apostoli natali
cia celebramus. debemus imitari quod colimus.
Ostendat mens obsequium devotionis in
imitatione sollempnitatis mentis. Despiciamus
que terrena sunt. relictis temporalibus
vincamus eterna. Si autem nec dum pos
sumus relinquere propria. saltem non concupi
scamus aliena. Si nec dum mens nostra
accenditur igne caritatis. in cubiculis
sua habeat frenum timoris. ut profectus
sui passibus vegetata. dum ab aliorum
appetitu compescitur. quandoque ad propria contemp
nenda perducatur. prestante domino. Secundum

In illo tempore. Cum dominum Mattheum.
Cum audisset iohannes in vinculis
opera christi. mittens duos de discipul
is suis ait illi. Tu es qui venturus
es an alium expectamus. Et reliqua.

Omelia beati gregorii pape de eadem lectione

Querendum nobis est fratres karissimi
iohannes propheta et plusquam propheta
qui venientem ad iordanis baptisma
dominum ostendit dicens. Ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mundi. et qui humi
litatem et divinitatis eius potentiam conside
rans ait. qui de terra est de terra loquitur.
qui autem de celo venit super omnes est.
cur in carcere positus. mittens discipulos
requirit. tu es qui venturus es an alium
expectamus. Tamquam si ignoraret quem
ostenderat. et an ipse sit. nesciat. quem
ipsum ipse prophetando baptizando ostendendo
clamaverat. Sed hec citius questio
solvitur. si geste rei tempus et ordo
pensetur. Ad iordanis enim fluenta
positus quia ipse redemptor mundi esset
asseruit. Missus vero in carcere an ipse
veniat requirit. Non quia ipsum esse
mundi redemptorem dubitat. sed querit
ut sciat. si is qui per se in mundum venerat
per se etiam ad inferni claustra descendat.
Quem enim precurrens mundo nunciaverat
hunc moriendo ad inferos precurrebat

Ait ergo Tu es qui venturus es an ali-
um expectamus Ac si aperte dicat
Sic pro hominibus nasci dignatus es an etiam
ad inferos descendere dignus insinua
ut qui nativitatis tue precursor exstiti
descensionis etiam precursor fiam et ve-
turum in inferno te nunciem quem iam
venisse mundo enunciavi Unde et
interrogatus dominus enumeratis potentie
sue miraculis de mortis sue protinus
humilitate rendit dicens Ceci vident
claudi ambulant leprosi mundantur
surdi audiunt mortui resurgunt
pauperes ewangelizantur Et beatus est
qui non fuerit scandalizatus in me
Visis tot signis tantisque virtutibus
non scandalizari quisque potuit sed
mirari sed infidelium mens grave
in illo scandalum pertulit cum eum et post
tot miracula morientem vidit Unde
et ad corinthios et paulus dicit
Nos autem predicamus christum iudeis
crucifixum iudeis quidem scandalum
gentibus autem stultitiam Stultitia
quippe hominibus visum est ut pro hominibus
auctor vite moreretur Et inde contra
eum scandalum sumpsit unde ei amplius
debitor fieri debuit Nam tanto deus
ab hominibus dignius honorandus est
quanto pro hominibus et indigna suscepit
Quid est ergo dicere beatus est qui in me
scandalizatus non fuerit in me nisi
aperta voce abiectionem mortis sue humi-
litatemque signare Ac si patenter
dicat Mira quidem facio sed abiecta
perpeti non dedignor Quia ergo moriendo
te subsequor cavendum valde est hominibus
ne in me mortem despiciant qui si-
gna venerantur Sed dimissis Joha-
nis discipulis quid de eodem Johanne
turbis dicat audiamus Quid existis
videre in deserto harundinem vento
agitatam Quod videlicet non asserendo
sed negando intulit Harundinem
quippe mox ut aura contigerit
in partem alteram flectit Et quid per ha-
rundinem nisi carnalis animus designatur
Qui mox ut favore vel detractione
tangitur statim in partem quamlibet
inclinatur Si enim ab humano ore
aura favoris flavit hyllarescit ex-
tollitur totumque se quasi ad gratiam
inflectit Sed si inde ventus detrac-
tionis erumpit unde laudis aura
veniebat mox hunc quasi in partem
alteram ad vim furoris inclinat
Sed harundo vento agitata Joha-
nes non erat quia hunc nec blandum
gratia nec cuiuslibet ira asperum
faciebat Nec prospera hunc erigere
nec adversa noverant inclinare
Harundo ergo vento agitata Joha-
nes non erat quem ab statu sui rec-
titudine nulla rerum varietas inflec-
tebat Discamus ergo fratres karissimi
harundo vento agitata non esse
Solidemus animum inter auras linguarum
positum stet inflexibilis status
mentis Nulla nos detractio
ad iram provocet ad remissionem
inutilis gratie nullus favor inclinet
Non nos prospera elevent non adversa per-
turbent Ut qui in soliditate fidei
figimur nequaquam rerum transeuntium
mutabilitate moveamur Adhuc
autem de eius expressione subiungitur
Sed quid existis videre hominem
mollibus vestitum Ecce qui mollibus
vestiuntur in domibus regum sunt
Camelorum etenim contextis pilis ut
satis vestitus Johannes fuisse descri-
bitur Et quid est dicere ecce qui mol-
libus vestiuntur in domibus regum
sunt nisi aperta sententia demonstrare
quia non celesti sed terreno regno
militant hi qui pro deo perpeti aspera
fugiunt sed solis exterioribus deditis pre-
sentis vite mollitiem et delectationem querunt
Nemo ergo existimet in fluxu atque
studio preciosarum vestium peccatum deesse

quia si hoc culpa non esset nullo modo Iohannem dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset nequaquam petrus apostolus per epistolam feminas a preciosarum vestium appetitu compesceret dicens: Non in veste preciosa. Pensate ergo que culpa sit hoc etiam viros appetere a quo curavit pastor ecclesie et feminas prohibere. Quamvis hoc quod Iohannes non esse vestitus mollibus dicitur per significationem intelligi et aliter potest. Mollibus enim vestitus non fuit quia vitam peccantium non blandimentis fovit sed vigore aspere invectionis increpavit dicens: Genimina viperarum quis vobis demonstrabit fugere a ventura ira. Unde et per salomonem dicitur: Verba sapientium quasi stimuli et quasi clavi in altum defixi. Clavis quippe atque stimulis sapientium verba comparantur quia culpas delinquentium nesciunt palpare sed pungere. Sed quid existis videre in deserto prophetam? Etiam dico vobis et plus quam prophetam. Prophete quippe ministerium est ventura predicere non etiam demonstrare. Iohannes ergo plus quam propheta est quia eum quem precurrendo prophetabat ostendendo demonstrabat. Sed quia harundo vento agitata esse denegatur quia non esse vestitus mollibus dicitur quia tamen prophete nomen ei impar esse perhibetur iam quid digne dici possit audiamus. Sequitur: Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam ante te. Quod enim grece angelus hoc latine nuncius dicitur. Recte ergo qui nunciare supernum iudicem mittitur angelus vocatur ut dignitatem servet in nomine quam explet in operatione. Altum quippe nomen est

sed vita nomine inferior non est. Utinam fratres karissimi non ad meritum nominis dicamus quod omnes qui sacerdotii nomine censentur angeli vocantur. Propheta attestante qui ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirent ex ore eius quia angelus domini exercituum est. Sed huius altitudinem nominis etiam vos si vultis potestis mereri. Nam unusquisque vestrum in quantum sufficit in quantum gratiam superne aspirationis accepit si a pravitate proximum revocat si exhortari ad bonum operandum curat si eternum regnum vel supplicium erranti denunciat cum verba sancte annunciationis impendit profecto angelus existit. Et nemo dicat: monere non sufficio exhortari idoneus non sum. Quantum potes exhibe ne male servatum quod acceperas in tormentis exigaris. Neque enim plus quam unum talentum acceperat qui hoc abscondere magis studuit quam erogare. Et scimus quod in tabernaculo non solum phiale sed precepto domini etiam ciati facti sunt. Per phialas quippe doctrina exuberans per ciatos vero parva atque angusta scientia designatur. Alius doctrina veritatis plenus audientium mentes inebriat. Per hoc ergo quod dicit profecto phialam porrigit. Alius explere quod sentit non valet sed quia hoc utcumque denunciat profecto per ciatum gustum prebet. Vos ergo in tabernaculo dei id est in sancta ecclesia positi si per doctrinam sapientie ministrare phialas nullo modo potestis in quantum pro divina largitate sufficitis proximis vestris bonorum verborum ciatos date. In quantum vos profecisse pensatis etiam alios trahite in via dei socios habere desiderate. Si quis vestrum fratres ad forum aut fortasse ad balneum pergit quem ociosum esse considerat ut secum veniat invitat. Ipsa

Sacerdos nomine angeli vocatur.

ergo terrena actio nos intus conuincat
et si ad eum tenditis currite ne ad
eum soli veniatis Scriptum etenim
est Qui audit dicat veni
et qui iam in corde vocem superni
amoris accepit foris etiam proximis
vocem exhortacionis reddat Et si
fortasse panem ut indigenti ele-
mosinam porrigat non habet maius
quod tribuere valeat qui linguam habet
Plus est enim verbi pabulo victuram
in perpetuum mentem reficere quam
carnem terrene moriture carnis terreno
pane satiare Nolite ergo fratres proximis
vestris elemosinam verbi subtrahere
Me etiam vos ammoneo ut ab ocioso
sermone parcamus inutiliter loqui
declinemus in quantum retinere lingue
prevalemus Ne in ventum verba non de-
fluant cum iudex dicat Omne
verbum ociosum quod locuti fuerint ho-
mines reddent de eo racionem in die iudicii

Quid sit verbum ociosum

Ociosum quippe verbum est quod aut
utilitate rectitudinis aut racione iuste
necessitatis caret Ociosa ergo colloquia
ad edificacionis fructum vertite quam
celeriter huius vite tempus fugiat con-
siderate quam districtus iudex veniat
Attendite Hunc ante oculos cordis vestri
ponite hunc proximorum vestrorum mentibus
intimate ut in quantum vires suppe-
tunt si annunciare eum non negligitis
vocari ab eo angeli cum iohanne
valeatis Quod ipse prestare dignetur
qui vivit et regnat in secula se-
culorum Amen [illegible]

In illo tempore Miserunt iudei ab iero-
solimis sacerdotes et levitas ad io-
hannem ut interrogarent eum tu quis
es Et confessus est et non negavit
Et confessus est quia non sum ego
christus Et reliqua Omelia beati
gregorii pape de eadem lectione

Ex huius nobis lectionis verbis
Fratres karissimi iohannis humilitas
commendatur qui cum tante virtutis
esset ut christus credi potuisset elegit
solide subsistere in se ne humana
opinione rapetur inaniter super
se Nam confessus est et non negavit
Confessus est quia non sum ego christus
Sed qui dixit non sum negavit
plane quod non erat sed non negavit
quod erat ut veritatem loquens eius
membrum fieret cuius sibi nomen
fallaciter non usurparet Cum
ergo non vult appetere nomen christi factus
est membrum christi Quia dum
infirmitatem suam studuit humiliter
agnoscere illius celsitudinem
meruit veraciter obtinere Sed cum ex lectione
alia redemptoris nostri sententia ad men-
tem reducatur ex huius nobis lec-
tionis verbis questio valde inplexa
gignitur Alio quippe in loco inter-
rogatus a discipulis dominus de ad-
ventu helie respondit Helias iam
venit et non cognoverunt eum sed
fecerunt in eum quecumque voluerunt
Et si vultis scire iohannes ipse
est helias Requisitus autem ioha-
nnes dicit non sum helias Quid
est hoc fratres karissimi quia quod veritas
affirmat hoc propheta veritatis negat
Valde namque inter se diversa sunt
ipse est et non sum Quomodo ergo et propheta
veritatis est si eiusdem veritatis ser-
monibus concors non est Sed si
subtiliter veritas ipsa requiritur hoc
quod inter se contrarium sonuit quomodo
contrarium non sit invenitur Ad za-
chariam namque de iohanne an-
gelus dicit Ipse precedet ante ipsum
in spiritu et virtute helie Qui
idcirco venturus in spiritu et virtute
helie dicitur quia sicut helias secundum
domini adventum preveniet ita iohannes

preveniret primum. Sicut ille precur-
sor venturus est iudicis, ita iste
precursor factus est redemptoris.
Iohannes ergo in spiritu Helias erat,
in persona Helias non erat. Quod ergo
Dominus fatetur de spiritu, hoc Io-
hannes denegat de persona.
Quia et nimirum sic erat, ut et
discipulis Dominus spiritalem de
Iohanne sententiam diceret, et Iohan-
nes ipsum turbis carnalibus
non de spiritu sed de corpore
respondet. Contrarium ergo veritati vi-
detur esse quod Iohannes sonuit, sed tamen ve-
ritatis tramite non recessit.
Qui tamen se etiam prophetam ne-
gat, quia videlicet non solum potuit
redemptorem predicare, sed etiam
demonstrare. Quis autem sit continuo
exprimit, dum subiungit: Ego vox
clamantis in deserto. Scitis, fratres
karissimi, quia unigenitus filius
verbum patris vocatur, Iohanne
attestante qui ait: In principio
erat verbum, et verbum erat apud
Deum, et Deus erat verbum. Et ex
ipsa vestra locutione cognoscitis
quia prius vox sonat ut verbum
postmodum possit audiri. Io-
hannes vero vocem se esse asserit
quia verbum precedit. Adventum itaque
dominicum precurrens vox dicitur,
quia per eius ministerium patris
verbum ab hominibus auditur. Qui
etiam in deserto clamat, quia dere-
licte ac destitute Iudee solatium
redemptoris annuntiat. Quid autem
clamet insinuat, cum subiungit:
Dirigite viam Domini, sicut dixit
Ysaias ~~prophetas~~ propheta. Via Domini

ad cor dirigitur, cum veritatis ser-
mo humiliter auditur. Via Domini
ad cor dirigitur, cum ad preceptum
vita preparatur. Unde scriptum est:
Si quis diligit me, sermonem meum
servabit, et Pater meus diliget eum,
et ad eum veniemus et mansionem apud
eum faciemus. Quisquis ergo in superbia
mentem elevat, quisquis avaritie
estibus anhelat, quisquis se luxurie
inquinationibus polluit, cordis ostium
contra sacietatem includit. Et ne ad se
Dominus veniat, claustra animi seris
vitiorum dampnat. Sed adhuc qui
missi sunt percunctantur: Quid
ergo baptizas, si tu non es Helias
neque Christus neque propheta? Quod
quia non studio cognoscende ve-
ritatis, sed malitia exercende emu-
lationis dicitur, evangelista tacite
innotuit qui subiunxit dicens:
Et qui missi fuerant erant ex Pha-
riseis. Ac si aperte dicat: Illi
Iohannem de suis actibus requirunt
qui doctrinam nesciunt querere sed
invidere. Sed sanctus quisque etiam
cum a perversa mente requiritur, a bo-
nitatis sue studio non mutatur.
Unde Iohannes quoque ad verba
invidie predicamenta respondit vite.
Nam protinus adiungit: Ego baptizo
in aqua; medius autem vestrum stetit
quem vos nescitis. Iohannes
non spiritu sed aqua baptizat, quia
peccata solvere non valens, baptizatorum
corpora per aquam lavat, sed mentem
per veniam non lavat. Cur ergo bap-
tizat, qui peccata per baptismum
non relaxat, nisi ut precursionis
sue ordinem servans, qui nasciturum
nascendo prevenit, baptizaturum

sactitate

quoque dum baptizandos premittitur. Si
autem hoc misterium nostri redemptoris ani-
tians Stetit in ~~me dno~~ [medio] hominum et ste-
tisse asserit et nescitur Quia per carnem
dominus apparens et visibilis extitit corpore
et invisibilis maiestate. De quo etiam
subdit Qui post me venit ante me
factus est. Sic namque dicitur ante me
factus. Ac si dicatur ante me prepositus
Post me ergo venit quia postmodum
natus Ante me autem factus est quia
michi prelatus Sed hec paulo superius
dicens etiam prelationis eius causas
aperit cum subiungit quia prior me erat
Ac si aperte dicat Inde me etiam natus
post superat quo eum nativitatis sue
tempora non angustant. Nam qui per
matrem in tempore nascitur sine tempore a patre
generatus Cui quante reverentie humilita-
tem debeat subdendo manifestat Cuius
non sum dignus solvere corrigiam cal-
ciamenti Mos apud veteres fuit ut
si quis eam que sibi competeret accipere
uxorem nollet ille ei calciamentum sol-
veret qui ad hanc sponsus iure propinqui-
tatis veniret Quid ergo inter homines
Christus nisi sancte ecclesie sponsus apparuit
De quo et idem Iohannes dicit Qui
habet sponsam sponsus est Sed quia Iohan-
nem homines Christum esse putaverunt quod idem
Iohannes negat recte se esse indignum
esse ad solvendam corrigiam eius calcia-
menti denunciat Ac si aperte dicat Ego
redemptoris vestigia denudare non va-
leo quia sponsi nomen michi immerito non
usurpo. Quod tamen intelligi et aliter potest
Quis enim nesciat quod calciamenta ex mor-
tuis animalibus fiant Incarnatus vero
dominus veniens quasi calciatus apparuit qui in divini-
tate sua morticina nostre corruptionis
assumpsit Unde etiam per prophetam dicitur
In ydumeam extendam calciamentum
meum Per ydumeam quippe gentilitas
Per calciamentum vero assumpta morta-
litas designatur In ydumeam

ergo dominus calciamentum suum se extendere
asserit quia dum per carnem gentibus
innotuit quasi calciata ad nos divinitas
venit Sed huius incarnacionis mi-
sterium humanus oculus penetrare
non sufficit Investigari enim nulla-
tenus potest quomodo corporatur verbum
quomodo summus et vivificator spiritus intra
uterum matris animatur quomodo is qui
initium non habet existit et concipitur
Corrigia ergo calciamenti est causa
mentis semper obligata misteria Io-
hannes itaque solvere corrigiam calcia-
menti eius non valet quia incarna-
tionis misterium nec ipse investigare
sufficit qui hunc per prophetie spiritum ag-
novit Quid est ergo dicere non sum dignus
solvere corrigiam calciamenti eius non
valet nisi aperte et humiliter suam ignoranciam
profiteri Ac si patenter dicat Quid
mirum si michi ille prelatus est quem
post me quidem natum considero
Sed nativitatis eius misterium non
apprehendo Ecce Iohannes prophetie spiritu
impletus mira sciencia eminet et tamen
illud de se insinuat quod ignorat Qua
in re pensandum nobis est fratres karissimi
et tota ~~cogitatione~~ meditatione cogitandum
quomodo sancti viri et humilitatis in se
virtutem custodiant cum quedam mirabili-
ter sciunt illud ante mentis oculos studeant
revocare quod nesciunt Ut dum ex parte
alia infirmitatem suam considerant ex
ea parte qua perfectus est cor se animus
non extollat Sciencia etenim virtus est
humilitas etiam custos virtutis Restat
ergo ut omne quod scit se mens deprimat
ne quod virtus sciencie congregat vento ela-
tionis tollat Cum bona fratres agitis
semper ad memoriam mala acta revo-
cate ut dum caute culpa conspicitur
numquam de bono opere incaute animus
letetur Superiores vos invicem estimate
eos maxime quibus nobis commissi non
sunt Proximos vestros attendite q

et quos agere aliqua prava conspicit,
que in eis lateant bona nescit. Ma-
gnus ergo unusquisque esse studeat, sed
tamen aliquo modo esse se nesciat.
Ne dum sibi magnitudinem arroganter at-
tribuit amittat. Si quid boni operis sit
improperet et tumore superbie repletur.
Hinc etenim per prophetam dicitur: Ve qui
sapientes estis in oculis vestris et
coram vobismetipsis prudentes.
Hinc Paulus ait: Nolite prudentes
esse apud vosmetipsos. Hinc contra super-
bientem Saul dicitur: Cum esses parvulus
in oculis tuis, caput in tribubus
Israel factus es. Ac si aperte diceretur:
Cum tu te parvulum conspiceres, ego
te pre ceteris magnum feci. Quia vero
tu te magnum conspicis, a me parvus
estimaris. Quo contra David regni
sui potentiam coram archa domini salu-
tando conspiciens dixit: Ludam
et vilior fiam plus quam factus sum
et ero humilis in oculis meis. Quem
enim non extolleret ora leonum frangere,
ursorum brachia dissipare, despectis
prioribus fratribus eligi, reprobato rege
ad regni gubernacula inungi, timendum
cunctis uno lapide Goliam perimere,
a rege proposita extinctis allophilis
numerosa preputia reportare, regnum
ex promissione percipere, cunctumque Isra-
heliticum populum sine ulla penitus
contradictione possidere? Et tamen in cunctis
se despicit, cum in suis se oculis esse
humilem confitetur. Si igitur sancti
viri etiam cum agunt fortia, de se-
metipsis humilia sentiunt, quid in sua
excusatione dicturi sunt qui sine
ope virtutis intumescunt? Sed etsi que
bona sunt nisi ex humilitate condiantur.
Miranda quippe actio cum elatione
non elevat sed gravat. Qui enim sine
humilitate virtutes congregat, in ventum
pulverem portat. Et unde aliquid ferre
cernitur, inde deterius excecatur. In
cunctis ergo que agitis, fratres mei, ra-

de humilitate

dicem boni operis humilitatem tenete.
Nec quibus iam superiores, sed quibus
adhuc inferiores estis aspicite, ut
dum meliorum vobis exempla proponitis,
ad maiora semper ascendere ex humilitate
valeatis. Prestante domino nostro Ihesu
Christo qui vivit et regnat per omnia
secula seculorum. Amen. Secundum
Lucam. In illo tempore: Exiit edictum a Cesare
Augusto ut describeretur
universus orbis. Hec descriptio prima
facta est a preside Syrie Cirino. Et re(liqua).
Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione.

Quia largiente domino missarum
sollemnia ter hodie celebraturi
sumus, loqui diu de evangelica lec-
tione non possumus. Sed nos aliquid
vel breviter dicere redemptoris nostri
nativitatis ipsa compellit. Quid est
quod nascituro domino mundus describitur,
nisi hoc quod aperte monstratur, quia
nec apparebat in carne qui electos
suos ascriberet in eternitate. Quo contra
de reprobis per prophetam dicitur: Deleantur
de libro viventium et cum iustis non
scribantur. Qui bene etiam in Bethleem
nascitur. Bethleem quippe domus
panis interpretatur. Ipse namque ipse
est qui ait: Ego sum panis vivus
qui de celo descendi. Locus ergo in quo
dominus nascitur domus panis an-
te vocatus est, quia futurum profecto erat
ut ille ibi per materiam carnis appareret
qui electorum mentes interna satietate
reficeret. Qui non in parentum domo
sed in via nascitur, ut profecto ostenderet
quia per humanitatem quam assumpserat
quasi in alieno nascebatur. Alienum vero
non secundum potestatem dico, sed secundum naturam.
Nam de potestate eius scriptum est: In
propria venit. In natura etenim sua ante
tempora natus est, in nostra venit ex tempore.
Qui ergo eternus permanens temporalis ap-
paruit, alienum est ubi descendit. Et
quia per prophetam dicitur: Omnis caro fe-
num, factus homo fenum nostrum

venit in frumentum qui de semetipso
ait Nisi granum frumenti cadens
in terram mortuum fuerit ipsum solum
manet Unde et natus in presepio recli
natur ut fideles omnes videlicet sancta
animalia carnis sue frumento reficeret
Ne ab eterne intelligentie pabulo ieiuna
remanerent Quid est hoc quod vigilantibus
pastoribus angelus apparet eosque dei clari
tas circumfulget nisi quod pre ceteris videre
sublimia merentur gregibus preesse sollicite qui
sciunt Dum ergo ipsi pie super gregem vi
gilant divina super eos gratia lar
gius choruscat Regem vero natum
angelus nunciat eiusque voci angelorum
chori concinunt et congaudentes clamant
Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus
bone voluntatis Prius quippe quam
redemptor noster per carnem nasceretur
discordiam cum angelis habuimus
a quorum claritate atque mundicia per prime
culpe meritum per cotidiana delicta longe
distabamus Quia etenim peccando ex
tranei eramus a deo extraneos nos a con
sortio suo deputabant angeli cives
dei Sed quia nos cognovimus regem
nostrum recognoscunt nos angeli cives suos
Quia enim rex celi terram nostre carnis
assumpsit infirmitatem nostram illa iam
angelica celsitudo non despicit Ad pa
cem nostram angeli redeunt intentionem
prioris discordie postponunt Et quos
prius infirmos abiectosque despexerant
iam socios venerantur Hinc est enim
quod loth et iosue angelos adorant nec
tamen adorare prohibentur Iohannes
vero in appocalipsi adorare angelum vo
luit Sed tamen idem hunc angelus
ne se debeat adorare compescit dicens
Vide ne feceris conservus tuus sum et
fratrum tuorum Quid est quod ante redemptoris
adventum angeli ab hominibus adorantur
et tacent Postmodum vero adorari
refugiunt nisi quod naturam nostram quam
prius despexerant postquam hanc super se as
sumptam conspiciunt sublimatam sub se videre
pertimescunt Nec iam sub se velud

infirmam contempnere ausi sunt quam
super se videlicet in celi rege venerantur
Nec habere dedignantur hominem socium
qui super se adorant hominem deum
Curemus ergo fratres karissimi ne qua nos
in mundicia polluat qui in illa eterna
presciencia et dei cives et angelis equa
les sumus Vindicemus moribus
dignitatem nostram nulla nos luxuria
inquinet nulla turpis cogitatio ac
cuset non malicia mentem mordeat
non invidie rubigo consumat non
elatio inflet non ambitio per terrena ob
lectamenta dilaniet non ira infla
met Dii etenim vocati sunt homines
Defende ergo tu homo contra vicia honorem
dei quia propter te homo factus est deus
Qui vivit et regnat in secula se
culorum Amen Secundum matheum

In illo tempore Dixit ihesus discipu
lis suis parabolam hanc Homo quidam
peregre proficiscens vocavit servos suos
et tradidit illis bona sua et uni
dedit quinque talenta alii autem duo
alii vero unum Et reliqua Omelia
beati gregorii pape de eadem lectione

Lectio sancti ewangelii fratres
karissimi sollicite considerare nos ad
monet ne nos plus ceteris in hoc
mundo accepisse aliquid cernimur ab auctore
mundi gravius inde iudicemur Cum
enim augentur dona rationes etiam cre
scunt donorum Tanto ergo esse humilior
atque ad serviendum deo promptior quisque
debet ex munere quanto se obligatiorem
esse conspicit in reddenda ratione Ecce
homo qui peregre proficiscitur servos
suos vocat eisque ad negocium talenta
partitur Post multum vero tempore positurus
rationem revertitur bene operantes pro appor
tato lucro remunerat servum vero a bo
no opere torpentem dampnat Quis
itaque iste homo est qui peregre pro
ficiscitur nisi redemptor noster qui in car
ne quam assumpserat abiit in celum
Carnis enim locus proprius terra est

Tunc quasi ad peregrinandum venit dum per redemptorem nostrum in celo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscens servis suis bona sua tradidit quia fidelibus suis spiritualia dona concessit. Et uni quidem quinque talenta dedit, alii autem duo, alii vero unum commisit. Quinque etenim sunt corporis sensus, visus videlicet, auditus, gustus, odoratus et tactus. Quinque ergo talentis donum quinque sensuum id est exteriorum scientia exprimitur. Duobus vero intellectus et operatio designatur. Unius autem talenti nomine intellectus tantummodo designatur. Sed is qui quinque talenta acceperat alia quinque lucratus est, quia sunt nonnulli qui et si interna ac mistica penetrare nesciunt pro intentione tamen superne patrie docent recta quos possunt de ipsis exterioribus que acceperunt, duplicatum talentum portant. Dumque se a carnis petulantia atque terrenarum rerum ambitu atque a visibilium voluptate custodiunt, ab hiis etiam alios ammonendo compescunt. Et sunt nonnulli qui quasi duobus talentis ditati intellectum atque operationem percipiunt, subtilia de internis intelligunt, mira in exterioribus operantur. Cumque et intelligendo et operando aliis predicant quasi duplicatum de negotio lucrum reportant. Unde alia quoque vel alia duo in lucrum venisse referuntur, quia dum utrique sexui predicatio impeditur quasi accepta geminantur. Sed is qui unum talentum acceperat abiens fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui. Talentum in terra abscondere est acceptum ingenium in terrenis actibus implicare, lucrum spirituale non querere, cor a terrenis cogitationibus numquam levare. Sunt namque nonnulli qui donum intelligentie perceperunt, sed tamen sola que carnis sunt sapiunt.

quid est talentum in terra abscondere.

De quibus per prophetam dicitur: Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Sed dominus qui talenta contulit rationem positurus redit, quia is qui nunc spiritualia dona ~~tribuit~~ tribuit districte in iudicio merita exquirit. Quid quisque acceperit considerat et quod lucrum de acceptis reportet pensat. Servus qui geminata talenta retulit a domino laudatur atque ad eternam remunerationem perducitur, cum ei voce dominica dicitur: Euge serve fidelis et bone, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Pauca quippe sunt bona omnia presentis vite, quamlibet multa esse videantur. Sed tunc fidelis servus super multa constituitur, quando devicta omni corruptionis molestia de eternis gaudiis in illa celesti sede gloriatur. Tunc ad domini sui gaudium perfecte intromittitur, cum in eterna illa patria assumptus atque angelorum cetibus admixtus sic intus gaudet de munere, ut non sit iam quod exterius doleat de corruptione. Servus autem qui operari de talento noluit ad dominum cum verbis excusationis redit dicens: Domine scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti et congregas ubi non sparsisti, et timens abii et abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est. Notandum quod inutilis servus dominum durum vocat, cui tamen ad lucrandum deservire dissimulat. Et timuisse se dicit in lucrum talentum expendere, qui hoc solum timere debuerat, ne hoc sine lucro ad dominum reportaret. Sunt enim plerique intra sanctam ecclesiam quorum iste servus ymaginem tenet, qui meliores vite vias aggredi metuunt et tamen iacere in proprii corporis ignavia non pertimescunt. Cumque se peccatores considerant, sanctitatis vias arripere trepidant et remanere in suis iniquitatibus non formidant. Quorum

bene petrus adhuc in infirmitate positus spem tenet cum viso miraculo piscium dixit Exi a me domine quia peccator homo sum Immo si te peccatorem consideras oportet ut a te dominum non repellas Sed qui idcirco meliores habitus vias et rectoris vite apprehendere ante noluit quia infirmos se esse conspiciunt quasi et peccatores se esse fatentur et dominum repellunt utique eum quem in se sanctificare debuerant fugiunt et velud in perturbatione consilium non habent dum [illegible] et vitam timent Unde et huic servo pigro respondetur Serve male et piger sciebas quia meto ubi non semino et congrego ubi non spargo Oportuit ergo te dare pecuniam nummulariis et ego veniens recepissem utique quod meum est cum usura Ex verbis propriis servus constringitur cum dominus dicit Meto ubi non semino et congrego ubi non sparsi Ac si aperte dicat Si iuxta tuam sententiam et illud exquiro quod ad erogandum non dedi quanto magis exquiro quod ad erogandum dedi Oportuerat ergo te dare pecuniam meam nummulariis et ego veniens recepissem utique quod meum est cum usura Pecuniam vero nummulariis dare est eis scientiam predicationis impendere qui hanc valeant et dictis et operibus exercere Sed sicut nostrum periculum aspicitis si dominicam pecuniam teneamus ita vestrum fratres karissimi sollicite pensate quia cum usuris a vobis exigitur quod audistis In usura quippe pecunia etiam non data recipitur Cum enim et hec redditur quod acceptum fuerat etiam illud superimpenditur quod acceptum non est Pensate ergo fratres karissimi quia de accepta hac verbi pecunia usuram solvetis et curate ut ex eo quod audistis etiam alia studeatis intelligere que non audistis quatenus

alia ex aliis colligentes etiam illa discatis ex vobismetipsis agere que necdum ex predicatoris ore didicistis Pigrum vero servum qua sententia fiat audiamus Tollite ab eo talentum et date ei qui habet decem talenta Oportunum valde videbatur ut cum malo servo unum talentum tollitur ei potius qui duo quam qui quinque talenta acceperat daretur Illi enim dari debuit magis quam minus quam qui plus habuit Sed sicut premisimus diximus per quinque talenta quinque vero corporis sensus id est exteriorum scientia designatur Per duo autem intellectus et operatio exprimitur Plus ergo habuit qui duo quam qui quinque talenta acceperat quia qui per quinque talenta exteriorum administrationem meruit ab intellectu interiorum adhuc vacuus fuit Unum ergo talentum significari diximus illi dari debuit qui bene exteriora que acceperat ministravit Quod cotidie in sancta ecclesia cernimus quia plerique dum bene ministrant exteriora que acceperunt per adiunctam graciam ad intellectum quoque misticum perducuntur ut etiam de interna intelligentia polleant qui exteriora fideliter administrant Generalis etiam sententia mox subditur qua dicitur Omni enim habenti dabitur et habundabit Ei autem qui non habet et quod videtur habere auferetur ab eo Habenti autem dabitur et habundabit quia quisquis caritatem habet etiam dona alia percipit Et quisquis caritatem non habet et dona que percepisse videbatur amittit Unde necesse est fratres mei ut per omne quod agitis erga caritatis custodiam vigiletis Caritas autem vera est amicum diligere in deum et inimicum diligere propter deum Quisquis hanc non habet omne bonum amittit quod habet Talento quod acceperat privatur et iuxta dominicam sententiam in exteriores tenebras mittitur Per penam quippe in exteriores tenebras cadet qui per culpam

quam sponte interiores tenebras incidit.
Illic coactus patitur tenebras ultionis,
qui hic libenter sustinuit tenebras
voluptatis. Sciendum vero est quia nullus
piger ab hac talenti acceptione securus
est. Nullus namque est qui veraciter di-
cat: talentum minime accepi, non est unde
ponere rationem cogar. Talenti enim nomine
cuilibet pauperi etiam hoc ipsum repu-
tabitur quod vel minimum accepit. Alius
namque accepit intelligentiam, predica-
tionis ministerium debet ex talento. Alius
terrenam substantiam accepit, erogationem
talenti ex rebus debet. Alius nec inter-
norum intelligentiam nec rerum afflu-
entiam accepit, sed tamen didicit artem
qua pascitur, ipsa ars ei in talenti
acceptione reputatur. Alius nichil
horum assecutus est, sed tamen fortas-
se familiaritatis locum apud divi-
tem meruit, talentum profecto fami-
liaritatis accepit. Si ergo nichil ei
pro indigentibus loquitur, pro talenti reten-
tione dampnatur. Habens igitur
intellectum curet omnino ne taceat.
Habens rerum affluentiam vigilet ne
a misericordie largitate torpeat. Habens artem
qua regitur magnopere studeat ad
usum atque utilitatem illius cum proximo
partiatur. Habens loquendi locum apud
divitem dampnationem pro retento talento
timeat, si cum valet non apud eum
pro pauperibus intercedat. Tantum quippe
ab unoquoque nostrum venturus iudex
exigit quantum dedit. Ut ergo talenti sui
remuneratione redeunte domino quisque securus
sit, cum tremore penset cotidie quod
accepit. Ecce namque iam prope est ut
ille qui peregre profectus est redeat.
Quasi peregre quippe abiit qui de
hac terra in qua natus est longe discessit.
Sed profecto revertitur, ut de talen-
tis rationem ponat. Quod si a bona ac-
tione torpescimus, de ipsis donis que
contulit nobis districtius iudicat. Con-
sideremus ergo que accepimus atque in eorum
erogatione vigilemus. Nulla nos ab spirituali
opere terrena cura impediat, ne si in terra
talentum absconditur, talenti dominus
ad iracundiam provocetur. Piger etenim
servus cum iam iudex culpas examinat
talentum de terra levat, quia sunt plerique
qui tunc se a terrenis desideriis vel operibus
subtrahunt, quando iam per animadversorem
iudicis ad eterni supplicium trahuntur.
Nunc ergo de talenti sui ponderanda ratione
vigilemus. Ut cum iam iudex ad
feriendum iminet, lucrum nos quod feci-
mus excuset. Quod prestet deus noster
qui vivit et regnat in secula secu-
lorum. Amen. Amen. Secundum Matheum

In illo tempore. Cum natus esset Ihesus
in Bethleem Iude in diebus Herodis
regis, ecce magi ab oriente venerunt
Ierusalem dicentes: Ubi est qui natus
est rex Iudeorum. Et reliqua. Omelia
beati Gregorii pape de eadem lectione

Sicut in lectione evangelica fratres karissimi audistis, celi
rege nato rex terre turbatus est, quia nimirum
terrena altitudo confunditur cum celsitudo
celestis aperitur. Sed querendum nobis est
quidnam sit quod redemptore nato pa-
storibus in Iudea angelus apparuit, atque ad
adorandum eum ab oriente magos
non angelus sed stella perduxit. Quia
videlicet Iudeis tamquam ratione utentibus ra-
tionale animal id est angelus predicare debuit.
Gentiles vero quia ratione uti nesciebant
ad cognoscendum dominum non per vocem
sed per signa perducuntur. Unde et illi
prophetie tamquam fidelibus non infidelibus
ceteris signa tamquam infidelibus data
sunt. Et notandum quod redemptorem
nostrum cum iam perfecte esset etatis eisdem
gentibus apostoli predicant, eumque parvulum
et necdum per humani corporis officium
loquentem gentibus stella denuntiat. Quia
nimirum rationis ordo poscebat ut loquentem
iam dominum loquentes nobis predicatores
innotescerent, et dominum loquentem elementa

innita predicaret. Sed in omnibus signis
que vel nascente domino vel moriente
monstrata sunt, considerandum nobis quanta
fuit in iudeorum corde duritia, que hunc
nec per prophecie donum nec per miracula
agnovit. Omnia quippe elementa auc-
torem suum venisse testata sunt. Ut
enim de eis quiddam usu humano lo-
quar, Deum hunc celi cognoverunt, quia
protinus stellam miserunt. Mare cognovit,
quia sub plantis eius se calcabile pre-
buit. Terra cognovit, quia eo moriente
contremuit. Sol cognovit, quia lucis
sue radios abscondit. Saxa et parietes
cognoverunt, quia tempore mortis eius scissa
sunt. Infernus cognovit, quia hos
quos tenebat mortuos reddidit. Et
tamen hunc quem Deum omnia insensibilia
elementa senserunt, adhuc infidelium
iudeorum corda Deum esse minime cognoscunt
et duriora saxis scindi ad penitentiam nolunt
eumque confiteri abnegant quem elementa
ut diximus aut signis aut scissionibus
Deum clamabant. Qui etiam ad dampnacionis
sue cumulum eum quem natum despiciunt
nasciturum longe ante prescierunt, et non
solum quia nasceretur noverant, sed
etiam ubi nasceretur. Nam ab Herode
requisiti locum nativitatis eius expri-
munt, quem scripture auctoritate didicerunt.
Et testimonium proferunt, quo Bethleem
honorari nativitate novi ducis
ostenditur, ut ipsa eorum scientia et illis fieret
ad testimonium dampnacionis et nobis
in adiutorium credulitatis. Quos pro-
fecto bene Ysaac, cum Iacob filium suum be-
nediceret, designavit, qui caligantibus
oculis et prophetans in presenti filium
suum non vidit, cui tamen multa in posterum
vidit. Quia nimirum iudaica plebs
prophetie spiritu plena et ceca eundem
de quo multa in futurum predixit in presenti
positum non agnovit. Sed nato
rege inter cognita Herodes ad
callida argumenta convertitur. Ne
terreno regno privaretur, renunciari
sibi ubi puer inveniretur postulat.
Adorare velle se simulat, ut hunc
si invenire possit extinguat. Sed
quanta est humana malicia contra
consilium divinitatis? Scriptum quippe
est: Non est sapiencia, non est prudentia,
non est consilium contra Dominum. Nam
ea que apparuit magos stella perducit,
magos natum regem reperiunt,
munera detulerunt. Et ne redire
ad Herodem debeant in sompnis
admonentur. Sicque fit ut Ihesum quem
querit Herodes invenire non possit.
Cuius persona qui alii quam ypocrite
designantur, qui dum ficte querunt
invenire Deum nunquam merentur?
Sed inter hec sciendum est quod Priscillia-
niste heretici nasci unumquemque hominem
sub constitutionibus stellarum putant. Et hoc
in adiutorium sui erroris assumunt
quod nova stella exiit cum Dominus
in carne apparuit, cuius fuisse fatum
eandem que apparuit stellam putant.
Sed si evangelii verba pensamus,
quibus de eadem stella dicitur: Usque dum
veniens staret supra ubi erat puer,
dum non puer ad stellam sed stella
ad puerum cucurrit, si dici liceat, non
stella fatum pueri, sed fatum stelle
is qui apparuit puer fuit. Sed absit
a fidelium cordibus ut esse aliquod fatum
dicant. Vitam quippe hominum solus
hanc conditor qui creavit administrat.
Neque enim propter stellas homo, sed stel-
le propter hominem facte sunt. Et si stella
fatum hominis dicitur, ipsis suis ministeriis
subesse homo perhibetur. Certe cum
Iacob de utero egrederetur et prioris fra-
tris plantam teneret manu, prior
perfecte nequaquam egredi potuit, nisi
et subsequens inchoasset. Et ita
cum uno tempore eodemque momento utrumque
mater fudit, non una utrorumque vite

Trapezeta dicitur nummularius qui
mutat pecuniam super mensam

qualitas fuit. Sed ad haec solent ma-
thematici dicere quod vim constellationis
in ictu puncti est. Quibus eadem no-
bis dicimus. Quia magna mora est
nativitatis. Si igitur in ictu puncti
constellatio permutatur. necesse iam est
ut tot dicant fata quot sunt membra
nascentium. Solent etiam mathemati-
ci dicere quod si quis in signo aquarii
nascitur. in hac vita piscatoris
ministerium sortiatur. Piscatores vero
ut fertur Getulia non habet. Quis ergo
dicat quia nemo illic in stella aqua-
rii nascitur. ubi piscator omnino
non habetur. Rursum quos nasci
signo librae asserunt trapezetas fu-
turos dicunt et trapezetas multarum
gentium provinciae ignorant. Fateantur er-
go necesse est aut hoc in eis signum
deesse aut effectum fatalem nullo
habere. In Persarum quoque Francorum
terra reges ~~ex~~ ex genere prodeunt. Quibus
profecto nascentibus quis aestimet quanti
eiusdem momenti horarum aut temporis
ex simili conditione nascuntur. Et
tamen regum filii uno eodemque side-
re cum servis nati ad regnum proficiunt
cum servi qui secum fuerant nati in
servitute moriantur. Haec de stella
breviter diximus ne mathematicorum
stultitiam indiscussam praeterisse vi-
deamur. Magi vero tus aurum thus
et myrrham deferunt. Aurum quippe
regi congruit. Thus vero in Dei sacri-
ficium ponebatur. Myrrha autem mortuorum
corpora condiuntur. Eum ergo quem magi
adorant etiam mysticis muneribus praedi-
cant. Auro regem. thure Deum. myr-
rha mortalem. Sunt vero nonnulli hae-
retici qui hunc Deum credunt. Sed ubi-
que nequaquam regnare credunt. Hi
profecto ei thus offerunt. Sed offerre
etiam aurum nolunt. Et sunt nonnulli
qui hunc regem existimant. Sed
Deum negant. Hi videlicet ei aurum

offerunt. sed offerre thus ~~nolunt~~ nolunt. Et
sunt nonnulli qui hunc et regem et Deum
fatentur. sed assumpsisse carnem mortalem
negant. Hi nimirum ei aurum et thus
offerunt. sed offerre myrrham assumptae
mortalitatis nolunt. Nos itaque nato
Domino offeramus aurum. ut hunc ubique
regnare fateamur. Offeramus thus.
credamus quod is qui in tempore homo
apparuit. Deus ante tempora exstitit. Offera-
mus myrrham. ut eum quem credimus
in sua divinitate impassibilem. cre-
damus etiam in nostra fuisse carne mor-
talem. Quamvis in auro. thure. et
myrrha intelligi et aliud potest. Auro
namque sapientia designatur. Salomone
attestante qui ait. Thesaurus desi-
derabilis requiescit in ore sapientis.
Thure autem quod Deo incenditur virtus
orationis exprimitur. Psalmista testante
qui ait. Dirigatur oratio mea sicut
incensum in conspectu tuo. Per myrrham
vero carnis mortificatio figuratur.
Unde sancta ecclesia de suis operariis usque
ad mortem pro Deo certantibus dicit. Manus
meae distillaverunt myrrham. Nato ergo
regi aurum offerimus. si in conspectu
illius claritate supernae sapientiae ~~resplendemus~~ resplen-
demus. Thus offerimus. si cogi-
tationes carnis per sancta orationum studia
in ara cordis incendimus. ut suave
~~ne~~ aliquid Deo per caeleste desiderium
redolere valeamus. Myrrham offerimus.
si carnis vitia per abstinentiam morti-
ficamus. Per myrrham namque ut diximus
agitur ne mortua caro putrefiat.
Mortuam vero carnem putrescere est ~~hoc~~
hoc mortale corpus fluxui luxuriae deservire
sicut de quibusdam per prophetam dicitur. Com-
putruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta
quippe in stercore suo putrescere est car-
nales homines in fetore luxuriae
vitam finire. Myrrham ergo Deo offerimus
quando hoc mortale corpus a luxuriae putre-
dine per condimentum continentiae custodimus

Magnum vero nobis aliquid magi innuunt, quod in regionem suam per aliam viam revertuntur. In eo enim namque quod admoniti faciunt, nobis profecto insinuant quid faciamus. Regio quippe nostra paradisus est, ad quam Jhesu cognito redire per viam qua venimus prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando discessimus, sed ad eam necesse est ut flendo, obediendo, visibilia contempnendo atque appetitum carnis refrenando redeamus.

Per aliam vero viam ad regionem nostram regredimur, quoniam qui a paradisi gaudiis per delectamenta discessimus, ad hec per lamenta revocamur. Unde necesse est, fratres karissimi, ut semper pavidi, semperque suspecti ponamus ante oculos cordis hinc culpas operis, illinc iudicium extreme districtionis. Pensemus quam districtus veniat iudex, qui iudicium minatur et latet, terrores peccatoribus intentat et tamen sustinet. Et ideo citius differt ut minus inveniat quos condempnet. Puniamus fletibus culpas, et cum psalmista voce preveniamus faciem eius in confessione. Voluptatum fallacia nos ergo nulla decipiat, nulla vana leticia seducat. In proximo namque est iudex qui dixit: Ve vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. Hinc enim Salomon ait: Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat. Hinc iterum dicit: Risum deputavi errorem, et gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Hinc rursum ait: Cor sapientium est ubi tristitia est, et cor stultorum ubi leticia. Pertimescamus precepta Dei, si celebramus veraciter sollempnitatem Dei. Gratum namque Deo sacrificium est afflictio peccati contra peccatum, psalmista testante qui ait: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Peccata nostra preterita in baptismatis perceptione laxata sunt. Et tamen post baptisma commisimus, sed lavari iterum baptismatis aqua non possumus. Quia ergo et post baptismum inquinavimus vitam, baptizemus lacrimis conscienciam, quatenus in regionem nostram per aliam viam repetentes, qui ex ea bonis delectati discessimus, ad eam malis amaricati redeamus, prestante Domino, qui vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Evangelium Mathei

In illo tempore. Dixit Jhesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum thezauro abscondito in agro, quem qui invenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit universa que habet et emit agrum illum. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Celorum regnum, fratres karissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his que animus novit surgat ad incognita, quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat, et per ea que usu didicit quasi confricatus incalescat, ut per hoc quod scit notum diligere discat et incognita amare. Ecce enim celorum regnum thezauro abscondito in agro comparatur, quem qui invenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit universa que habet et emit agrum illud. Qua in re hoc quoque notandum est, quod inventus thezaurus absconditur ut servetur, quia studium celestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In presenti etenim vita quasi in via sumus qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depredari ergo desiderat qui thezaurum publice portat in via. Hoc autem dico non

ut proximi opera nostra non videant cum
scriptum est: Videant opera vestra bona
et glorificent patrem vestrum qui in celis
est, sed ut per hoc quod agimus laudes
exterius non queramus. Sic autem sit opus
in publico, quatenus intentio maneat
in occulto, ut et de bono opere proximis
prebeamus exemplum, et tamen per inten-
tionem qua deo soli placere querimus semper
optemus secretum. Thezaurus autem
celeste est desiderium. Ager vero in quo
thezaurus absconditur, disciplina
studii celestis. Quem profecto agrum
venditis omnibus comparat
qui voluptatibus carnis renunci-
ans cuncta sua terrena desideria
per discipline celestis custodiam cal-
cat, ut nichil iam quod caro blanditur
libeat, nichil quod carnalem vitam
trucidat spiritus perhorrescat. Rur-
sum celeste regnum negotiatori homini
simile dicitur qui bonas margaritas
querit sed unam preciosam invenit,
quam videlicet inventam omnia vendens
emit, quia celestis vite dulcedinem
in quantum possibilitas admittit per-
fecte cognoverit, ea que in terris ama-
verat libenter cuncta derelinquit. In
comparatione eius vilescunt omnia,
deserit habita, congregata dispergit, in-
ardescit in celestibus animus, nichil
in terrenis libet, deforme conspicitur
quicquid de terrene rei placebat specie,
quia sola preciose margarite claritas
fulget in mente. De cuius dilectione
recte per Salomonem dicitur: Fortis est ut mors
dilectio. Quia videlicet sicut mors corpus
interimit, sic ab amore rerum cor-
poralium eterne vite caritas occidit. Nam
quem perfecte absorbuit, ad terrena foris
desideria velud insensibilem reddit.
Neque enim sancta hec cuius hodie na-
talicia celebramus mori pro domino po-
tuisset in corpore, si prius a terrenis
desideriis mortua non fuisset in
mente. Erecta namque in virtutis
culmine animus tormenta despexit premia
calcavit. Ante armatos reges et pre-
sides ducta stetit, feriente robustior,
immolante sublimior. Quid inter hec
nos barbati et debiles dicimus, qui
ire ad regna celestia puellas per ferrum
videmus, quos ira superat, superbia in-
flat, ambitio perturbat, luxuria inquinat,
qui si adipisci regna celorum per bella
persecutorum non possumus, hoc ipsum nobis
turpe sit quod deum volumus saltem
per pacem sequi. Ecce nulli nostrum hoc
tempore dicit deus: Pro me morere, sed illici-
ta tantummodo intra desideria occide. Qui ergo
in pace subigere carnis desideria no-
lumus, quando in bello ipsam pro domino
daremus? Regnum simile est regnum
celorum sagene in mare misse dicitur
que ex omni genere piscium congregavit. Que
impleta ad litus educitur, et in vasis
boni pisces eliguntur, mali autem
proiciuntur foras. Sancta ecclesia sagene com-
paratur, quia et piscatoribus est commissa,
ut per eam quisque ad eternum regnum
a presentis seculi fluctibus trahatur,
ne in eterne mortis profunda mergatur.
Que ex omni genere piscium congregat
quia ad peccatorum veniam sapientes et stul-
tos fatuos, liberos et servos, divites
et pauperes, fortes et infirmos vocat.
Unde et per psalmistam deo dicitur: Ad te
omnis caro veniat. Que sagena
scilicet tunc omnino plena repletur, cum
in fine suo humani generis summa
concluditur. Quam educunt et secus
litus sedent, quia sicut mare seculum,
ita seculi finem significat litus
maris. In quo scilicet fine boni pi-
sces in vasis eliguntur, mali autem pro-
iciuntur foras, quia et electus quisque in ta-
bernacula eterna recipitur, et interni
regni luce perdita ad exteriores tene-
bras reprobi pertrahuntur. Nunc enim
bonos malosque communiter quasi permixtos
pisces fidei sagena nos continet, sed
litus indicat, sagena sancta ecclesia quos
trahebat. Et quidem pisces capti

ficauit auiditati nō pūt. nos autē ma
li capim᷑ Sed pūnitam᷑ in bonitate
Cogitemus ꝗ in capīdē. nec dimidant᷑
in litore Ecce qm̄ grata nobis ē hodi
erna sollēmitas ī ut nō se modica ab
dicat. si tm̄ ex hoc conuentu nr̄o de
eē contingat Quod ergo ē hodierna
sollēmitas. ita ut nō se modicū ad
dicat Si tm̄ ex hoc cōuentu nr̄o de
esse contingat Quid ergo in illa die
actura ē. qm̄ aspectu iudicis ex
cipit᷑ ab electorum societate sepat᷑
Cui tenebrescit aīme. et incrat᷑
eterna cōbustione Unde et hunc eād
cōpōm dn̄s sub breuitate apit
. cū subiungit. Sic erit in cōsumatōe
sēli Exibunt angli et separabunt
malos de medio iustoꝝ. et mittent
eos in caminū ignis. ibi erit fletꝰ
et stridor dentiū Hec iam fratres
karm̄ timēdum ē magis qm̄ expo
nēdum Apta etem̄ uoce tormēta
pcciatorum dicta sunt. ne quis adige
rauice sue excusatōm recurrat. si
quid de eterno supplicio obscure dice
tur Unde et subdr̄ Intellexistis
hec omīa Dicunt ei Eciā dn̄e
Atqꝫ in cōclusione subiungit. Ideo
omnis scriba doctꝰ in regno celoꝝ
similis ē hoīm p̄ri familias qui
pfert de thezauro suo noua et uetā
Si p nouū et uetus qd dr̄ utrūqꝫ
testamētū accipim᷑ abraham doc
tum fuisse denegam᷑. qui noui
et ueteris testamēti. et nō sed noui
minime uba nunciauit Moysen qꝫ
docto. p̄ri familias compare nō possu
mꝰ. qui et si testamentum uetꝰ edo
cuit. noui tamē testamēti dictū nō
ptulit Quum ergo ad hunc intellectū
excludim᷑. ad aliū uocam᷑ Sicut eo
qd ueritas dicit Omnis scriba doctꝰ
in regno celoꝝ similis ē p̄ri fami
lias intelligi ualet. qꝫ nō de hijs

que sunt. sed de hijs que in ecclia
eē potant loquebat᷑ Qui tunc noua
et uetera pferunt. cū utriusqꝫ testamēti
pdicamēta uocib᷑ et morib᷑ loquunt᷑
Quod tn̄ intelligi et aliq̄ pōt Uetu
stum quippe humani gn̄is fuit ad
inferni clausttra descendere p pctīs
suis supplicia eterna tollerare. tm̄
p mediatoris aduentum. nouum aliqd
accessit. ut si hic recte studeat uiuē
celoꝝ regna ualeat penetrare Et homo
in terra editus a corruptibili vita mo
riatur in celo collocandꝰ. et uetus
itaqꝫ est. ut p culpa. humanum genꝰ
in eterna pena intereat. et nouū ut
conuersus in regno uiuat Quod
ergo in cōclusione locutōis sue dn̄s
subdidit Hec ē utiqꝫ qd premisit pꝰ
eius de regni similitudine thezaurꝫ
inuentum et bonā margaritam
ptulit Postmodum uō inferni
penas de maloꝝ cōbustione enar
rauit. atqꝫ in cōclusione subiungit
Ideo doctꝰ scriba in regno celoꝝ
similis ē p̄ri familias pferenti de
thezauro suo noua et uetā Ac si
apte diceretur Ille in sc̄ā ecclia
doctꝰ pdicator est. qui et noua
scit pferre de suauitate regni. et
uetusta dicere. de terrore supplicij. ut
uel pene deterreat. quos pmia
nō inuitauit Audiat de regno
qd amet. audiat de supplicio unꝰ
quisqꝫ qd timeat. ut torpētē aīm
et terre uehementer inherēte. Si amor
ad regnū nō trahit. uel timor inuitet
Ecce enī gehenne expressione dr̄
Ibi erit fletꝰ et stridor dentiū Sed
qꝫ pñcia gaudia secuntur ppetua
lamēta. hic fr̄es karmi uanā leti
tiam fugite. si illic flere formidatis
Nemo etem̄ pōt. et hic gaudere cū
seculo. et illic regnare cum deo Te
poralis itaqꝫ leticie fluxa restringite

carnis voluptates edomate. Quidquid
quod animo ex praesenti saeculo arridet ex con-
sideratione aeterni ignis amarescat. Quidquid
quod in mente puerilis blanditur, hic
iuvenilis disciplinae sensus coherceat,
ut dum sponte temporalia fugitis, aeterna
gaudia sine fine capiatis, praestante
domino nostro. **Secundum Matheum**

In illo tempore dixit Ihesus discipulis
suis parabolam hanc: Simile est
regnum caelorum decem virginibus quae
accipientes lampades suas exierunt
obviam sponso et sponsae. Quinque
autem ex eis erant fatuae et quinque
prudentes. Et reliqua. **Omelia
beati Gregorii papae de eadem lectione**

Saepe vos fratres karissimi admoneo
prava opera fugere, mundi huius
inquinamenta devitare. Sed hodier-
na sancti evangelii lectione compellor
dicere ut et bona quae agitis cum mag-
na cautela timeatis, ne per hoc quod
a vobis rectum geritur favor aut
gratia humana requiratur, ne appe-
titus laudis subrepiat et quod
foris ostenditur intus a mercede vacuetur.
Ecce enim Redemptoris voce decem
virgines et omnes dicuntur virgines, et tamen ad
beatitudinis ianuam non omnes receptae
sunt, quia earum quaedam dum de virgini-
tate sua gloriam foris expetunt, in
vasis suis habere oleum noluerunt. Sed
prius nobis quaerendum est quid sit caelorum
regnum, aut cur decem virginibus
comparetur, quae etiam virgines et fatuae
dicuntur. Dum enim caelorum regnum
constet quia reproborum ~~nullus~~ nullus intrat ingre-
ditur, etiam fatuis virginibus cur
simile esse perhibetur? Sed sciendum
est quod saepe in sacro eloquio regnum
caelorum praesentis temporis ecclesia dicitur. De quo
alio in loco Dominus dicit: Mittet

filius hominis angelos suos et col-
ligent de regno eius omnia scandala.
Neque enim in illo regno beatitudinis
in quo rex pax summa est inveniri
scandala poterunt quae colligantur.
Et iterum rursum dicit: Qui ergo solverit
unum de mandatis istis minimis et
docuerit sic homines, minimus vocabitur
in regno caelorum. Qui autem fecerit et
docuerit, hic magnus vocabitur in re-
gno caelorum. Mandatum quippe solvit
et docet qui hoc quod voce praedi-
cat vivendo non implet. Sed ad
regnum aeternae beatitudinis pervenire
non valet qui non vult opere implere
quod docet. Quomodo ergo in eo minimus
vocatur qui ad hoc nullo modo
intrare permittitur? Quid itaque per
hanc sententiam nisi praesentis ecclesia caelorum
regnum dicitur, in qua doctor qui man-
datum solverit minimus vocatur,
quia cuius vita despicitur, restat
ut et praedicatio contemnatur. Quinque
autem corporis sensibus unusquisque
subsistit. Geminatus autem quinna-
rius denarium perficit. Et quia
ex utroque sexu fidelium multitudo
colligitur, sancta ecclesia decem virginibus
similis denuntiatur. In qua quia
mali cum bonis et reprobi cum electis
admixti sunt, recte similis decem
virginibus prudentibus et fatuis esse
perhibetur. Sunt namque plerique
continentes qui ab exterioribus se appe-
titu custodiunt et spe ad interiora
rapiuntur, carnem maceran̄t
et toto desiderio ad supernam patriam
anhelant, aeterna praemia expetunt, pro
laboribus suis recipere laudes huma-
nas nolunt. Hi nimirum gloriam
suam non in ore hominum ponunt sed
intra conscientiam contegunt. Et sunt
plerique qui corpus per abstinentiam

affligunt Sed de ipsa sua absti
nentia humanos favores expetunt
Dotibus in se minime indigentibus multa
largiuntur Sed fatue profecto sunt
virgines quia solam laudis transitorie
retributionem querunt Unde et apte
subditur Sed quia fatue non sump-
serunt oleum secum Prudentes
autem acceperunt oleum in vasis suis
cum lampadibus Per oleum namque
nitor glorie designatur Vascula
autem nostra sunt corda in quibus feri-
mus cuncta que cogitamus Pru-
dentes vero oleum in vasis habent
quia nitorem glorie intra conscientiam
retinent Paulo attestante qui
ait Gloria nostra hec est testimonium
conscientie nostre Fatue autem virgines o-
leum secum non sumunt quia gloriam
intra conscientiam non habent. Dum hanc
ab ore proximorum querunt Notandum
vero quod omnes lampades habent sed
omnes oleum non habent Sepe plerumque
quod in se bona opera tam electi et repro-
bi ostendunt sed soli ad sponsum
cum oleo veniunt qui de his que
foris egerunt intus gloriam requirunt
Unde per psalmistam quoque de sancta
electorum ecclesia dicitur Omnis gloria eius
filie regis abintus Moram autem
faciente sponso dormitaverunt omnes
et dormierunt Quia dum venire
iudex ad extremum iudicium differt
electi et reprobi in mortis sompno
sopiuntur Dormire etenim mori
est Ante sompnum vero dormitare
est ante mortem a salute languescere
quia per pondus egritudinis pervenitur
ad sompnum mortis Media autem
nocte clamor factus est ecce sponsus
venit exite obviam ei De adven-
tu sponsi clamatur in media nocte
sit quia sic iudicii dies surrepit

ut provideri non valeat quando veniat
Unde scriptum est Dies domini sicut
fur in nocte ita veniet Tunc
omnes virgines surrexerunt quia electi
et reprobi a sompno sue mortis
excitantur Lampades ornant
quia sua secum opera numerant pro quibus
eternam recipere beatitudinem expectant
Sed lampades fatuarum virginum ex-
tinguntur quia earum opera que foras
clara hominibus apparuerunt in ad-
ventu iudicis intus obscurantur
Et a deo retributionem non inveniunt
quia pro eis receperunt ab hominibus
laudes quas amaverunt Quid est autem
quod tunc a prudentibus oleum pe-
tunt nisi quod in adventu iudicis
cum se intus vacuas invenerint testi-
monium foris requirunt ac si a propria
fiducia decepte proximis dicant
quia nos quasi sine opere repelli cer-
nitis dicite de nostris operibus
quid vidistis sed prudentes vir-
gines responderunt dicentes Ne for-
te non sufficiat nobis et vobis In
illo enim die quo tam de quibusdam
in pace ecclesie quiescentibus loquor
Sibi vix ipsis testimonium vindicat
quod vix sufficit quanto minus et
sibi et proximo Ubi et protinus
per increpationem subdunt Ite potius
ad vendentes et emite vobis Ven-
ditores quippe olei adulatores
sunt Qui enim accepta qualibet
gratia vanis suis laudibus nitorem
glorie offerunt quasi oleum vendunt
De quo profecto oleo psalmista dicit
Oleum autem peccatoris non impinguet
caput meum Principale etenim
mentis caput est Appellatione autem
capitis ea que principatus corpo-

mens vocatur. Inpinguat
ergo caput oleum peccatoris, cum
demulcet mentem favor adula-
tionis. Sed dum irent emere venit
sponsus, quia dum vite sue te-
stimonium a proximis querunt, iudex
venit qui non operum sed cordium
testis est. Que autem parate erant
intraverunt cum eo ad nuptias, et
clausa est ianua. O si sapere in cordis
palato possit quis ad mirandum
hoc quod dicitur: sponsus, quid dul-
cedinis intraverunt cum eo ad nup-
tias, quid amaritudinis et clau-
sa est ianua. Venit quippe
ille qui adventu suo elementa
concutit, in cuius conspectu celum
et terra contremiscit. Unde etiam
per prophetam dicit: Adhuc semel
et ego movebo celum, non solum
terram, sed etiam celum. Ad cuius
examen omne humanum genus
deducitur, cui ad vindictam ma-
lorum ministratio bonorum
angeli, archangeli, throni, prin-
cipatus et dominationes obsequuntur.
Pensate fratres karissimi conspectu
tanti iudicis, quis in illo die
terror erit, cum iam in pena re-
medium non erit. Que illa confu-
sio cum reatu suo exigente con-
tingit in conventu omnium hominum
angelorum quoque erubescere. Quis pa-
vor eum quem et tranquillum mens
humana capere non valet etiam ira-
tum videre. Quem diem bene
per prophetam intuens ait: Dies
ire dies illa, dies tribulationis
et angustie, dies calamitatis
et miserie, dies tenebrarum et
caliginis, dies nebule et turbinis,
dies tube et clangoris. Pensate
ergo fratres extremi diem iudicii pre-
cordia vestra, quia asperitate propheta
indicit amarescere, que tot appella-
tionibus non valet explicari. Quanta
non tunc erit electorum leticia qui de
eius meruerunt visione gaudere,
de cuius conspectu vident et ele-
menta contremiscere, cum eo primum
ad nuptias intrare. Quam et in sponsi
nuptias gaudent, et tamen
ipsi sunt sponse, quia in illo eterni regni
thalamo visioni sue coniungitur.
Que sic visio nunquam iam in perpetuum
ab amoris sui amplexibus evellet.
Tunc regni ianua lugentibus clauditur,
que modo cotidie penitentibus aperi-
tur. Erit namque et tunc penitentia, sed fructuo-
sa iam non erit. Quam nequaquam
veniam inveniet tunc, qui modo apta
venie tempora perdit. Hinc etenim Paulus
dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ec-
ce nunc dies salutis. Hinc propheta ait:
Querite dominum dum inveniri potest, invo-
cate eum dum prope est. Unde et ceteras
fatuas virgines invocantes dominus non
audit, quia nunc clausa regni ianua
eos qui nunc exauditionem prope esse
putant, prope iam iam non erit. Nam sequitur:
Novissime veniunt et reliquae vir-
gines dicentes: Domine domine aperi nobis.
At ille respondens ait: Amen dico
vobis, nescio vos. Ibi vera adhuc
non potest invenire quod petit, qui hic
noluit audire quod iussit. Quia tempus
congrue penitentie perdidit, frustra ante
regni ianuam cum precibus venit. Hinc
etenim per Salomonem dominus dicit: Voca-
vi et renuistis, extendi manum
meam et non fuit qui aspiceret

Despexistis omne consilium meum et incre-
pationes meas neglexistis. Ego quoque
in interitu vestro ridebo et subsannabo
cum nobis quod timebatis advenerit. Cum
irruerit repentina calamitas et
interitus quasi tempestas ingruerit. Cum
venerit super nos tribulatio et an-
gustia, tunc invocabunt me et non
exaudiam. Mane consurgent et
non invenient me. Ecce aperte cla-
mat et repulsionis sue dolore
compulsus appellationem vocantis
ingeminat dicentes: Domine domine
aperi nobis. Preces offerunt sed nesci-
untur, quia tunc velut incognitos deus
deserit quos modo suos per vite meritum
non agnoscit. Ubi aperte quoque ge-
neralis ad discipulos subinfertur
exhortatio cum dicitur: Vigilate itaque
quia nescitis diem neque horam. Sed
post peccata deus penitentiam suscipit. Si
sciret quisque de presenti seculo quo tempore
exiret, aliud tempus voluptatibus,
atque aliud penitencie aptare potuisset.
Sed qui penitenti veniam spopondit,
peccanti diem crastinum non promisit.
Semper ergo extremum diem debemus
metuere quem numquam possumus previde-
re. Ecce hunc ipsum diem in quo loquimur
ad inducias conversionis accepimus
et tamen mala que fecimus flere re-
cusamus. Non solum commissa
non plangimus, sed etiam que defleamus
augemus. Et si aliqua nos
egritudo corripiat, si signa egritu-
dinis vicinam mortem denuntient,
inducias vivendi querimus. Ut
peccata nostra defleamus et eas cum
magno estu desiderii petimus,
quas acceptas modo pro nichilo habemus.
Rem fratres refero quam si intenta
volt audire caritas vestra

Exemplum [illegible] nobili viro de Va-
leria nomine Crisaurius

Crisaurius de Valeria vir nobilis

et consideratione illius vehementer
instructum. Quidam vir nobilis in
Valeria provincia nomine Crisaurius fuit
quem lingua rustica proprie Criserium vo-
cabant. Vir valde dives, sed tantum
plenus viciis quantum rebus, superbia
tumidus, carnis sue voluptatibus
subditus, in acquirendis rebus avari-
cie facibus accensus. Sed cum tot malis
dominus finem ponere decrevisset,
sicut a religioso quodam qui nunc su-
perest propinquo illius didici, corporis
langore percussus est. Qui cum ad extre-
mum veniens eadem hora qua iam
de corpore erat exiturus apertis oculis
vidit tetros et nigerrimos spiritus
coram se assistere et vehementer immine-
re ut ad inferni claustra se raperent.
Cepit tremere, pallescere, sudare
et cum magnis vocibus inducias
petere. Filium quoque suum nomine Maxi-
mum, quem ipse iam monachus mo-
nachum vidi, nimiis et turbatis
clamoribus vocare dicens: Maxime
curre, numquam tibi mali aliquid feci,
in fide tua me suscipe. Turbatus
mox Maximus affuit lugens.
Hos autem quos ille insistentes sibi
graviter sibi tolerabat, ipsi mali-
gnos spiritus videre non poterant, sed
eorum presentiam in confusione et pallore
ac tremore illius qui trahebatur
videbant. Pavore autem tetre eorum
ymaginis huc illucque vertebatur
in lectulo, iacebat in sinistro latere,
aspectum eorum ferre non poterat. Ver-
tebatur ad parietem, ibi aderant.
Cumque constrictus nimis relaxari
posse iam desperaret, cepit magnis
vocibus clamare dicens: Inducias
vel usque mane, inducias vel usque mane

Sed cum hec clamaret in ipsis
suis vocibus de habitaculo prece carnis
evulsus est. Recto nimirum constat
quia pro nobis ista non pro se indicit ut
eius visio nobis proficiat quos adhuc
divina patientia longanimiter exspectat.
Nam illi tetros spiritus ante mortem
vidisse et inducias petisse quid
profuit qui easdem inducias quas
petiit non accepit. Nos ergo fratres ka-
rissimi mente sollicite intra cogitemus
ne nobis in vacuum tempora pereant et
tunc queramus ad bene agendum
vivere cum iam de corpore compellimur
de corpore exire. Hinc etenim quod veritas
dicit: Orate ne fiat fuga vestra in
hyeme vel sabbato. Per legis quippe
mandatum ambulare longius sabbato
non licet. Hyemis quoque ad ambulandum
impedimentum est quia gressus ambulan-
cium torpor frigoris astringit. Ait ergo
Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel
sabbato. Ac si aperte dicat: Videte ne
tunc queratis peccata vestra quietem fugere
quando iam non licet ambulare. Illud
ergo tempus quo fugere non licet modo
debet cogitari dum licet. Illa hora
est nostri exitus semper intuenda, ista
redemptoris admonicio ante mentis
oculos semper ponenda qui ait: Vigila-
te itaque quia nescitis diem neque horam.

In illo tempore. Dixit Secundum Lucam
ihesus discipulis suis: Sint lumbi
vestri precincti et lucerne ardentes in ma-
nibus vestris. Et vos similes hominibus ex-
spectantibus dominum suum quando revertatur
a nuptiis. Et reliqua. Omelia beati
Gregorii pape de eadem lectione

Sancti evangelii fratres karissimi aperta
nobis est lectio. Sed ne aliquibus
ipsa eius planities alta fortasse vi-
deatur, eam sub brevitate transcurrimus
quatenus eius expositio ita nescientibus
fiat cognita, ut tamen scientibus non sit one-
rosa. Luxuria enim viris in lumbis
est, feminis in umbilico testante domino
qui de diabolo ad beatum Iob loquitur: Virtus
eius in lumbis eius et fortitudo
eius illius in umbilico ventris eius.
Ex principali ergo sexu lumborum nomine
luxuria designatur. Cum dominus dicit:
Sint lumbi vestri precincti. Lumbos
enim precingimus cum carnis luxuriam
per continentiam coartamus. Sed quia mi-
nus est mala non agere nisi etiam quisque
studeat et bonis operibus insudare
protinus additur: et lucerne ardentes
in manibus vestris. Lucernas quippe
in manibus tenemus cum per bona opera
lucis exempla monstramus. De quibus
profecto operibus dominus dicit: Luceat
lux vestra coram hominibus ut videant
opera vestra bona et glorificent patrem
vestrum qui in celis est. Duo autem
sunt que iubentur: et lumbos restrin-
gere et lucernas tenere, ut et mundicia
sit castitatis in corpore et lumen veritatis
in operatione. Redemptori etenim nostro
unum sine altero nequaquam placere potest.
Si aut is qui bona agit adhuc lu-
xurie inquinamenta non deserit, aut
is qui castitate preeminet nec dum
se per bona opera exercet. Nec castitas
ergo magna est sine bono opere, nec opus
bonum est aliquid sine castitate. Sed
si utrumque agitur restat ut quisquis ille
est spe ad supernam patriam tendat.
Nequaquam se a malis pro mundi huius
honestate contineat, quia et si quando
bona aliquis pro honestate inchoat,
in eius tamen intencione non debet perma-
nere. Nec per bona opera presentis mundi
gloriam querere, sed totam spem in rede-
mptoris sui adventu constituat. Unde
et protinus subditur: Et vos similes ho-
minibus expectantibus dominum suum quando
revertatur a nuptiis. Ad nuptias quippe
dominus abiit, quia resurgens a mor-
tuis ascendens in celum supernam sibi
multitudinem angelorum novus homo
copulavit. Tunc autem revertetur
cum nobis iam per iudicium manifestabitur.

Bene autem de his expectantibus subditur: ut cum venit et pulsavit confestim aperiant ei. Venit quippe dominus cum ad iudicium properat. Pulsat cum iam per egritudinis molestias esse mortem vicinam designat; cui confestim aperimus si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim pulsanti non vult qui exire de corpore trepidat et videre eum quem contempsisse se iudicem meminit formidat. Qui autem de sua spe et operatione securus est pulsanti confestim aperit quia letus iudicem sustinet. Et cum tempus propinque mortis agnoverit de gloria retributionis hilarescit. Unde et protinus subditur: Beati sunt servi illi quos cum venerit dominus invenerit vigilantes. Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat qui servat operando quod credidit. Vigilat qui a se torporis et negligentie tenebras repellit. Hinc etenim paulus dicit: Evigilate iusti et nolite peccare. Hinc rursus ait: Hora est iam nos de sompno surgere. Sed veniens dominus quid vigilantibus servis exhibeat audiamus: Amen dico vobis quod precinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis. Precinget se id est ad retributionem preparat. Faciet illos discumbere id est in eterna quiete refoveri. Discumbere quippe nostrum in regno quiescere est. Unde rursus dominus dicit: Venient et recumbent cum abraham et ysaac et iacob in regno celorum. Transiens autem dominus ministrat quia lucis sue illustratione nos satiat. Transire vero domini est de iudicio ad regnum redire. Vel certe dominus nobis post iudicium transit quia ab humanitatis forma in divinitatis sue contemplationem nos elevat. Et transire eius est in divinitatis sue speculationem nos ducere. Cum enim quem in humanitate in iudicio cernimus etiam in divinitate post iudicium videmus. Ad iudicium quippe veniens in forma servi omnibus apparet quia scriptum est: Videbunt in quem transfixerunt. Sed reprobi in supplicium corruunt, iusti ad claritatis eius gloriam pertranseunt, sicut scriptum est: Tollatur impius ne videat gloriam dei. Sed quid si servi in prima vigilia negligentes existant? Prima quippe vigilia primevi temporis prime etatis custodia est. Sed neque sic desperandum est et a bono opere cessandum. Ita longanimitatis sue patientiam insinuat dominus: subdit: Et si venit in secunda vigilia et si in tercia vigilia venit et ita invenerit, beati sunt servi illi. Prima quippe vigilia primevum tempus est, id est pueritia. Secunda adolescentia vel iuventus, que auctoritate sacri eloquii unum sunt dicente: Letare iuvenis in adolescentia tua. Tercia autem senectus accipitur. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit custodiat vel secundam, ut qui converti a pravitatibus suis in pueritia neglexit, ad vias vite saltem in tempore iuventutis evigilet. Et qui vigilare in secunda vigilia noluit tertie vigilie remedia non amittat, ut qui in iuventute ad vias vite non vigilat saltem in senectute resipiscat. Pensate fratres karissimi quia laxavit dei pietas distinctionem nostram. Non est iam quod homo excusationis inveniat. Deus despicitur et expectat. Contempni se videt et revocat. Iniuriam de contemptu pro suscipit et tamen quandoque reversis etiam premia promittit. Sed nemo habere eius longanimitatem negligat, quia quanto districtiorem iustitiam in iudicio exiget, quanto longiorem patientiam ante iudicium prorogavit. Hinc etenim paulus dicit: Ignoras quia benignitas dei ad penitentiam

et adducit. Detrimentum divitiarum et etiam
et cor impenitens thezaurizas tibi iram
in die ire et revelationis iusti iudi-
cii dei. Hinc propheta ait. Deus iu-
dex iustus fortis et paciens et lon-
ganimis. Dictus quippe longanimis
premisit iustum ut quem iudex peccata
delinquentium diu paciter ferre
scias. Hinc quoque etiam districte iudicare.
Hinc per quemdam sapientem dicitur. Altis-
simus enim est paciens redditor. Pa-
ciens enim redditor dicitur quia peccata hominum
et patitur et reddit. Nam quos diu
ut convertantur tollerat non conversos
durius dampnat. Adextuticeda
non incertis nostre depediam. etiam ex tali
dampna per similitudinem ad medium
deducitur. ut per hec animus ad suam
custodiam suscitetur. Nam dicitur. Hoc
autem scitote. quia si sciret paterfamilias
qua hora fur veniret. vigilaret
utique et non sineret perfodi domum
suam. Ex qua premissa similitudine
etiam exortatio subiungitur cum dicit.
Et vos estote parati quia qua hora
non putatis filius hominis veniet.
Nesciente enim patrefamilias fur do-
mum perfodit. quia dum a suis custodia
spiritus dormit. improvisa mors ve-
niens carnis nostre habitaculum irrumpit.
et eum quem dominus domus invenit dor-
mientem necat. Quia cum ventura
dampna spiritus minime providet. Hunc
mors ad supplicium nesciente rapit.
Furi autem resisteret si vigilaret. quia
adventum iudicis qui occulte animam
rapit. precavens ei penitendo occurre-
ret. ne impenitentes periret. Horam
vero ultimam dominus noster idcirco nobis
voluit esse incognitam. ut semper possit
esse suspecta. ut dum illam providere
non possimus ad illam sine intermissione
preparemur. Proinde fratres mei in con-
ditione mortalitatis nostre mentis
oculos figite. Venienti nos iudici

mediti perfectus cottidie et lamenta
preparate. Cum ita mors maneat omnibus
nolite de temporibus vestre prudentia in
ea cogitare. Circa nos per nos tota
non agitur. Quantumlibet enim auri
et argenti mollibus circumdet quibus-
libet preciosis vestibus induatur caro quod
est aliud quam caro. Nolite ergo attendere
quid habetis. sed quid estis. Voltis
audire quid estis. propheta indicat
dicens. Vere fenum est populus. Si-
cut enim fenum populus non est. ubi sunt
illi qui ea que hodie colimus no-
bis circumacto anno beati felicis nata-
licia celebraverunt. Quanta et qualia
dequilis inter articulo repente in
hiis que providere nolebant iniecti
sunt et cuncta simul temporalia congrega-
ta que quasi stabiliter tenere videbantur
amiserunt. Sic ergo circumacta multi-
tudo generis humani per nativitatem
oritur in carne per mortem cadit in
pulvere. ut fenum fuit. Quia igitur
momentis singulis hore fugiunt agite
fratres karissimi ut in boni operis incede
teneamur. Audite quid sapiens
salomon dicat. Quodcumque potest manus
tua facere instanter operare. quia nec
opus nec ratio nec sapientia nec scien-
tia erunt apud inferos quo tu properas.
Quia igitur et venture mortis tempus
ignoramus et post eum operari non possu-
mus superest. ut ante mortem tempus in-
dulta rapiamus. Sic etenim fit
mors ipsa. cum venit vincitur si prius
quam veniat semper timeatur. Si per

In 10. c. Secundum Iohannem
Illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum
pastor bonus. Bonus pastor ani-
mam ponit pro ovibus suis. Et reliqua.
Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione.

Audistis fratres karissimi ex lectione evangelica eruditionem
vestram. Audistis ex
lectione evangelica periculum nostrum. Ecce
enim is qui non ex accidenti dono
sed essentialiter bonus est dicit. Ego

sum pastor bonus. Qui eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur adiungit dicens: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Fecit quod monuit, ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ovibus suis animam posuit, ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret et oves quas redemerat carnis sue alimento satiaret. Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequamur, apposita forma cui imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus eius impendere, postremum vero si necesse sit etiam mortem nostram pro eisdem ovibus ministrare.

Ab illo autem primo hoc minimo pervenitur ad postremum maius. Sed cum incomparabiliter longe sit melior anima qua vivimus quam terrena substantia quam exterius possidemus, qui non dat pro ovibus suis substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? Et sunt nonnulli qui plus terrenam substantiam quam oves diligunt, merito nomen pastoris perdunt. De quibus protinus subditur: Mercenarius autem et qui non est pastor, cuius non sunt oves proprie, videt lupum venientem et dimittit oves et fugit. Non pastor sed mercenarius vocatur qui non pro amore intimo oves dominicas sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non querit. Terrenis commodis inhiat, honore prelationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reverentia letatur. Iste sunt etenim mercedes mercenarii, ut pro eo quod in regimine laborat hic quod querit inveniat, et ab hereditate gregis in posterum alienus existat. Utrum vero pastor sit an mercenarius cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore plerumque ad gregis custodiam sic verus pastor sicut etiam mercenarius constat. Sed lupus veniens indicat quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oves venit cum quilibet iniustus et raptor fideles quosque atque humiles opprimit. Sed his qui pastor esse videbatur et non erat relinquit oves et fugit, quia dum sibi ab eo periculum metuit, resistere eius iniustitie non presumit. Fugit autem non mutando locum sed subtrahendo solatium. Fugit quia iniustitiam vidit et tacuit. Fugit quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per prophetam dicitur: Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prelio in die Domini. Ex adverso quippe ascendere est quibuslibet potestatibus prave agentibus voce libera vocis contraire. Et in die Domini pro domo Israel in prelio stamus ac murum opponimus, si fideles innocentes contra perversorum iniustitiam ex iustitie auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit, cum venientem lupum viderit fugit. Sed est alius lupus qui sine cessatione cotidie non corpora sed mentes dilaniat, malignus videlicet spiritus, qui caulas fidelium insidians circuit et mortes animarum querit. De quo lupo mox subditur: Et lupus rapit et dispergit oves. Lupus venit et mercenarius fugit, quia malignus spiritus mentes fidelium in temptatione dilaniat, et is qui locum pastoris tenet curam sollicitudinis non habet. Animae pereunt et ipse de terrenis commodis letatur. Lupus rapit et dispergit oves, cum alium ad luxuriam pertrahit, alium in avaritiam accendit, alium in superbia erigit, alium per iracundiam dividit, hunc invidia stimulat

sed illum fallacia supplantat. Quasi
ergo gregem dissipat cum fideles popu-
los per temptationes necat. Sed
hic mercenarius nullo zelo accenditur
nullo fervore dilectionis excitatur
quia dum sola exteriora commoda re-
quirit interiora gregis dampna negli-
genter patitur. Unde et mox adiun-
gitur: Mercenarius autem fugit quia
mercenarius est et non pertinet ad eum
de ovibus. Sola ergo causa est ut
mercenarius fugiat quia mercenarius
est. Ac si aperte diceret: Stare in periculo
ovium non potest qui in eo quod ovibus
preest non oves diligit sed lucrum
terrenum querit. Dum enim honorem am-
plectitur, dum temporalibus commodis le-
tatur, opponere se contra periculum trepidat
ne hoc quod diligit amittat. Sed
quia redemptor noster culpas ficti
pastoris innotuit, rursum formam
cui debeamus imprimi demonstrans
ostendit dicens: Ego sum pastor
bonus. Atque subiungit: Et cognosco
oves meas et cognoscunt me mee.
Et cognosco meas, hoc est diligo, et
cognoscunt me mee. Ac si patenter
dicat: Diligentes obsequuntur. Qui enim
veritatem non diligit adhuc minime
cognovit. Quia ergo audistis fratres
karissimi periculum nostrum, pensate in verbis
dominicis etiam periculum vestrum. Videte si
oves eius estis, videte si eum cogno-
scitis, videte si lumen veritatis scitis.
Scitis autem dico non per fidem sed
per amorem. Scitis dico non ex credu-
litate sed ex operatione. Nam isdem ipse
qui hec loquitur Iohannes evangelista
testatur dicens: Qui dicit se nosse
deum et mandata eius non custodit
mendax est. Unde et hic in loco protinus
dominus subdidit: Sicut novit me pater
et ego agnosco patrem et animam meam
pono pro ovibus meis. Ac si aperte dicat:

In hoc constat quia et cognosco patrem
et cognoscor a patre quia animam meam
pono pro ovibus meis, id est ea caritate
qua pro ovibus morior, quantum patrem
diligam ostendo. Quia vero non solum
Iudeam sed etiam gentilitatem redime-
re venerat adiungit: Et alias oves habeo
que non sunt ex hoc ovili, et illas
oportet me adducere et vocem meam audient
et fiet unum ovile et unus pastor.
Redemptionem nostram qui ex gentili
populo venimus dominus aspexerat cum
se adducere et alias oves dicebat. Hoc
cotidie fratres aspicitis, hoc recon-
ciliatis gentibus factum hodie videtis.
Quasi ex duobus gregibus unum ovile
efficit quia iudaicum et gentilem
populum in sua fide coniungit, Paulo
attestante qui ait: Ipse est pax nostra
qui fecit utraque unum. Dum enim
ad eternam vitam ex utraque natione
simplices eligit, ad ovile proprium
oves deducit. De quibus profecto ovibus
rursus ait: Oves mee vocem meam
audiunt et ego cognosco eas et
sequuntur me et ego vitam eternam
do eis. De quibus paulo superius dicit:
Per me si quis introierit salvabitur
et ingredietur et egredietur et pascua inveniet.
Ingredietur quippe ad fidem, egre-
dietur vero a fide ad speciem, a credulitate
ad contemplationem. Pascua autem inve-
niet in eterna refectione. Oves ergo eius
pascua inveniunt quia quisquis illum
corde simplici sequitur eterne viri-
ditatis pabulo nutritur. Que autem sunt
istarum ovium pascua nisi interna gau-
dia virentis paradisi? Pascua namque
electorum sunt vultus presentis dei, qui
dum sine defectu conspicitur sine fine
mens vite cibo satiatur. In istis pa-
scuis de eternitatis satietate letati sunt
qui iam laqueos voluptuose tempora-
litatis evaserunt. Ibi hymnidici

angelorum chori. ibi societas supernorum civium. ibi dulcis sollempnitas a peregrinationis huius tristi labore redeuntium. Ibi providi prophetarum chori ibi iudex apostolorum numerus ibi innumerabilium martirum victor exercitus. tanto illic letitior quanto hic durius afflictus. Ibi confessorum constantia premii sui perceptione consolata. ibi fideles viri quos a virilitatis sue robore voluptas seculi emollire non potuit. Ibi sancte mulieres que cum seculo et sexum vicerunt. Ibi pueri qui hic annos suos moribus transcenderunt. Ibi senes quos hic et etas debiles reddidit et virtus operis non reliquit. Queramus ergo fratres hec pascua in quibus cum tantorum civium sollempnitate gaudeamus. Ipsa nos festivitas letantium invitet. Certe si alicubi populus nundinas celebraret, si ad alicuius ecclesie dedicationem denunciata sollempnitate concurreret, festinaremus omnes pariter inveniri et unusquisque esse praesens satageret, gravi se dampno afflictum crederet si sollempnitati communis letitie non interesset. Ecce in celestibus electorum civium letitia agitur vicissim de se omnes in suo conventu gratulantur et tamen nos ab amore eternitatis tepidi in nullo desiderio ardemus et interesse tante sollempnitati non querimus. Privamur gaudiis et leti sumus. Accendamus ergo animum fratres recalescat fides in hoc quod credidit inardescant ad superna nostra desideria et sic amare iam ire est. Ab interne sollempnitatis gaudio nullo nos adversitas revocet. quia et si quis ad locum propositum ire desiderat. eius desiderium quelibet vie asperitas non immutat. nulla nos prosperitas blandiens seducat. quia stultus viator est qui in itinere amena prata conspiciens obliviscitur quo tendebat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelat nichil in hoc mundo appetat quod constat quia cito relinquet ut si celestis pastoris veri oves sumus. quia in via delectatione non figimur. eius pastuis in perventione satiemur.

Secundum Lucam

In illo tempore. Dixit Ihesus turbis similitudinem hanc. Exiit qui seminat seminare semen suum. et dum seminat aliud cecidit secus viam et conculcatum est. et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit super petram. et natum aruit. quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas et simul exorte spine suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam et ortum fecit fructum centuplum. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Lectio sancti evangelii quam modo fratres karissimi audistis expositione non indiget. sed admonitione. Quam enim per semetipsam veritas exposuit hanc discutere humana fragilitas non presumit. Sed est quod sollicite in hac ipsa expositione dominica pensare debeatis quia si nos nobis semen verbum agrum mundum. volucres demonia spinas divitias significare diceremus ad credendum nobis mens vestra forsitan dubitaret. Unde et idem dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat ut sciatis rerum significationes querere in his etiam que per semetipsum noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit figurate se loqui innotuit ut certos nos redderet cum nobis vestra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim michi umquam crederet si spinas divitias interpretari voluissem maxime cum ille pungant. iste delectant. Et tamen spine sunt quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant. Et cum usque ad peccatum pertrahunt. quasi inflicto vulnere cruentant

Quas bene in loco hoc alio evangelista testante, nequaquam dominus divitias sed fallaces divitias appellat. Fallaces enim sunt que nobiscum diu permanere non possunt; fallaces sunt que mentis nostre inopiam non expellunt. Sole autem divitie vere sunt que nos divites virtutibus faciunt. Si ergo fratres karissimi esse divites cupitis, veras divitias amate. Si culmen veri honoris queritis, ad celestium regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis, in illa superna angelorum curia ascribi festinate. Verba dei que aure percipitis mente tenete. Cibus enim mentis est sermo dei. Et quasi acceptus cibus stomacho languescente reicitur, sermo in ventre memorie non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, huius profecto vita desperatur. Extreme ergo mortis periculum formidate, si cibum quidem sancte exhortationis accipitis, sed verba vite id est alimenta iustitie in memoria non tenetis. Ecce transit omne quod agitis, et ad extremum iudicium sine illa momentanea intermissione cotidie nolentes volentesque properatis. Cur ergo amatur quod relinquitur? Cur illud negligitur quo pervenitur? Mementote quod dicitur: Si quis habet aures audiendi audiat. Omnes enim qui illic aderant aures corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus: si quis habet aures audiendi audiat dicit, aures procul dubio cordis requirit. Curate ergo ut acceptus sermo in cordis aure remaneat. Curate ne semen iuxta viam cadat, ne malignus spiritus veniat et a memoria verbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat et fructum boni operis sine perseverantie radicibus mittat. Multis enim libet quod audiunt, boni operis initia proponunt, sed mox ut fatigari adversitatibus ceperint inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit que hoc quod germinaverat ad fructum perseverantie minime perduxit. Multi namque cum verbum contra avaritiam audiunt, eandem avaritiam detestantur, rerum omnium contemptum laudant. Sed mox ut viderit animus quod concupiscat, obliviscitur quod laudabat. Multi cum verba contra luxuriam audiunt, pollutiones carnis non solum perpetrare non appetunt, sed etiam perpetratas erubescunt. Sed mox ut carnis species eorum oculis apparet, sic mens ad desiderium rapitur ac si adhuc ab ea nichil sit contra hec eadem desideria deliberatum. Et dampnanda agit que egisse se meminit iam et ipse dampnavit. Sepe etiam contra culpas compungimur et tamen post fletum ad culpas redimus. Sic Balaam israelitici populi tabernacula contemplatus flevit eisque se similem fieri in morte deposcit dicens: Moriatur anima mea morte iustorum et fiant novissima mea horum similia. Sed mox ut hora compunctionis transiit, in avaritie nequitia exarsit. Nam propter promissa munera in eius necem populi mortem consilium dedit, cuius morti se fieri similem optavit. Et oblitus est quod planxit, atque tunc extinguere noluit per avaritiam quod ardebat. Notandum vero est quod exponens dominus dicit quia sollicitudines et voluptates et divitie suffocant. Suffocant enim quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant, et dum bonum desiderium ad cor intrare non sinunt, quasi aditum flatus vitalis necant. Notandum etiam quod duo sunt que divitiis iungit, sollicitudines videlicet et voluptates, quia profecto et premunt mentem

exprimunt et per afflictionem resolvunt. Re enim vera possessores suos et afflictos et lubricos faciunt. Sed quia voluptas convenire non potest cum afflictione, alio quidem tempore per custodiam suam sollicitudine affligunt, atque alio per habundantiam ad voluptates emolliunt. Terra autem bona fructum per patientiam reddidit, quia scilicet nulla sunt bona que agimus, si non equanimiter etiam proximorum mala toleramus. Quanto enim quisque altius profecerit, tanto in hoc mundo invenit quod durius portet, quia cum a presenti seculo mentis nostre dilectio deficit, eiusdem seculi adversitas crescit. Hinc est enim quod plerosque cernimus et bona agere et tamen sub gravi tribulationum fasce desudare. Terrena namque iam desideria fugiunt, et tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem dominicam fructum per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella sublimiter ad requiem suscipiuntur. Sic uva calcibus tunditur, et in vini saporem liquatur. Sic oliva contusionibus expressa amurcam suam deserit, et in olei liquorem pinguescit. Sic per trituram aree a paleis grana separantur, et ad horreum purgata perveniunt. Quisquis ergo appetit plene vitia vincere, studeat humiliter purgationis sue flagella tolerare, ut post ad iudicem mundior veniat, quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. In ea porticu que euntibus ad ecclesiam beati Clementis est pervia, fuit quidam Servulus nomine, quem multi vestrum mecum noverunt, rebus pauper, meritis dives, quem longa egritudo dissolvat. Nam a prima etate

Exemplum pulchrum de quodam Servulo valde paciente

usque ad finem vite paraliticus iacebat. Quid dicam quod stare non poterat? qui numquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat, numquam manum suam ad os ducere, numquam se potuit in latus aliud declinare. Huic ad serviendum mater cum fratre aderat, et quicquid ex elemosina potuisset accipere, hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras noverat, sed scripture sacre sibimet codices emerat, et religiosos quosque in hospitalitate suscipiens, hos coram se legere sine intermissione faciebat. Factumque est ut quantum ad mensuram propriam pertinet, plene sacram scripturam disceret, cum sicut dixi litteras funditus ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere, hymnis deo et laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset ut tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque se morti proximum agnovit, peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos admonuit ut surgerent et cum eo psalmos pro expectatione exitus sui decantarent. Cumque cum eis et ipse moriens psalleret, voces psallentium repente compescuit cum terrore magni clamoris dicens: Tacete, numquid auditis quante resonant laudes in celo? Cumque ad easdem laudes quas intus audierat aurem cordis intenderet, sancta illa anima carne soluta est. Sed exeunte illa tanta illic fragrantia odoris aspersa est, ut omnes qui illic aderant inestimabili suavitate replerentur, ita ut per hoc patenter agnoscerent quod eam laudes in celo suscepissent. Cui rei monachus

noster interfuit qui usque nunc vivit
et cum magno fletu attestari solet
quia quousque corpus eius sepulture
traderent ab eorum naribus odoris il-
lius fragrantia non recessit. Ecce
quo fine ex hac vita exiit qui
in hac vita flagella equanimiter
tolleravit. Iuxta vocem ergo dominicam
bona terra fructum per patientiam red-
didit que exarata discipline
vomere ad remunerationis segetem
pervenit. Sed vos rogo fratres atten-
dite quod excusationis argumentum
in illo districto iudicio habituri su-
mus nos qui a bono opere torpentes
et res et manus accepimus si precep-
ta dominica egemus et sine mani-
bus implevit. Non contra nos do-
minus apostolos ostendat qui ad regnum
secum turbas fidelium predicando
traxerunt. Non contra nos martires
exhibeat qui ad celestem patriam san-
guinem fundendo pervenerunt. Sed
tunc dicturi sumus cum hunc de
quo locuti sumus servulum vide-
rimus cuius longa languor brachia
tenuit. Sed tamen hunc a bono opere
non ligavit. Hec vobiscum fratres agite
sic vos ad studium boni operis insti-
gate ut quos bonos nobis modo
ad imitandum proponitis eorum tunc
consortes esse valeatis prestante

In illo tempore Ductus Secundum Matheum
est Ihesus in desertum a spiritu ut tempta-
retur a dyabolo. Et cum ieiunasset xl
diebus et quadraginta noctibus postea
esuriit. Et reliqua. Omelia beati
Gregorii pape de eadem lectione

Dubitari a quibusdam solet a quo
spiritu sit Ihesus ductus in desertum
propter hoc quod subditur: Assumpsit
eum dyabolus in sanctam civitatem

Et rursus assumpsit eum in montem
excelsum. Sed vere et absque ulla
questione convenienter accipitur ut a sancto
spiritu in desertum ductus credatur ut il-
lic eum suus spiritus duceret ubi
hunc ad temptandum spiritus ma-
lignus inveniret. Sed ecce cum di-
citur Deus homo in excelsum montem
vel in sanctam civitatem a dyabolo
assumptus mens refugit humane
hec audire expavescunt aures. Qui tamen
non esse incredibilia ista cognosci-
mus si in illo et alia facta pensa-
mus. Certe iniquorum omnium caput
dyabolus est et huius capitis membra
sunt omnes iniqui. An non dyaboli
membrum fuit Pylatus? An non
membra dyaboli iudei persequentes
et milites crucifigentes fuerunt?
Quid ergo mirum si se ab illo permi-
sit in montem duci qui se pertu-
lit etiam et a membris illius cruci-
figi. Non ergo indignum redemptori
nostro quod temptari voluit qui ve-
nerat occidi. Iustum quippe erat
ut sic temptationes nostras suis
temptationibus vinceret sicut mor-
tem nostram venerat sua morte
superare. Sed sciendum nobis est
quia tribus modis temptatio
agitur: suggestione, delectatione,
consensu. Et nos cum temptamur
plerumque in delectationem aut etiam
in consensum ~~labitur~~ labimur quia
ex carnis peccato propagati in nobis
ipsis etiam gerimus unde certamina tole-
ramus. Deus vero qui in utero
virginis incarnatus in mundum
sine peccato venerat nichil contrarietatis
in semetipso tolerabat. Temptari
ergo per suggestionem potuit. Sed eius

Tribus modis suggestio te-
mittitur

mentem peccati delectatio non momordit
Atque ideo omnis diabolica illa temptatio
foris non intus fuit. Sed si ipsum ordi-
nem temptationis eius aspicimus,
pensemus quanta magnitudine liberamur.
Antiquus hostis contra primum hominem
parentem nostrum in tribus se temptatio-
nibus erexit, quia hunc videlicet gula,
vana gloria et avaricia temptavit.
Sed temptando superavit, quia sibi eum
per consensum subdidit. Ex gula quippe
temptavit cum cibum ligni vetitum
ostendit atque ad comedendum suasit.
Ex vana autem gloria temptavit cum
diceret: eritis sicut dii. Ex profectu avari-
cie temptavit cum diceret: scientes bo-
num et malum. Avaricia enim non solum
pecunie est, sed etiam altitudinis. Recte
enim avaricia dicitur cum supra modum sublimi-
tas ambitur. Si enim non ad avariciam
honoris rapina pertineret, nequaquam
Paulus de unigenito filio dei diceret:
Non rapinam arbitratus est esse se equa-
lem deo. In hoc ergo diabolus parentem
nostrum ad superbiam traxit, quia eum ad
avariciam sublimitatis excitavit. Sed
quibus modis primum hominem stravit,
eisdem modis secundo homini temptato
succubuit. Per gulam quippe temptat
qui dicit: Dic ut lapides isti panes
fiant. Per vanam gloriam temptavit
cum dicit: si filius dei es, mitte te
deorsum. Per sublimitatis avariciam
temptavit cum regna omnia mundi
ostendit dicens: Hec omnia tibi dabo
si procidens adoraveris me. Sed eisdem
modis a secundo homine vincitur
quibus primum hominem se vicisse gloriabatur,
ut a nostris cordibus ipso aditu intro-
missus tenebat. Sed est aliud, fratres
karissimi, quod in hac temptatione dominica
considerare debemus, quia temptatus a diabolo
dominus sacri eloquii precepta respondit.
Et qui eo verbo quo erat temptatorem suum
mergere in abyssum poterat, virtutem
sue potentie non ostendit. Sola divine
scripture precepta edidit, quatinus

nobis sue pacientie preberet exemplum,
ut quotiens a pravis hominibus aliquid
patimur, ad doctrinam excitemur po-
tius quam ad vindictam. Pensate quanta
est pacientia dei [illegible] quanta impacientia
nostra. Nos si iniuriis aut aliqua
lesione provocamur, furore commoti
aut quantum possumus nosmetipsos
ulciscimur, aut quod non possumus commi-
namur. Ecce adversitatem diaboli
dominus pertulit et nichil ei nisi man-
suetudinis verba respondit. Portavit
quod punire poterat, ut hoc in laudem
glorie eius altius esset, si hostem
non extinguendo sed interim patiendo
superaret. Notandum vero quod subditur:
quia recedente diabolo angeli mini-
strabant ei. Ex qua re quid aliud
quam unius persone utraque natura ostenditur?
Quia et homo est quem diabolus temptat
et idem ipse deus est cui ab angelis
ministratur. Cognoscamus ergo in eo
naturam nostram, quia nisi hunc diabolus
hominem cerneret non temptaret. Ve-
neremur in illo divinitatem suam, quia
nisi super omnia deus existeret, ei nullo
modo angeli ministrarent. Sed quia
his diebus lectio congruit, nam
quadraginta dierum abstinentiam
redemptoris audivimus, qui quadrage-
sime tempus inchoamus, discutiendum
nobis est cur hec ipsa abstinentia per
quadraginta dierum numerum custoditur.
Moyses enim ut legem acciperet secundo
quadraginta diebus ieiunavit. Helias
in deserto quadraginta diebus abstinuit. Ipse
auctor hominum ad homines veniens
in quadraginta diebus nullum omnino cibum
sumpsit. Nos quoque in quantum pos-
sumus annuo quadragesime tempore car-
nem nostram per abstinentiam affligere
conamur. Cur ergo in abstinentia quadra-
genarius numerus custoditur, nisi quia virtus
decalogi per libros sancti evangelii impletur?
Denarius etenim quater ductus in qua-
dragenarium surgit. Quia tunc decalogi

mandata perficimus cum perfecto quatuor libros sancti ewangelii custodimus. Exqua re sentiri et aliud potest. In hoc enim mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus et per voluptates eiusdem corporis preceptis dominicis contrariamur. Precepta autem dominica per decalogum sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria decalogi mandata contempsimus dignum est ut eandem carnem quater decies affligamus. Quamvis de hoc quadragesime tempore est adhuc aliud quod possit intelligi. A presenti etenim die usque ad pascalis sollempnitatis gaudia sex ebdomade veniunt quarum videlicet dies quadraginta duo fiunt. Ex quibus dum sex dies dominici ab abstinentia subtrahuntur non plus in abstinentia quam triginta et sex dies remanent. Dum vero per trecentos et sexaginta quinque dies annus ducitur nos autem per triginta et sex dies affligimur quasi anni nostri deo decimas damus. Ut qui nobis per acceptum annum viximus auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemus. Unde fratres karissimi sicut in lege offerre iubemini decimas rerum ita ei offerre contendite et decimas dierum. Unusquisque in quantum vires suppetit carnem maceret eiusque desideria affligat. Concupiscentias turpes interficiat ut iuxta Pauli vocem hostia viva fiat. Hostia quippe et immolatur et viva est quando et ab hac vita homo non deficit et tamen a se carnalibus desideriis occidit. Caro nos leta traxit ad culpam afflicta reducat ad veniam. Auctor etenim mortis nostre per fructum ligni vetiti vite precepta transgressus est. Qui ergo a paradisi gaudiis per cibum cecidimus ad hunc in quantum possumus per abstinentiam resurgamus. Sed nemo sibi eandem abstinentiam solam credat posse sufficere cum per prophetam dominus dicat Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi. Frange esurienti panem tuum et egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum et carnem tuam ne despexeris. Illud ergo ieiunium deus approbat quod ad eius oculos manus elemosinarum levat quod cum proximi dilectione agitur quod ex pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis alteri largire ut unde tua caro affligitur inde egentis proximi caro reparetur. Hinc enim per prophetam dominus dicit Cum ieiunaretis et plangeretis numquid ieiunium ieiunastis michi et cum comeditis et bibitis numquid non vobis comeditis et vobismetipsis bibitis. Sibi enim comedit et bibit qui alimenta corporis que sunt communia dona conditoris sine indigentibus percipit. Et sibi quisque ieiunat si ea que ad tempus subtrahit non pauperibus tribuit sed ventri postmodum offerenda custodit. Hinc per Iohel dicitur Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe est adiunctis bonis aliis dignam deo abstinentiam carnis ostendere. In cassum enim caro atteritur si a pravis suis voluptatibus animus non refrenatur. Cui per prophetam dominus dicit Ecce in die ieiunii vestri invenitur voluntas vestra. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie et omnes debitores vestros repetitis. Neque enim qui debitori suo hoc quod dedit repetit aliquid iniustum facit. Sed dignum est ut quisquis se in penitentiam macerat etiam hoc quod sibi iuste competit immediat. Sic sic nobis afflictis et penitentibus adeo dimittit quod in eum iniuste egimus si pro amore illius et hoc quod nobis iuste competit relaxamus. Prestante domino nostro etc.

In illo tempore Designavit dominus Ihesus et alios septuaginta duos et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Dominus et salvator noster fratres karissimi aliquando nos sermonibus aliquando operibus admonet. Ipsa etenim facta eius precepta sunt, quia dum aliquid tacitus facit quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in predicatione discipulos mittit. Quia enim duo sunt precepta caritatis dei videlicet amor et proximi, et minus quam inter duos caritas haberi non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere caritatem dicitur, sed dilectio se in alterum tendit, ut esse caritas possit. Ecce binos ad predicandum dominus discipulos mittit, quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui caritatem erga alterum non habet, predicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur quia misit eos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Predicatores enim suos dominus sequitur. Quia predicatio prevenit et tunc ad mentis nostre habitaculum dominus venit quando verba exhortationis precurrunt, atque per hec veritas in mente suscipitur. Hinc namque eisdem predicatoribus Ysaias dicit: Parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri. Hinc illis psalmista ait: Iter facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum namque dominus ascendit, quia unde in passione occubuit, inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit, quia mortem quam pertulit resurgendo calcavit. Ei ergo qui ascendit super occasum iter facimus, cum nos eius gloriam vestris mentibus predicamus, ut eas et ipse post veniens per amoris sui presentiam illustret. Audiamus quid predicatoribus mittendis dicat: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Ad messem multam operarii pauci sunt, quod sine gravi loqui merore non possumus, quia et si sunt qui bona audiant, desunt qui indicant. Ecce

vel ascendit super occasum

mundus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe dei rarus valde invenitur operator, quia officium quidem sacerdotale suscepimus, sed opus officii non implemus. Sed pensate fratres mei, pensate quod dicitur: Rogate dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Vos pro nobis petite ut digna vobis operari valeamus, ne ab exhortatione lingua torpeat, ne postquam predicationis locum suscepimus apud iustum iudicem nos nostra taciturnitas addicat. Sepe enim pro sua nequicia predicantium restringitur lingua. Sepe vero ex subiectorum culpa agitur ut eis qui presunt predicationis sermo subtrahatur. Ex sua quippe nequicia predicantis lingua restringitur, sicut psalmista ait: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? Et rursum ex vitio subiectorum vox predicantium prohibetur, sicut ad Ezechielem dominus dicit: Linguam tuam adherere faciam palato tuo, et eris mutus nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Ac si aperte dicat: Idcirco tibi predicationis sermo tollitur, quia dum me in suis actibus plebs exasperat, non est digna cui exhortatio veritatis fiat. Ex cuius ergo vitio predicatoris sermo subtrahatur non facile agnoscitur. Quod pastoris taciturnitas aliquando sibi semper autem subiectis noceat certissime scitur. Sed utinam si ad predicationis virtutem non sufficimus, loci nostri officium in innocentia vite teneamus. Nam subditur: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Multi autem cum regiminis iura suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent et quibus prodesse debuerant nocent. Et quia caritatis viscera non habent, domini videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt, humilitatis locum in elationem dominationis immutant, et si quando extrinsecus blandiuntur, intus seviunt. De quibus alias veritas

dicit: Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Contra que omnia considerandum nobis est quia sic agni inter lupos mittimur, ut sensum servantes innocencie morsum malicie non habeamus. Qui enim locum predicacionis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare. Ut ipsa sua mansuetudine iram sevientium mitiget, et peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quem et si quando zelus rectitudinis exigit ut circa subiectos seviat, furor ipse de amore sit, non de crudelitate, quatenus et iura discipline foris exhibeat, et intus paterna pietate diligat quos foris quasi insequendo castigat. Quod tunc bene rector exhibet, cum se ipsum diligere per amorem privatum nescit, cum nulla que mundi sunt appetit, cum terrene cupiditatis honeribus neque quamquam colla supponit. Unde et subditur: Nolite portare sacculum neque peram neque calciamenta, et neminem per viam salutaveritis. Predicatori etenim tanta in deo debet esse fiducia, ut presentis vite sumptus quamvis non provideat, tamen sibi hos non deesse certissime sciat, ne dum mens eius occupatur ad temporalia, minus aliis provideat eterna. Cui eciam per viam neminem salutare conceditur, ut sub quanta festinacione iter predicacionis pergere debeat ostendatur. Que si quis verba eciam per allegoriam velit intelligere, in sacculo pecunia clausa est sapiencia occulta. Qui ergo sapiencie verbum habet, sed hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Unde scriptum est: Sapiencia occulta et thesaurus occultus, que utilitas in utrisque? Quid vero per peram nisi onera seculi, et quid hoc loco per calciamenta nisi mortuorum operum exempla signantur? Qui ergo officium predicacionis suscipit, dignum non est ut onus secularium negociorum portet, ne dum eius colla deprimunt, ad predicanda celestia non assurgat. Nec debet stultorum operum exempla conspicere, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt etenim multi qui pravitatem suam ex aliorum pravitatibus tuentur. Quia enim alios talia fecisse considerant, se hec facere licere putant. Hi quid aliud faciunt, nisi pedes suos ex mortuorum animalium munire pellibus conantur? Omnis vero qui salutat in via, ex occasione salutat itineris, non ex studio optande eiusdem salutis. Qui ergo non amore eterne patrie, sed premiorum ambitu salutem audientibus predicat, quasi in itinere salutat, quia ex occasione et non ex intencione salutem audientibus exoptat. Sequitur: In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illam pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. Pax que ab ore predicatoris offertur, aut requiescit in domo, si in ea filius pacis fuerit, aut ad eundem predicatorem revertitur. Quia erit aut quisquis predestinatus ad vitam, et celeste verbum sequitur quod audit, aut si nullus audire voluit, ipse predicator sine fructu non erit, quia ad eum pax, qui ei a deo pro labore sui operis merces recompensabitur. Ecce enim qui peram et sacculum portare prohibuit, sumptus et alimenta ex eadem predicacione concedit. Nam sequitur: In eadem autem domo manete edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim mercenarius mercede sua. Si pax nostra recipitur, dignum est ut in eadem domo maneamus edentes et bibentes que apud illos sunt, ut ab eis terrena stipendia consequamur, quibus premia patrie celestis offerimus. Unde etiam Paulus hec ipsa pro minimo suscipiens dicit: Si

nos nobis ipsis alia seminamus. Magnum non est si nos carnalia metamus. Et notandum quod subditur: Dignus est operarius mercede sua. Quia de mercede sunt operis ipsa alimenta sustentationis, ut hic merces de labore predicationis inchoetur, que illic de veritatis visione perficitur. Qua in re considerandum est quod uni nostro operi due mercedes debentur, una in via, altera in patria. Una que nos in labore sustentat, alia que nos in resurrectione remunerat. Merces itaque que in presenti recipitur hoc in nobis debet agere, ut ad sequentem mercedem robustius tendatur. Verus ergo quisque predicator non ideo predicare debet ut in hoc tempore mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere ut predicare sufficiat. Quisquis namque ideo predicat ut hic vel laudis vel muneris mercedem recipiat, eterna procul dubio mercede se privat. Quisquis vero ea que dicit ideo placere hominibus appetit ut dum placet quod appeti dicitur per eadem dicta non ipse sed Deus ametur, vel idcirco terrena stipendia in predicatione tenet ne a predicationis voce per indigentiam lassetur, hunc procul dubio ad recipiendam mercedem nihil obstat in patria quod sumptum sumpsit in via. Sed quid nos quod tamen sine dolore dicere non possumus, quid nos pastores agimus, qui et mercedem consequimur et tamen operarii nequaquam sumus. Fructus quippe sancte ecclesie in stipendio cotidiano percipimus, sed tamen pro eterna ecclesia minime in predicatione laboramus. Pensemus cuius damnationis sit sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium laboramus. Illa in usum stipendii sumimus que pro redimendis peccatis

Uno operi duplex merces debetur

Verus predicator quid debet facere

Audis

suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem vel orationis studio vel predicationis, ut dignum est, insudamus. Vix pro culpa sua quempiam aperta voce reprehendimus. Et adhuc quod est gravius, aliquando si persona in hoc mundo potens sit, eius forsitan et errata laudamus, ne si adversetur pro iracundia munus subtrahat quod impendebat. Sed debemus sine cessatione meminisse quod de quibusdam in Osee scriptum est: Peccata populi mei comedunt. Cur autem peccata populi comedere dicuntur, nisi quia peccata delinquentium fovent, ne temporalia stipendia amittant. Sed et nos qui ex oblationibus fidelium vivimus quas illi pro suis peccatis obtulerunt, si comedimus et tacemus, eorum procul dubio peccata manducamus. Pensemus ergo cuius sit apud Deum criminis peccatorum pretium manducare et nihil contra peccata predicando agere. Audiamus quid beatus Iob voce dicit: Si adversum me terra clamat, et cum ipsa sulci eius deflent, si fructus eius comedi absque pecunia. Terra etenim contra possessorem suum clamat quando contra pastorem suum iuste ecclesia murmurat. Cuius etiam sulci deflent, si corda audientium que precedentium patrum predicationis voce et vigore increpationis exarata videntur, aliud quod lugeant de vita pastoris. Cuius videlicet terre fructus possessor bonus sine pecunia non manducat, quia districtus pastor prerogat talentum verbi, ne ad damnationem suam de ecclesia stipendium sumat alimenta. Tunc enim de terra nostra sine pecunia fructus comedimus quando sumentes ecclesiastica subsidia in predicatione laboramus. Patrones

namque venturi iudicii sumus Certus
go securitatem indicere minime si pro-
tacet. Proinde considerandum
nobis est ut in quantum valet
quisque in quantum sufficit et ardorem
venturi iudicii et dulcedinem
regni celestis ecclesie insinuare
contendat. Et qui una eademque
exortationis voce non sufficit
simul cunctos admonere debet
singulos in quantum valet instruere
privatis locutionibus edificare exor-
tatione simplici fructum filiorum in cor-
dibus querere. Debemus namque
pensare continue quod sanctis apostolis
et per apostolos nobis: Vos estis sal
terre. Si ergo sal sumus condire men-
tes fidelium debemus. Vos ergo qui
pastores estis pensate quia dei animalia
pascitis. De quibus profecto animalibus
deo per psalmistam dicitur: Animalia tua
habitabunt in ea. Et sepe videmus
quod petra salis brutis animalibus po-
nitur ut eandem salis petram lambere
debeant et meliorari. Ergo inter
bruta animalia petra salis esse debet
sacerdos in populis. Curare namque
sacerdotem necesse est que sin-
gulis dicat unumquemque qualiter ad-
moneat ut quisquis sacerdoti iungitur
quasi ex salis tactu eterne vite
sapore condiatur. Sal etenim terre
non sumus si corda audientium
non condimus. Quod profecto condimentum
ille veraciter proximo impendit qui
predicationis verbum non subtrahit.
Sed tunc vere aliis recta predicamus
si dicta rebus ostendimus si nos ipsi
divino amore compungimur et humane
vite que sine culpa nequaquam
transire potest cotidianas maculas
lacrimis lavamus. Tunc autem vere nos

vere compungimur. Si studiose priorum
precedentium facta pensamus ut ex con-
specta illorum gloria in oculis nostris
nostra vita sordescat. Tunc vere
compungimur cum precepta dei studio-
se perscrutamur et per hec perfice ipsi
contendimus per que iam perfectis
se novimus quos veneramur. Hinc
est enim quod de Moyse scriptum est:
Posuit et labrum eneum in quo
lavarentur Aaron et filii eius
cum ingrederentur in sancta sanctorum
quod fecit de speculis ~~in limine~~ mulierum que mulierum
excubabant in hostio tabernaculi.
Labrum quippe eneum Moyses
ponit in quo sacerdotes lavari
debeant et sancta sanctorum ingredi quia lex
dei prius nos lavari debere per
compunctionem precipit ut immundi-
tia ad penetranda secreta dei
munditia non sit indigna. Quod hoc
labrum de speculis mulierum per-
hibet factum que ad tabernaculi
hostium indesinenter excubabant.
Specula quippe sunt mulierum
precepta dei in quibus se sancte
anime semper aspiciunt et si que
in eis sunt feditatis macule de-
prehendunt cogitationum vitia cor-
rigunt et quasi renitentes vultus
velut ex reddita imagine compo-
nunt. Quia dum preceptis divinis
solerter intendunt intendunt in
eis procul dubio vel quid in se
celesti viro placeat vel quid
displiceat agnoscunt. Que qui-
dem in hac vita sunt eternum
tabernaculum nequaquam ingredi
possunt. Sed ad hostium tabernaculi
mulieres excubant quia sancte
anime etiam cum infirmitate adhuc

Bonum est iugi sal ...

De sal ...

carius conservant. amore tamen
cum timore intrinsecus celi in civitatis
observant. Moyses quoque labrum
sacerdotibus de speculis sacerdotum
mulierum fecit. quia lex dei lava-
crum compunctionis peccatorum nostrorum
maculis exhibet. Dum ea per-
fecte anime superno sponso placu-
erunt intuenda nobis celestia
precepta proferunt. Quibus si diligenter
intendimus. in nobis nostre ymagi-
nes maculas videmus. Viden-
tes autem maculas in penitencie dolore
compungimur. Compuncti vero quasi
in labio de speculis mulierum
lavamur. Est autem valde necessarium
ut cum pro nobis in compunctione
afficimur. etiam commissorum nobis
vitam zelemus. Sic quoque amari-
tudo compunctionis afficiat. ut
tamen a proximorum custodia non
avertat. Quid enim prodest si a-
mantes nosmetipsos vel ingnora-
mus proximos. Vel quid rur-
sum prodest si amantes vel zelan-
tes proximos relinquimus nos-
metipsos. In ornamento quippe
tabernaculi. bis ~~bis~~ tinctus coc-
cus offerri precipitur. ut ante dei
oculos caritas nostra dei et proxi-
mi amore coloretur. Ille autem
nunc se diligit. qui pure di-
ligit auctorem. Tunc quoque coccus ~~coccus~~
bis tingitur. quando erga se et
proximum ex amore caritatis
animus inflammatur. Sed ne-
cesse est. ut sic excitet
zelus rectitudinis, quia prava
acta proximorum / quatenus

in furore districtionis nullo modo
relinquitur virtus mansuetudinis. Ira
Auct. etenim sacerdotis. neque quam debet esse pre-
ceps et perturbata. sed magis ex
consilii gravitate metuenda. Et
portare quoque debemus quos corrigimus
et corrigere quos portamus. Si pe-
ex utroque unum defuerit nec in furore
quam in mansuetudine actio sacerdo-
talis non sit. Hinc namque est quod in
templo mistico in basibus templi
sculptorio opere leones et boves
et cherubin expressa sunt. Cherubin
quippe est. plenitudo sciencie. Sed quid
est quod in basibus nec leones sine
bobus. nec boves sine leonibus iun-
guntur. Quid enim aliud designant
bases in templo nisi sacerdotes in
ecclesia. Qui dum sollicitudinem
regiminis tolerant quasi more basium
superimpositum honus portant.
In basibus quoque cherubin exprimitur
quia decet nimirum ut sacerdotum
pectora plenitudine sciencie sint reple-
ta. Per leones autem terror severitatis
per boves vero patientia mansuetudinis
signatur. Itaque in basibus nec leo-
nes sine bobus. nec boves sine leo-
nibus exprimuntur quia semper in sacerdo-
tali pectore. cum terrore severitatis
custodiri debet virtus mansuetudi-
nis. ut et iram mansuetudo con-
diat. et eandem mansuetudinem ne
forte dissoluta sit zelus distric-
tionis accendat. Sed ista tunc loquimur
cum adhuc plerosque conari sanctis
actionibus videamus. Vobis enim
sacerdotibus lugens loquor quia nos
nullos vestrum tum premiis facere ordina-
tiones agnovimus. spiritualem gratiam ven-
dere. et de alienis iniquitatibus cum
peccati dampno temporalia lucra cumu-
lare. Cum ergo ad memoriam vestram
non redit quod vox ~~vox~~ dominica precipiens di-
xit. gratis accepistis gratis date

Cum nos ad mentis oculos revocat quod templum redemptor noster ingressus cathedras vendentium columbas evertit et nummulariorum effudit es. Quid namque sunt in templo dei hii qui columbas vendunt nisi qui in ecclesia precium de imposicione manus accipiunt per quam videlicet imponi spiritus sanctus celitus datur. Columba ergo venditur quia manus imposicio per quam spiritus sanctus accipitur ad precium prebetur. Sed redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit quia talium negociatorum sacerdotum vitam destruit. Hinc est quod sacri canones symoniacam heresim dampnat et eos sacerdocio privari precipiunt qui de largiendis negociis ordinibus precium querunt. Cathedras ergo vendentium columbas evertit quando hii qui spiritualem graciam vendunt vel ante humanos vel ante dei oculos sacerdocio privantur. Et quidem multa sunt prepositorum alia mala que humanos non oculos latent et plerumque se pastores sanctos hominibus exibent atque in occultis suis mali turpes ante interni arbitri oculos eius erubescunt. Veniet profecto ille dies nec longe est in quo pastor pastorum appareat ut uniuscuiusque facta in publicum deducat. Et qui modo subditorum culpas per prepositos ulciscitur tunc prepositorum mala per semetipsum seviens dampnat. Unde et ingressus templum per se quasi flagellum de funiculis fecit et de domo dei pravos negociatores eiciens cathedras vendentium columbas evertit quia subditorum quidem culpas per pastores percutit. Sed pastorum vicia per semetipsum ferit. Ecce modo hominibus negari potest quod latent. Ille iudex venturus est cum tacendo quisque se non potest celare quem negando non potest fallere. Est aliud fratres karissimi

De sacerdotibus

quod me de vita pastorum vehementer affligit. Sed ne cui hoc iniuriosum videatur fortasse quod ~~asse me~~ assero me quoque pariter accuso. Quamvis barbarici temporis necessitate compulsus valde in his multum iaceo. Ad exteriora enim negocia dilapsi sumus et aliud ex honore suscepimus atque aliud officio actionis exhibemus. Ministerium predicationis relinquimus et ad penam nostram ut video episcopi vocamur qui honoris nomen non virtutem tenemus. Relinquunt namque deum hii qui nobis commissi sunt et tacemus. In pravis iacent et correctionis manum non tendimus. Cottidie per multas nequicias pereunt et eos ad infernum tendere negligenter videmus. Sed quomodo ~~quando~~ nos vitam corrigere valeamus alienam qui negligimus nostram. Curis enim secularibus intenti tanto insensibiliores intus efficimur quanto ad ea que foris sunt studiosiores videmur. Usu quippe cure terrene a celesti desiderio obdurescit animus et dum ipso suo usu durus efficitur per actiones seculi ad ea emolliri non valet que pertinent ad caritatem dei. Unde bene sancta ecclesia de membris suis infirmantibus dicit. Posuerunt me custodem in vineis posui meam vineam meam non custodivi. Vinee quippe nostre actiones sunt quas usu cotidiani laboris excolimus. Sed custodes in vineis in vineis positi nostram vineam minime non custodimus quia dum extraneis actionibus implicamur ministerium actionis nostre negligimus. Nullum puto fratres karissimi ab aliis maius preiudicium quam a sacerdotibus tolerat deus quando eos quos ad aliorum correctionem posuit dare de se exempla pravitatis cernit quando ipsi peccamus qui compescere peccata debuimus. Illud etiam quod est gravius sacerdotibus qui

Nota bene de negligentia prelatorum

Deus a sacerdotibus preiudicium patitur

ipsa dare debuerant, etiam aliena diri-
piunt. Plerumque si quos humiles, si
quos continenter vivere conspiciunt, irri-
dent. Considerate ergo quid de gregibus
agatur, quando lupi pastores fiunt. Hi
enim custodiam gregis suscipiunt, qui
insidiari gregi dominico non metuunt,
contra quos dei greges custodire debu-
erunt. Nulla animarum lucra quaeri-
mus, ad nostra studia cotidie vacamus,
terrena concupiscimus, humanam gloriam
intenta mente captamus. Et quia
eo ipso quo ceteris prelati sumus ad agen-
da quaelibet maiorem licitam habemus, susceptae licentiam
benedictionis ministerium vertimus
ad ambitionis argumentum. Dei causam
relinquimus et ad terrena negotia vaca-
mus. Locum sanctitatis accepimus et
terrenis actibus implicamur. Impletur
est profecto quod scriptum est: Et erit sicut
populus sic sacerdos. Sacerdos enim non
distat a populo, quando nullo vite merito
vulgi transcendit actionem. Impleto-
rem(?) semne lacrimas conspexit mortem
nostram et deplorans dicat: Quomodo
obscuratum est aurum, mutatus est color
optimus. Dispersi sunt lapides sanctuarii
in capite omnium platearum. Aurum quippe
obscuratum est, quia sacerdotum vita
quondam per gloriam virtutum clara, nunc
per actiones infimas ostenditur reproba.
Color optimus est mutatus, quia ille
sanctitatis habitus per terrena et abiecta
opera ad ignominiam despectionis venit.
Lapides vero sanctuarii intus secretus habe-
bantur, nec apparebant nisi in summi sacer-
dotis pectore, nisi cum sancta sanctorum
ingrediens in secreto sui conditoris
appareret. Nos ergo sumus fratres karis-
simi lapides sanctuarii, qui apparere
debemus semper in secreto, quos nunc
necesse est foris conspici, id est in magnis
in exterioribus actibus videri. Sed dispersi
sunt lapides sanctuarii in capite omnium
platearum, quia hi qui in vitam et
orationem intus semper esse debuerant, per vitam
reprobam foris vacant. Ecce iam pene
nulla est saeculi actio, quam non administret. Cum ergo
in sancto habitu constituti exteriora sunt
quae exhibent, quasi sanctuarii lapides foris
iacent. Graeca enim lingua nostra platea
a latitudine vocatur. Sanctuarii lapides
in plateis sunt, cum religiosi quique
lata mundi itinera sectantur. Nec solum
in plateis, sed etiam in capite platearum
dispersi sunt, quia et per desiderium huius mundi
opera faciunt, et tamen de religioso habi-
tu culmen honoris quaerunt. In capite
ergo platearum dispersi sunt, qui et iacent
per ministerium operis, et honorari volunt
de imagine sanctitatis. Mundo autem mundi
gladio feriatur aspicitis, quibus cotidie
percussionibus intereat, videtis. Cuius populi
hoc nisi nostro praecipue peccato agitur?
Ecce depopulatae urbes, eversa castra, ecclesie
ac monasteria destructa, in solitudinem
agri redacti sunt. Sed nos pereunti
populo auctores mortis existimus, qui
esse debuimus duces ad vitam. Ex nostro
etenim peccato populi turba prostrata est, quia
facientes nostra negligentia ad vitam
erudita non est. Quid autem animas hominum
nisi cibum domini dixerim, quae ad hoc sunt
condite, ut in eius corpore traiciantur, id est
ut in aeterne ecclesie augmentum tendant.
Sed huius cibi condimentum nos esse
debemus. Sicut enim paulo superius
praefati sumus, missis praedicatoribus dicit:
Vos estis sal terrae. Si ergo cibus dei est populus,
condimentum cibi sacerdotes esse debuerunt.
Sed quia nos ab oratione et eruditio-
nis cessamus, sal infatuatum
est, quod condire non valet cibos dei,
atque ideo ab auctore non sumitur, quia exigen-
te fatuitate nostra minime conditur. Pen-
semus enim qui unquam plurimum nostrum
conversi, qui de perverso suo opere nostra incre-
patione correcti penitentiam egerunt, quis
luxuriam ex nostra eruditione deseruit,
quis avaritiam, quis superbiam declinavit.
Pensemus quod lucrum deo fecimus, nos
qui accepto talento ab eo ad negotium

missi sumus. Item dicit: Negotiamini
dum venio. Ecce iam venit. Ecce de
nostro negotio lucrum requirit. Quale
ei acquisitum lucrum de mandata negotiatione
monstrabimus? Quos eius conspectui
animarum manipulos de predicationis
nostre segete illaturi sumus? Ponamus
ante oculos nostros illum tante distri-
ctionis diem quo iudex veniet et
rationem cum servis quibus talenta tra-
didit ponet. Ecce in maiestate ter-
ribili inter angelorum atque archangelorum
choros videbitur. In illo tanto
examine electorum omnium et multitudo
reproborum deducetur, et unusquisque quid
sit operatus ostenditur. Ibi Petrus
cum Iudea conversa quam post se traxit
apparebit. Ibi Paulus conversum ut
ita dixerim mundum ducens. Ibi An-
dreas post se Achaiam. Ibi Iohannes
Asiam. Thomas Indiam in conspectum
sui iudicis conversam ducet. Ibi
omnes dominici gregis arietes cum animarum
lucris apparebunt, qui sanctis suis predi-
cationibus deo post se subditum gregem
trahunt. Cum igitur tot pastores cum
gregibus suis ante eterni pastoris oculos
venerint, quid nos miseri dicturi
sumus, qui ad dominum nostrum post
nostrum negotium vacui redimus, qui
pastoris nomen habuimus et oves
quas ex nutrimento nostro debeamus
ostendere non habemus. Hic pastores
vocati sumus et ibi gregem non ducimus.
Sed numquid si nos negligimus, omnipotens
dominus deserit oves suas? Nullo modo.
Nam ipse eas sicut per prophetam pollicitus
est per semetipsum pascit. Quosque
quos preordinavit ad vitam flagel-
lorum stimulis compunctionis spiritu erudit.
Et per nos quidem fideles ad sanctum
baptisma veniunt, nostris precibus benedicuntur,
per impositionem nostrarum manuum a deo spiritum
sanctum percipiunt atque ipsi ad regnum
celeste pertingunt. Et ecce nos per negligentiam
nostram deorsum tendimus. Ingrediuntur
electi sacerdotum manibus expiati cele-
stem patriam et sacerdotes ipsi per vitam
reproborum ad inferni supplicia festinant.
Cui ergo rei tam similes dixerim sacerdo-
tes malos nisi aque baptismatis,
que peccata baptizatorum diluens il-
los ad regnum celeste mittit et ipsa
postea in cloacas descendit. Timea-
mus hec fratres karissimi. Conveniat actioni
nostre ministerium nostrum. De peccatorum
nostrorum cotidie relaxatione cogitemus,
ne nostra vita peccatis obligata rema-
neat, per quam omnipotens deus cotidie
alios solvit. Consideremus sine ces-
satione quid sumus. Pensemus pondus
quod suscepimus. Faciamus nobis cotidie
rationes quas cum nostro iudice habeamus.
Et sic debemus agere nostri curam
ut non negligamus curam proximi, ut
quisquis ad nos iungitur ex lingue
nostre sale condiatur. Cum vacantem
quempiam et lubricum videmus, ad-
monendus est ut coniugio refrenare
debeat incontinentiam suam, quatinus per hoc
quod licet discat superare quod non licet.
Coniugatum videmus, admonendus
est ut sic exerceat curam secularium ne post-
ponat amorem dei. Sic placeat volun-
tati coniugis ut non displiceat condi-
toris. Cum clericum videmus ad-
monendus est quatinus sic vivat
ut exemplum vite secularibus prebeat,
ne si quid iniuste in illo reprehenditur,
ut eius vitio ipsa religionis nostre
existimatio corruetur. Cum monachum
videmus admonendus est ut reveren-
tiam habitus sui in actu, in locutione,
in cogitatione pensare semper conspiciat,
ut ea que mundi sunt perfecte deserat,
et quod ostendit humanis oculis habitu,
hoc ante dei oculos moribus prebeat.
Iste itaque sanctus iam est, admoneatur.
Ille vero qui adhuc iniquus est
admoneatur ut se corrigat.

Renatemus quisque ad sacerdotem se vinxerit sale sermonis illius conditus recedat. Hec fratres nobiscum sollicite cogitate. hec proximis vestris impendite omnipotenti deo fructum nobis reddere de negotio quod accepistis parate. Sed ista que dicimus melius apud vos orando quam loquendo obtinebimus. Oremus. Deus qui nos pastores in populo vocari voluisti, presta quesumus ut hoc quod humano ore dicimur in tuis oculis esse valeamus. Per dominum nostrum ihesum christum qui tecum vivit deus in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen. Secundum Johannem

In illo tempore. Dixit ihesus turbis iudeorum Quis ex vobis arguet me de peccato. Si veritatem dico quare vos non creditis michi. Qui est ex deo verba dei audit propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Et reliqua.

viii Omelia beati gregorii pape de eadem lectione

Pensate fratres karissimi mansuetudinem dei relaxare peccata venerat et dicebat. Quis ex vobis arguet me de peccato. Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse qui ex virtute divinitatis poterat peccatores iustificare. Si veritatem dico quare vos non creditis michi. Quare nisi quia filii diaboli estis non veritatis. filii non natura sed imitatione. Creatura namque dei erant. Ipse enim est creator carnis et anime. Vitio imitatores erant diaboli. Sed terribile est valde quod subditur. Qui est ex deo verba dei audit propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Si enim ipse verba dei audit qui ex deo est. et audire verba eius non potest quisquis ex illo non est. Interroget se unusquisque si verba dei in aure cordis percipit. et intelligit unde sit. Celestem patriam desiderare veritas iubet. carnis desideria conteri. mundi gloriam declinare aliena non appetere propria largiri. Penset ergo apud se unusquisque. neminem si hec vox dei in cordis eius aure convaluit. et quod iam ex deo sit agnoscit. Nam sunt nonnulli qui precepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui hec quidem corporis aure percipiunt. Sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba dei suscipiunt. ita ut etiam in fletibus compungantur. Sed post lacrimarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hii profecto verba dei non audiunt. quia hec exercere in opere contempnunt. Vitam ergo vestram fratres karissimi. ante mentis oculos revocate et alta consideratione pertimescite. hoc quod ex ore veritatis dicitur sonat Propterea vos non auditis. quia ex deo non estis. Sed hoc quod de reprobis veritas loquitur ipsi hoc quoque de semetipsis reprobi iniquis suis operibus ostendunt. Nam sequitur. Responderunt iudei et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos quod samaritanus es tu. et demonium habes. Accepta tanta contumelia. quid dominus respondeat audiamus. Ego demonium non habeo. Sed honorifico patrem meum et vos inhonorastis me. Samaria enim samaritanus dicitur custodes. et ipse veraciter custos est. de quo psalmista ait. Nisi dominus custodierit civitatem in vanum vigilant qui custodiunt eam. et cui per ysaiam dicitur. custos quid de nocte. Respondere noluit dominus samaritanus non sum. sed ego demonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerant. unum negavit. aliud tacendo consensit. Custos namque humani generis venerat et si samaritanum se non esse diceret. se custodem negaret. Sed tacuit quod recognovit et patienter repulit quod dictum fallaciter audivit dicens. Ego demonium non habeo. In quibus verbis quid aliud

nisi superbia mentem confunderet. Rursum si
excogitata vel leviter fuerint acriores
iniurias reddit quam acceptat. Facit
mala que post ruminatur. Et que facit
non post. Ecce iniuriam suscipiens deus
non irascitur, non contumeliosa verba
respondit. Quasi si eisdem ista dominus verbis
respondere voluisset: demonium non habetis,
vos profecto dicerent, quia nisi reple-
ti demoniis fuissent tam perversa de
deo loqui non possent. Sed accepta
iniuria etiam quod verum erat dicere
veritas noluit, ne non dixisse veritatem
sed provocatus contumeliam reddidisse videretur
reddidisse videretur. Ex qua re quid
nobis innuitur, nisi ut eo tempore quo
a proximis ex falsitate contumelias
accipimus eorum et vera mala taceamus
ne ministerium iuste correptionis in arma
vertamus furoris. Sed quia omne quod ex
zelo agitur apertius hominibus dehone-
statur in semetipso dominus nobis
patientie prebuit exemplum qui ait:
Sed honorifico patrem meum et vos
inhonorastis me. Sed quid nobis
ad ista facienda non sufficit, adhuc exemplo
nos ammonet cum subiungit: Ego
autem non quero gloriam meam, est qui querat.
Scimus certe quod scriptum est quia pater
omne iudicium dedit filio, et tamen ecce
idem filius iniurias accipiens gloriam
suam non querit. Illatas contumelias
patris iudicio reservat, ut nobis profecto
insinuet quantum nos patientes esse
debemus, cum se adhuc ulcisci non
vult et ipse qui iudicat. Cum vero ma-
lorum perversitas crescit, non solum frangi
predicatio non debet, sed etiam augeri. Quod
nos dominus exemplo admonet, qui postquam
habere demonium dictus est, predicatio-
nis sue beneficia largius impendit
dicens: Amen amen dico vobis, si quis
sermonem meum servaverit, non videbit
mortem in eternum. Sed sicut bonis necesse est

Luc b

ut meliores etiam per contumelias exi-
stant, ita semper reprobi de beneficiis
peiores fiunt. Nam accepta predi-
catione iterum dicunt: Nunc cognovi-
mus quia demonium habes. Eterna enim
eterne morti inheserant et eandem
mortem cui inheserant non videbant.
Dumque solam mortem carnis aspi-
ciunt, in mortis sermone caligabant
dicentes: Abraham mortuus est
et prophete, et tu dicis: Si quis sermo-
nem meum servaverit, mortem non gustabit
in eternum. Unde et ipsi veritati eius
abraham et prophetas quos venerantes
preferunt. Sed aperta nobis responsione re-
sistit, et tamen se irritata non desinit
voce predicare dicens: Abraham
pater vester exultavit ut videret diem
meum, et vidit et gavisus est.
Diem quippe diei domini abraham
vidit, cum in figura summe trinitatis
tres angelos suscepit. Quibus
profecto susceptis sic tribus quasi uni
locutus est. Quia et si in personis
numerus trinitatis est, in natura unitas
divinitatis. Sed carnales mentes
audientium oculos a carne non sub-
levant, in eo solam carnis etatem
pensant dicentes: Quinquaginta annos
nondum habes et abraham
vidisti. Quos benigne redemptor
noster a carnis sue intuitu submovens
et ad divinitatis contemplationem trahit
dicens: Amen amen dico vobis,
antequam abraham fieret ego sum.
Ante enim preteriti temporis est, sum pre-
sentis. Et quia preteritum tempus
et futurum divinitas non habet, sed semper
esse habet, non ait ante abraham ego
fui, sed ante abraham ego sum.
Unde et ad moysen dicitur: Ego sum
qui sum. Et dices filiis israhel:
Qui est misit me ad vos. Ante
ergo et post abraham habuit qui

videas esse ff 43

et accedere potuit per exhibitionem patientie
et recedere per cursum vite. Veritas
ergo semper de his quae ei conveniunt quae nec
priore tempore incipit nec subsequenti
terminatur. Sed sustinere ista
eternitatis verba mentes infidelium
non valentes ad lapides cucurrerunt
et quem intelligere non poterant
obruere querebant. Quid autem contra
furorem lapidantium dominus fecerit
ostenditur cum protinus subinfertur
Ihesus autem abscondit se et exivit
de templo. Mirum valde est fratres
karissimi cur persecutores suos dominus
se se abscondendo declinavit qui
si divinitatis sue potentiam exercere voluisset
tacito nutu mentis in suis
eos ictibus ligaret aut in pena
subite mortis obrueret. Sed qui
pati venerat exercere iudicium nolebat.
Certe sub ipso passionis sue tempore
et quantum potuit ostendit et tamen
hoc aliquid venerat pertulit. Nam
cum persecutoribus suis se querentibus
diceret ego sum. Sola hac voce
eorum superbiam perculit et omnes in terram
stravit. Qui ergo hoc in loco potuit
manus lapidantium non se abscondendo
evadere cur abscondit se nisi quia
homo inter homines factus redemptor
noster alia nobis verba loquitur
alia exemplo. Quid autem nobis
hoc exemplo loquitur nisi ut
etiam cum resistere possumus
iram superbientium humiliter declinemus.
Unde et per paulum dicitur Date
locum ire. Pensata humilitate
iram proximi fratris declinat(?) perpendat
homo si furores irascentium
abscondendo se declinavit
deus. Nemo ergo se contra acceptas
contumelias erigat nemo
~~contem~~ contumeliatus ~~contumeliis~~ reddat

contumelia contumeliam

imitatione etenim dei gloriosius est
iniuriam tacendo fugere quam respondendo
superare. Sed contra hoc superbia
dicit in corde. Turpe est ut acceptas
iniurias taceas. Quis quis
conspicit quia contumelias accipis
et taces non putat quia patientiam
exhibes sed timorem agnoscis. Sed
unde vox ista in corde nostro contra
patientiam nascitur nisi quia minus cogitationum
figimus. Et dum in terra
gloriam querimus placere ei qui nos
de celo conspicit non curamus. Acc-
cepta ergo contumelia meditemur
in ore vocem dei. Ego non quero
gloriam meam est qui querat et iudicet.
Hoc autem quod de domino scriptum est
abscondit se et intelligi potest.
Multa quippe iudeis predicavit
sed predicationis eius verba deri-
debant. Deteriores quorum et ex pre-
dicatione facti sunt qui usque ad
iaciendos lapides pervenerunt.
Et quid abscondendo se dominus signat
nisi quod eis veritas ipsa absconditur
qui eius sequi verba contempnunt.
Eam quippe quam non invenerit hu-
milem veritas fugit mentem. Et
quam multi sunt hodie qui iudeorum
duritiam detestantur quia predi-
cationem domini audire noluerunt et
tamen quales illos arguerunt
fuisse et ad fidem tales ipsi sunt
ad operationem. Precepta dei audiunt
miracula cognoscunt sed tamen
a suis pravitatibus convertuntur(?). Ecce
vocat et redire nolumus. Ecce
sustinet et eius patientiam dissi-
mulamus. Dum ergo tempus est fratres

proximitate suam unusquisque de-
serat scilicet patientiam pertimescat. Ne
qui enim tranquillum despicit ira-
tum postmodum evadere nequaquam
possit. Secundum Matheum

In illo tempore dixit Ihesus di-
scipulis suis parabolam hanc.
Simile est regnum celorum homini patri-
familias qui exiit primo mane
conducere operarios in vineam suam. Con-
ventione autem facta cum operariis ex
denario diurno misit eos in vine-
am suam. Et reliqua. Omelia
beati Gregorii pape de eadem lectione

In explanatione sua multa ad
loquendum sancti ewangelii lectio
postulat. Quam volo si possum sub
brevitate perstringere, ne vos et exten-
sa processio et prolixa expositio vide-
atur honerare. Regnum celorum
patrifamilias simile dicitur, qui ad ex-
colendam vineam suam operarios condu-
cit. Quis vero patrisfamilias simili-
tudinem rectius tenet quam conditor
noster qui regit quos condidit et
electos suos sic in hoc mundo possidet
quasi subiectos dominus in domo.
Qui habet vineam universalem scilicet
ecclesiam, que ab Abel iusto usque ad
ultimum electum qui in fine mundi
nasciturus est, quot sanctos protu-
lit quasi tot palmites misit.
Hic itaque paterfamilias ad excolen-
dam vineam suam mane, hora
tertia, sexta, nona et undecima opera-
rios conducit, quia a mundi huius
initio usque in finem ad erudiendam
plebem fidelium predicatores congregare
non destitit. Mane etenim mundi

fuit ab Adam usque ad Noe. Hora
vero tertia a Noe usque ad Abraham.
Sexta autem quoque ab Abraham
usque ad Moysen. Nona autem
a Moyse usque ad adventum Domini.
Undecima vero ab adventu Domini
usque ad finem mundi. In qua predi-
catores sancti apostoli missi sunt qui
mercedem plenam et tarde venientes
acceperunt. Ad erudiendam ergo Dominus
plebem suam nullo tempore destitit
operarios mittere, quia et prius per patres
et postmodum per legis doctores
et prophetas, ad extremum vero per
apostolos dum plebis sue mores
excoluit, quasi per operarios in vinee cul-
tura laboravit. Quamvis in quoli-
bet modulo vel mensura quis-
quis cum fide recta bone actionis
extitit, huius vinee operarius fuit.
Operator ergo mane, hora tertia,
sexta et nona antiquus ille
et hebraicus populus designatur,
qui in electis suis ab ipso mundi
exordio dum recta fide Deum
studuit colere, quasi non destitit
in vinee cultura laborare. Ad un-
decimam vero gentiles vocantur, quibus
et dicitur: Quid hic statis tota
die ociosi? Qui enim transacta
tam longo mundi tempore pro vita
sua laborare neglexerant, tota
quasi tota die ocio si stabant. Sed
pensate fratres quid inquisiti re-
spondeant. Dicunt ei: Quia ne-
mo nos conduxit. Nullus
quippe nos ad eos patriarcha

nullus propheta venerat. Et quid est dicere ad laborem nemo nos conduxit nisi vite nobis vias nullus predicavit. Et quid nos a bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus qui pene a cunis vos ad fidem venimus, qui verba vite ab ipsis cunabulis audivimus, qui ab uberibus sancte ecclesie potum superne predicationis sumpsimus cum lacte carnis. Possumus et easdem diversitates horarum etiam ad unumquemque hominem per etatum momenta distinguere. Mane quippe intellectus nostri pueritia est. Hora autem tertia adolescentia intelligi potest, quia quasi iam sol in altum proficit, dum calor etatis crescit. Sexta vero iuventus est quia velut in centro sol figitur, dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem senectus intelligitur in qua sol velut ab alto axe descendit, quia etas a calore iuventutis deficit. Undecima vero hora est ea etas que decrepita vel veterana dicitur. Unde et valde greci seniores non gerontas sed presbiteros appellant, ut plusquam senes esse insinuent quos provectiores vocant. Quia ergo ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in iuventute, alius in senectute, alius in decrepita etate perducitur, quasi diversis horis operarii ad vineam vocantur. Mores ergo vestros fratres aspicite et si iam Dei operarii estis videte. Pensett unusquisque quid agat et consideret si in Domini vinea laboret. Qui enim in hac vita ea que sua sunt querit adhuc ad Domini vineam non venit. Illi namque Domino laborant qui non sua sed lucra dominica cogitant, qui zelo caritatis, studio pietatis inserviunt, animabus lucrandis invigilant, perducere et alios secum ad vitam festinant. Nam qui sibi vivit, qui carnis sue voluptatibus pascitur, recte otiosus redarguitur, quia fructum divini operis non sectatur. Qui vero ad etatem ultimam Deo vivere neglexit, quasi usque ad undecimam torpentibus dicitur: Quid hic statis tota die otiosi. Ac si aperte dicatur: Et si Deo vivere in pueritia et iuventute noluistis, saltem in ultimam etatem resipiscite et ad vite vias quia iam laboraturi non estis vel sero venite. Et tales ergo paterfamilias vocat et plerumque ante remunerantur, quia prius ad regnum de corpore exeunt quam hi qui in pueritia vocati esse videbantur. An non ad undecimam venit latro, qui et si non habuit per etatem, habuit tamen sero per penam. Qui Deum in cruce confessus est et pene cum voce sententie spiritum exhalavit vite. A novissimo autem reddere denarium paterfamilias cepit, quia ad paradisi requiem prius latronem quam Petrum perduxit. Quanti patres ante legem, quanti sub lege fuerunt, et tamen hi qui in Domini adventu vocati sunt ad celorum regnum sine aliqua tarditate pervenerunt. Eundem ergo denarium accipiunt qui laboraverunt ad undecimam et qui expectaverunt toto desiderio qui laboraverunt ad primam, quia equalem eterne vite retributionem sortiti sunt cum his qui a mundi initio vocati fuerant hi qui in mundi fine ad Dominum venerunt. Unde et hi qui in labore precessant

pueritia

murmurantes dicunt Hii novis-
simi una hora fecerunt et pares
nobis fecisti qui portavimus pondus
diei et estus. Pondus enim diei et
estus portaverunt hii quos a mundi
initio quia diu hic contigit vivere necesse
fuit etiam longiora carnis temptamenta
tolerare. Unicuique enim pondus et estus
diei et estus ferre est per longioris
vite tempora carnis sue calore fatigari.
Sed queri potest cur murmurasse dicti
sunt qui saltem sero ad regnum vo-
cantur. Celorum etenim regnum nullus
murmurans accipit, nullus qui accipit
murmurare potest. Sed quia antiqui patres
usque ad adventum domini quamlibet iuste
vixerint ducti ad regnum non sunt
nisi ille descenderet qui paradisi cla-
ustra hominibus interpositione sue mortis
aperiret. Eorum hoc ipsum murmurasse
est quod et recte pro percipiendo regno vixerunt
et tamen diu ad percipiendum regnum
dilati sunt. Quos enim post peccata perfectam
iustitiam inferni loca quantumlibet tranquil-
la susceperunt eis profecto et laborasse
fuit in vinea et murmurasse. Quasi er-
go post murmurationem denarium accipi-
unt qui post longa inferni tempora ad
gaudia regni pervenerunt. Nos autem qui
ad undecimam venimus post laborem
non murmuramus et denarium accipimus.
Quia post mediatoris adventum in
hoc mundo venientes ad regnum ducimur
mox ut de corpore exivimus. Et illud sine
mora percipimus quod antiqui patres cum
magna dilatione percipere meruerunt.
Unde et isdem pater familias dicit.
Volo et huic novissimo dare sicut
et tibi. Et quia ipsa regni perceptio eius
bonitatis voluntatis est recte subiungit
Aut non licet michi facere quod volo fa-
cere. Stulta enim questio hominis est
contra benignitatem dei. Conquerendum
quippe esset non si daret quod non debet

Sed si non daret quod debuit. Unde
apte subditur An oculus tuus nequam
est quia bonus sum. Nemo autem
se de opere nemo de tempore extollat cum
hac expleta sententia subsequenter veritas
dicit clamet. Sic erunt novissimi
primi et primi novissimi. Ecce enim
et si iam scimus que et quanta bona
egimus adhuc supernus iudex qua
subtilitate hec examinet ignoramus.
Et quidem gaudendum cuique summopere
est in regno dei esse vel ultimum.
Sed post hoc terribile est valde quod sequitur
Multi vero sunt vocati pauci vero
electi. Quia et ad fidem plures veniunt
et ad celeste regnum pauci perducuntur.
Ecce enim ad hodiernam festivitatem
quam multi convenimus ecclesie parietes
implemus. Sed tamen quis sciat quam
pauci sunt qui in illo electorum dei
grege numerentur. Ecce vox omnium populi
clamat. Sed vita hominum omnium non
clamat. Plerique deum vocibus sequuntur
moribus fugiunt. Hinc enim ad titum
paulus dicit. Qui confitentur se nos-
se deum factis autem negant. Hinc
iacobus ait Fides sine operibus ociosa
est. Hinc per psalmistam dominus dicit
Annunciavi et locutus sum multi-
plicati sunt super numerum. Vocante at
domino super numerum multiplicabuntur fi-
deles quia non nunquam etiam hii ad
fidem veniunt qui ad electorum numerum
non pertingunt. Hic enim fidelibus pro-
fessione admixti sunt sed propter vitam
reprobam illic annumerari in sorte fidelium
non merentur. Hoc ovile sancte ecclesie
hedos cum agnis recipit. Sed atte-
stante evangelio iudex veniens bonos a
malis separat. Sicut pastor segregat
oves ab hedis. Neque etenim possunt
qui hic carnis sue voluptatibus serviunt
illic in ovium grege numerari. Illic eos

Nota pulcre

Exemplum de eo qui in hoc seculo desperauit

a sorte humilium iudex separat qui se hic
in superbie cornibus exaltant. Regnum
celorum percipere nequeunt qui habita etiam
celesti fide posito toto desiderio terrena
querunt. Et multos tales videtis et tamen
fratres karissimi. Sed eos nec imitari
nec desperare debetis. Quid enim sit
hodie aspicimus. Sed quid cras futurum
sit unusquisque nescimus. Plerumque qui
et post nos venire cernitur agili
tatem nos boni operis antecedit. Et
vix eum cras sequimur quem hodie preire
videbamur. Certe cum Stephanus
pro fide moreretur. Saulus vestimenta lapi
dantium servabat. Omnium ergo manibus
ipse lapidavit qui ad lapidandum
omnes expeditos reddidit. Et tamen eundem
ipsum in sancta ecclesia laboribus an
tecessit. quem persequendo martirem fecit.
Duo ergo sunt que sollicite pensare
debemus. Quia enim multi vocati. sed
pauci electi. Primum est ut de se
quisque minime presumat quia et si iam
ad fidem vocatus est. utrum perenni re
gno dignus sit nescit. Secundum vero
est ut unusquisque proximum quem fortasse
se iacere in viciis conspicit desperare
non audeat. quia divine misericordie divitias
ignorat. Rem fratres que nuper contigit
refero. ut si vos peccatores esse ex corde
conspicitis omnipotentis dei misericordiam amplius
ametis. Preterito anno in monasterio
meo quod iuxta beatorum martirum Iohannis
et Pauli ecclesiam situm est. frater quidam
ad conversionem venit. devote susceptus
est. sed ipse devotius conversatus. Hunc
ad monasterium frater suus corpore non
corde secutus. Nam valde conversionis
vitam et habitum detestans in mona
sterio ut hospes habitabat et monacho
rum vitam moribus fugiens. recedere
a monasterii habitatione non poterat. quia
quid vel ageret vel unde viveret non
habebat. Erat eius pravitas cunctis
honerosa. Sed hunc omnes equanimiter

omnes pro fratris eius amore tolerabant. Nam
superbus et lubricus. signa post hec
seculum sequeretur videri nesciebat. Ir
ridebat vero si quis illi habitum predicare
voluisset. Itaque cum habitu seculari
vivebat in monasterio. Verbis levis
nutibus instabilis mente tumidus
veste incompositus actione dissipatus.
Mense autem iulio nuper elapso huius
quam nostis pestilentie clade percussus
est. Qui ad extremum veniens ur
geri cepit ut animam redderet et ulti
mam iam corporis parte premortua
vitalis calor in solo pectore et lin
gua remanebat. Fratres aderant
eiusque exitum in quantum deo largi
ente poterant oratione tuebantur. At
ille subito draconi ad devorandum
datus sum qui propter vestram presentiam
devorare me non potest. Quid mihi
moras facitis. Date locum ut ei
devorare me dicat. Cumque hunc fra
tres ut signum sibi crucis imprimeret
admonerent. Respondebat viribus
quibus poterat dicens. Volo me signare
sed non possum. quia a dracone
premor. Spume oris eius faciem
meam liniunt. Guttur meum eius
ore suffocatur. Ecce ab eo brachia
mea comprimuntur. qui iam et caput
meum in suo ore absorbuit. Cumque
hec ille pallens. tremens et moriens
diceret. ceperunt fratres vehementius oratio
nibus insistere et oppressum draconis
presentia suis precibus adiuvare. Tunc
repente liberatus. magnis cepit vo
cibus clamare dicens. Deo gratias
ecce discessit. ecce exiit ante ora
tiones vestras fugit draco qui me ac
ceperat. Mox autem serviturum se deo
et esse monachum devovit atque
ab illo usque nunc febribus premitur
doloribus fatigatur. Mortem quidem

Nota

subtractus . sed adhuc plenius intus
restitutus non est. Anima enim longis
et diuturnis iniquitatibus pressus
est longo languore pressus est fatigata
et durum cor ignis purgationis
diuturnus concremat. Unde diuina dispen-
satione agitur ut prolixiora uitia
egritudo prolixior exurat. Quis illud
umquam sufficiat ad comprehensionem credere
Quis tantam dei misericordiam considerare
sufficiat. Ecce inuenis primus dila-
tionem uidit in morte cui finiuit
in uita. Nec uidit ut uita fu-
nditus periret. sed ut cui finiuit strict-
stricte resisteret ipsumque resistendo
superaret et enim agno prius non
uidens tenebatur. uidit postea ne
teneretur. Hinc ergo languida nature
uirtus dominice misericordie sufficit. Quis spiritus
ante tante pietatis diuitias non
obstupescat. Has diuine pietatis
diuitias considerans psalmista ci-
dit. Adiutor meus tibi psallam
quia deus susceptor meus es deus
meus misericordia mea. Ecce perpendens in
quibus laboribus humana sit uita
constituta. deum appellauit adiutorem
et quia a tribulatione presenti in requiem
eternam nos suscipit. Appellauit etiam
susceptorem. Sed considerans quod ma-
la nostra aspicit et portat culpas
nostras tolerat et tamen nos post penitentiam
ad premia reseruat. noluit deum mise-
ricordem dicere. sed hunc ipsam misericordiam
uocauit dicens. Deus meus misericordia
mea. Reuocemus ante oculos
mala que fecimus. pensemus ex quan-
ta dei benignitate toleramur consi-
deremus que sunt pietatis eius ui-
scera ut non solum culpas indulgeat
sed celeste regnum penitentibus etiam
post culpas promittat atque ex omnibus
medullis cordis dicamus singuli di-
camus omnes omnipotens deus meus
meus misericordia mea. Qui uiuis cum patre

Secundum lucam

Anno quinto decimo imperii tiberii
cesaris procurante pontio pylato
iudeam tetrarcha autem galilee herode
Philippo autem fratre eius tetrarcha
iturie et traconitidis regionis et
lisania abiline tetrarcha sub prin-
cipibus sacerdotum Anna et caypha
factum est uerbum domini super iohannem
zacharie filium in deserto. Et reliqua.

Omelia beati gregorii pape de eadem lectione

Redemptoris nostri precursor quo tempore
uerbum predicationis acceperit memo-
rato romane rei publice principe
et iudee regibus designatur cum
dicitur. Anno quinto decimo imperii
cesaris. procurante pontio pylato
iudeam tetrarcham autem galilee
herode. philippo autem fratre eius tetrar-
cha iturie et traconitidis regionis
et lisania abiline tetrarcha sub
principibus sacerdotum anna et cay-
pha factum est uerbum domini super joha-
nnem filium zacharie in deserto. Quia
enim illum predicare ueniebat qui ex iudea
quosdam. et multos ex gentibus
redempturus erat. per regem gentium et
principes iudeorum. predicationis eius
tempus designatur. Quia autem gentilitas
colligenda erat et iudea pro culpa per-
fidie dispergenda tempus quoque descriptio
terreni principatus ostendit. Quia roma-
ne et in romana re publica unus
prefuisse describitur. et iudee regno per
quartam partem plurimi principabantur.
Voce etenim nostri redemptoris dicitur
Omne regnum in seipsum diuisum
desolabitur. Liquet ergo quod ad finem regni
iudea peruenerat. que tot regibus diuisa
subiacebat. Apte quoque non solum quibus
regibus sed quibus etiam sacerdotibus actum
sit demonstratur. ut quia illum iohannes

baptista predicaret qui simul rex et sacerdos existeret. Lucas ewangelista predicationis eius tempora per regnum et sacerdotium designavit. Et venit in omnem regionem Iordanis predicans baptismum penitencie in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet quia Iohannes baptismum penitencie non solum predicavit verum etiam quibusdam dedit. Sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismate Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur predicans baptismum penitencie in remissionem peccatorum. Quia baptismum quod peccata solveret quia dare non poterat predicabat. Ut sicut incarnatum verbum patris precurrebat verbum predicationis ita baptismum penitencie quo peccata solvuntur precurreret suo baptismate quo peccata solvi non possunt. Et quia eius sermo precurrebat presentiam redemptoris ipsum quoque eius baptisma precedendo fieret umbra veritatis sequentis. Sicut scriptum est in libro sermonum Ysaie prophete. Vox clamantis in deserto. Parate viam domini rectas facite semitas eius. Idem vero Iohannes baptista requisitus quis esset respondit. Ego vox clamantis in deserto. Qui sicut iam diximus ideo vox a propheta vocatus est quia verbum precedebat. Quid autem clamaret aperitur cum subditur. Parate viam domini rectas facite semitas eius. Omnis qui fidem rectam et bona opera predicat quid aliud quam venienti domino ad corda audientium viam parat ut hoc vis gratie penetret lumine veritatis illustret ut rectas deo semitas faciat dum mundas in animo cogitationes per sermonem bone predicationis formavit. Omnis

vallis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur. Quid hoc loco vallium nomine nisi humiles. Quid montium et collium nisi superbi homines designantur. In adventu igitur redemptoris valles implete montes vero et colles humiliati sunt quia iuxta eius vocem omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Vallis etenim impleta crescit mons autem et collis humiliatus decrescit quia nimirum in fide mediatoris dei et hominum hominis Christi Ihesu et gentilitas plenitudinem gratie accepit et Iudea per errorem perfidie hoc unde tumebat perdidit. Omnis enim vallis implebitur quia corda humilium sacre doctrine eloquio virtutum gratia replebuntur iuxta hoc quod scriptum est. Qui emittit fontes in convallibus. Et nunc rursum dicitur. Et convalles habundabunt frumento. A montibus namque aqua dilabitur quia superbas mentes doctrina veritatis deserit. Sed fontes in convallibus surgunt quia mentes humilium verbum predicationis accipiunt. Iam videmus iam convalles frumento habundare conspicimus quia illorum ora pabulo veritatis impleta sunt qui mites ac simplices huic mundo despicabiles esse videbantur. Ipsum quoque Iohannem baptistam cum mira sanctitate preditum populus videret illum hunc esse singulariter celsum ac solidum montem credebat. De quo scriptum est. In novissimis diebus erit mons domus domini preparatus in vertice montium. Nam hunc esse Christum putabant sicut per ewangelium dicitur. Estimante autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne

Nota Joh. Bapt. dicitur vox clamantis

Aug.

Aug.

Illud oportet crescere me autem minui

ne forte ipse esset xpistus. Unde etiam requirebant dicentes: Nunquid xpistus es tu? Sed idem nisi iohannes apud se vallis esset repletus gratie spiritu non fuisset. Unum ut hoc quod erat ostenderet dixit: Venit fortior me post me. cuius non sum dignus solvere corrigiam calciamenti eius. Et rursus ait: Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat et audit eum et gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc autem gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere me autem minui. Ecce cum per mira opera virtutum talis esset ut xpistus esse crederetur non solum xpistum non se esse respondit, sed etiam corrigiam calciamenti eius solvere, id est incarnationis eius misterium perscrutari, non se dignum esse perhibuit. Et qui esse sponsam ecclesiam credebat quia hunc qui xpistus esse estimabant sed ait: Qui habet sponsam sponsus est. ac si diceret: Ego non sum sponsus sed amicus sponsi sum. Nec propter vocem suam sed in voce sponsi gaudere se perhibebat. quia non ideo letabatur in corde quod apud se humiliter audiebat loquentes quia ipse veritatis vocem audiebat intus ut loqueretur foras. Sed bene gaudium impletum dixit quia quisquis de propria voce gaudet. plenum gaudium non habet. Quo et subditur: Illum oportet crescere me autem minui. Sed qua in re querendum est in quo crevit xpistus. in quo etiam minutus est iohannes. nisi quod populus iohannis abstinentiam videns remotum hominem

ab hominibus esse despiciens eum esse xpistum putabat. xpistum vero cum publicanis comedentem inter peccatores ambulantem intuens eum non xpistum sed esse prophetam credebat. Sed cum per accessum temporis xpistus qui propheta esse putabatur. xpistus agnitus est. et iohannes qui xpistus esse credebatur propheta esse innotuit. impletum est quod de xpisto suo precursor predixit: Illum oportet crescere. me autem minui. Estimatione quippe populi et xpistus crevit qui agnitus est quod erat et iohannes decrevit. quia cessavit dici quod non erat. Quia qui et idem iohannes ideo in sanctitate persistit. quia in cordis humilitate perduravit. et ideo ceciderunt quia apud semetipsos elata cogitatione tumuerunt. Dicitur etiam: Omnis vallis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur. quia humiles dominum accipiunt. quod a se corda superbientium repellunt. Sequitur: Et erunt prava in directa. et aspera in vias planas. Prava directa fiunt cum malorum corda per iniustitiam detorta ad iustitie regulam diriguntur. Et aspera in vias planas mutantur. cum inmites atque iracunde mentes per infusionem superne gratie ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Quando enim verbum veritatis ab iracunda mente non recipitur quasi asperitas itineris gressum

Facite fructus dignos penitentie

pgentis repellit Sed cum mes
iracunda perceptam mansuetudinis
graciam consuetudinis correctionis uel
exhortationis verbum recipit · ibi pla
nam viam predicator invenit · ubi prius
asperitate itineris pergere idem predicationis
gressum ponere non valebat Sequitur
Et videbit omnis caro salutare dei
Quia omnis caro accipitur omnis homo
Salutare dei vero xpm in hac vita
omnis homo videre non potuit Ubi ergo
in hac sententia propheta prophetie oculum nisi ad
extremum iudicii diem tetendit Ubi tunc
apertis celis ministrantibus angelis consede
tibus aplis in sede maiestatis sue xpc
apparebit · Quem hinc electi et reprobi pariter
videbunt · ut iusti de munere retribu
tionis sine fine gaudeant · et iniusti
in vltione supplicii inspectum gemiscant
Nam quia liber ista sententia intendit
quod in extremo examine ab omni car
ne videbitur · recte subiungitur Dicebat
autem ad turbas · que exibant · ut bap
tizarentur ab eo Genimina viperarum
quis ostendit vobis fugere a ventura
ira Ventura enim est · animadversio
vltionis extreme · quam tunc fugere
non valet · qui modo ad lamenta pe
nitencie non recurrit Et notandum quod ma
le Soboles malorum parentum actiones
imitantes genimina viperarum vocantur
quia per hoc quod bonis inuident
eos quod persecuntur · quod quibusdam male
retribuunt · quod lesiones proximis exq
runt · qui in hiis omnibus priorum
morum carnalium vias secuti sunt quasi
venenati filii de venenatis parentibus
nati sunt Sed quia iam peccavi
mus · et vsu male consuetudinis
involuti sumus · Dicat quid nobis
nobis faciendum sit · ut fugere
a ventura ira valeamus Sequitur
Facite ergo fructus dignos penitentie
In quibus verbis notandum est · quod amici
sponsi non fructus penitentie dignos
penitentie admonet esse faciendos Aliud

namque est fructum facere aliud dig-num
penitentie facere Ut enim secundum dignos penitentie
fructus loquamur Sciendum est quia
quisquis illicita nulla commisit huic
iure conceditur · ut licitis vtatur Sic
que pietatis opera faciat · ut tamen si vo-
luerit ea que mundi sunt non relinquat
At si quis in fornicationis culpam
vel fortasse quod est gravius in adulterio
lapsus est · tanto a se licita debet abscidere
quanto se meminit · et illicita perpetrasse
Neque enim par fructus boni operis es-
se debet eius qui minus et eius qui amplius
deliquit Aut eius qui in nullis · et
eius qui in quibusdam facinoribus cecidit
Per hoc ergo quod dicitur facite fructus dignos
penitentie vniuscuiusque conscientia convenitur
ut tanto maiora querat bonorum operum
lucra Per penitenciam quanto graviora sibi
intulit dampna per culpam Sed iudei
de generis sui nobilitate gloriantes · idcirco
se agnoscere peccatores nolebant · quia de
abrahe stirpe descenderant Quibus recte
dicitur Et ne ceperitis dicere patrem habemus
abraham Dico enim vobis · quia potens
est deus de lapidibus istis suscitare
filios abrahe Quid enim lapides nisi
corda gentilium fuerunt ad intellectum dei
omnipotentis insensibilia Sicut etiam
quibusdam ex iudeis dicitur Auferam
cor lapideum de carne vestra Non
immerito lapidum nomine gentes signi
ficate sunt · que lapides coluerunt
Unde scriptum est Similes illis fiant
qui faciunt ea · et omnes qui confidunt
in eis De quibus nimirum lapidibus
filii abrahe suscitati sunt · Dum duram
corda gentilium in abrahe semine id est
in xpo crediderunt · eius filii facti sunt
cuius semini sunt vniti Unde et isdem
gentibus per egregium doctorem predicatorem
dicitur Si autem vos xpi · ergo abrahe se-
men estis Si igitur nos per fidem xpi abra-
he iam semen existimus · iudei per per-
fidiam abrahe filii esse desierunt Quia
vero in vllo die tremendi examinis

boni parentes malis filiis prodesse non
possunt. testatur propheta qui ait Noe
daniel et iob si fuerint in medio eius
vivo ego dicit dominus deus quia filium
et filiam non liberabunt Sed ipsi iusticia
sua liberabunt animas suas Et rur-
sum quia boni filii nichil malis
parentibus prosunt Sed ad reatum po-
cius malorum parentum proficiat boni-
tas filiorum. ipsa per se veritas iudeis non
credentibus dicit Si ego in belzebub
eicio demonia. filii vestri in quo eici-
unt Ideo ipsi iudices vestri erunt
Sequitur Iam enim securis ad ra-
dicem posita est Omnis enim arbor
non faciens fructum bonum excidetur
et in ignem mittetur Arbor huius
mundi universum genus humanum
Securis vero est scilicet redemptor noster qui
velut ex manubrio et ferro tenetur
ex humanitate. sed incidit ex divinitate
Que videlicet securis iam ad radicem ar-
boris posita est. quia et si per pacienciam
expectat. videtur tamen quid facturus
est Omnis enim arbor non faciens
fructum bonum excidetur. et in igne
mittetur. quia unusquisque perversus parat-
cius gehenne concremacionem inveniet
qui hic fructum boni operis facere
contempnit Et notandum quod securis-
non iuxta ramos posita Sed ad ra-
dicem dicitur Cum enim malorum filii tol-
luntur quid aliud quam rami infructu-
ose arboris exciduntur Cum vero tota
simul progenies cum parente tollitur in-
fructuosa arbor a radice abscisa est
nec iam remaneat unde prava iterum
soboles succrescat In quibus Ioha-
nis baptiste verbis constat quod audiencium
corda turbata sunt cum protinus sub-
infertur Et interrogabant eum turbe
dicentes Quid ergo faciemus Perculsi
enim terrore fuerant qui consilium quere-
bant Sequitur Respondens autem dice-
bat illis Qui habet autem duas tunicas
det non habenti. Et qui habet escas simili-
ter faciat. quia hoc quod tunica plus est necessaria

usui nostro quam pallium. ad fructum dignum
penitencie pertinet. ut non solum exteriora quaeque
et minus necessaria Sed ipsa nobis valde
necessaria dividere cum proximis debeamus
scilicet vel escam qua carnaliter vivimus
vel tunicam qua vestimur Quia
in lege scriptum est. Diliges proximum
tuum sicut teipsum. minus proximum amare
convincitur. qui non cum eo in necessitate
etiam ea que sibi sunt necessaria partitur Ide-
o ergo de dividendis cum proximo duabus
tunicis datur preceptum quia hoc de una
dici non potuit Quia si una dividitur
nemo vestitur In dimidia quippe
tunica et nudus remaneat qui acci-
pit et nudus qui dedit Inter hec
autem sciendum est quantum misericordie opera
valeant. cum ad fructus dignos penitencie
ipsa precipue precipiuntur Hinc etiam
per semetipsam veritas dicit. Date ele-
mosinam et omnia munda sunt vobis
Hinc rursus ait Date et dabitur
vobis Hinc scriptum est Ignem
ardentem extinguit aqua et elemosina
resistit peccatis Hinc iterum dicitur
Conclude elemosinam in sinu pauperis
et hec pro te exorabit Hinc bonus
pater innocentem admonuit dicens
Si multum tibi fuerit habundanter tribue
Si exiguum tibi fuerit. etiam exiguum liben-
ter stude impertiri Ut autem esset virtus
in continencia susceptionis indige-
ncium docet redemptor noster dicit
Qui recipit prophetam in nomine prophete
mercedem prophete accipiet Et qui reci-
pit iustum in nomine iusti. mercedem
iusti accipiet In quibus verbis no-
tandum est quod non ait mercedem de propheta
vel mercedem de iusto Sed mercedem
iusti accipiet Aliud est enim merces
de propheta. aliud merces prophete. atque aliud
merces de iusto. aliud merces iusti
Quid est enim dicere mercedem prophete ac-
cipiet. nisi quia is qui prophetam sua
sua largitate sustentat. quamvis ipse
prophetiam non habeat apud omnipotentem
tamen deum prophetie premia habebit

Opera misericordie quid valet

Consilium prophete elemosina
viri pauperis

Iste enim forte iniustus est. et quanto
in hoc mundo nichil possidet. tanto
loquendi pro iustitia fiduciam maiorem
habere videtur. Dum ille sustentat qui
in hoc mundo aliquid possidet. et for-
tasse pro iniustitia ad hoc ut loqui libere
non possunt. iusticie illius libertatem sibi
participem facit. Ut cum eo pariter iustitie
premia recipiat quod sustentando ad-
iuvit. quando eius iustitiam libere
loqui potuisset. Ille prophetie spiritu
plenus est. sed tamen corporeo eget
alimento. Et si corpus non reficitur
certum est quod vox ipsa subtrahatur.
Qui igitur alimentum prophete prebet hoc
quod propheta est. prebuit prophetie illius vires
ad loquendum dedit. Cum propheta
ergo mercedem prophete accipiet. qui et si
spiritu prophetie plenus non fuit. hoc
tamen ante dei oculos exhibuit quod ad-
iuvit. Hinc est enim quod de quibusdam
peregrinantibus fratribus Gayo per Iohannem
dicitur. Pro nomine enim Christi profecti sunt
nichil accipientes a gentilibus. Nos ergo
debemus suscipere eiusmodi. ut cooperatores
simus veritatis. Qui enim spiritua-
lia dona habentibus temporalia subsidia
prebuit. in ipsis spiritualibus cooperator exi-
stit. Nam cum pauci sint qui
spiritualia dona percipiunt et multi qui
rebus temporalibus habundant per hoc se
divites virtutibus pauperum inserunt
quo iisdem pauperibus de suis divi-
tiis consolantur. Unde cum per ysaiam
vocem dominus de lege gentilitati. vel de
sancte sancte ecclesie spiritualium virtutum
vita tanquam deserto arbusta pro-
mitteret illum quorum pariter promisit
dicens. Ponam desertum in sta-
gna aquarum et terram inviam in ri-
vos aquarum. Dabo in solitudine ce-
drum. et spinam myrtum et lignum o-
live. Ponam in deserto abietem ul-
mum et buxum simul. ut videant
et sciant et recogitent et intelligant
pariter. Desertum quippe dominus in sta-
gna aquarum et terram inviam et

rivos aquarum posuit. quia gentilitati
que prius pro ariditate mentis nullos bo-
norum operum fructus ferebat fluenta sancte
predicationis dedit. Et ipsa ad quam prius
pro asperitate sue sterilitatis iter predicatoribus
non patebat. doctrine postmodum rivos
emanavit. Cui adhuc eximie ma-
gno promittitur. Dabo in solitudine ce-
drum et spinam. Cedrum quia ma-
gni odoris est atque imputribilis na-
ture accipimus in promissione. De spi-
na vero cum peccanti homini dictum sit
terra tua spinas et tribulos germinabit tibi
quid mirum si sancte ecclesie illud promittitur
quod peccanti homini pro pena multiplicatur
Sed cedrum significantur nomine hii
qui virtutes et signa exibent in sua
operatione. Qui dicere cum paulo valent
Christi bonus odor sumus deo. Quorum
corda ita in eterno amore solidata sunt
ut ea iam terreni amoris putredo nulla
corrumpat. Per spinam vero signati
sunt doctrine spiritualis viri qui dum
de peccatis ac virtutibus disserunt. et modo
supplicia minantur. modo celestis regni
gaudia promittunt. cor audientium
pungunt. Sic quod mente dolore com-
punctionis perforant. ut ab eorum oculis
quasi quidam sanguis currunt lacri-
me decurrant. Myrtus vero tempera-
tive virtutis est. ita ut dissoluta mem-
bra temperando restringat. Quid ita
per myrtum nisi hii signati sunt
qui afflictionibus proximorum compati-
sciunt eorumque tribulationem per compassio-
nem temperant. Iuxta hoc quod scriptum
est. Gratias autem deo qui consolatur
nos in omni tribulatione nostra. ut pos-
simus et ipsi consolari eos qui in omni
pressura sunt per pressura sunt. Cum enim de
afflictis proximis verbum vel opem con-
solationis ferunt eos procul dubio ad sta-
tum rectitudinis restringunt. ne in mode-
rata tribulatione in desperatione solvantur.
Quos autem per olivam figurate nisi vocat

et quasi olive lignorum ante omnipoten-
tis dei oculos mire fructus lucet Qui
adhuc in persecucione subiungitur Po-
nam in desertum abietem ulmum
et buxum simul Quid per abietem que
valde excrescendo ad aeris alta substol-
litur nisi hii designati sunt qui
iuxta sanctam ecclesiam adhuc in terrenis
corporibus positi iam celestia contemplantur
Et quamvis nascendo de terra exeunt
contemplando tamen iam iuxta ethera
verticem mentis extolluntur Et quod per ul-
mum nisi secularium mentes expresse sunt
que dum terrenis adhuc curis serui-
unt nullum virtutum fructum spiritualium
ferunt Sed et si fructum proprium ul-
mus non habet portare tamen vitem
cum fructu solet Quia et seculares
viri intra sanctam ecclesiam quamvis spiritua-
lium virtutum dona non habeant dum
sanctos viros donis spiritualibus plenos
sua largitate sustentant quid aliud
quam vitem cum botris portant Bu-
xus autem quos alios designat quod in
altum non proficit et quamvis fructum
non habeat viriditatem habet nisi eos qui intra
sanctam ecclesiam adhuc aetatis infirmi-
tate bona opera ferre non valent sed
tamen parentum fidelium credulitate de-
quietes viriditatem fidem perpetue viriditatis
tenent Post que omnia apte subiun-
gitur ut videant et sciant et reco-
gitent et intelligant pariter Ad hoc ci-
drus in ecclesia ponitur ut quisquis
a proximo odorem virtutum spiritualium
trahit ipse quoque interne vite dilec-
tione impleat Sed ad donorum celestium
desideria ignescit Ad hoc spina ponitur
ut qui predicationis eius verba quibus puncti
sunt ipse quoque exemplo illius discat
corda sapientium predicationis verbo com-
pungere Ad hoc myrtus ponitur ut
qui in se ardore emulationis ab ore vel
opere proximi compacientis temperata
mentum consolationis accepit ipse eciam
discat quemadmodum afflictis pro-
xis

sue consolationis temperamentum pro-
ferat Ad hec oliva ponitur
ut qui aliene misericordie opera cogno-
scit discat quemadmodum debeat
indigenti proximo et ipse misereri
Ad hec abies ponitur ut quisquis
vim contemplationis eius agno-
vit ipse quoque ad contemplanda eterna
summa succendat Ad hec ulm-
us ponitur ut quisquis prius fructu
eum qui habere virtutum fructum
spiritualium non valet vitam contra
valet largitate inflamat et ce-
lestium bonorum botros quos gi-
gnendo non valet sustinendo ferat
Ad hec buxus ponitur ut qui
habere multos adhuc in infirmitate
positos vere fidei viriditate con-
sidat et iam ecce ipse infidelius cru-
descat Unde igitur descriptis prius
arboribus dicitur ut videant et sci-
ant et recogitent et intelligant
Ubi et apte subiungitur pariter
quia cum inter sanctam ecclesiam
diversi hominum mores diversi sunt
ordines necesse est ut omnes simul
discant dum in ea spirituales in
diverse civitatis etatis et ordinis
ad imitandum proponuntur Sed certe
nos dum imitare vel unum quemquam
per multa arbusta longius
evagati sumus Ad hoc itaque
post quod prophete testimonium protulimus
revertamur Qui recipit prophetam
in nomine prophete mercedem prophete
accipit Quia et si fructus ulm-
us non habet vitem cum fructibus
portans Hec ipsa sua efficit quod
bene sustentat aliena Quia vero
ad magna nos opera rogamus
admonet dicens Facite ergo

Regnum celorum vim patit'

dignos fructus penitentie et rursus
Qui habet duas tunicas det non
habenti et qui habet escas similiter fa-
ciat. iam patent' datur intelligi
quod unitas dixit. Ad diebus autem Io-
hannis baptiste usque nunc regnum
celorum vim patitur. et violenti
diripiunt illud. Que profecto verba
penitentie nobis sunt magnopere perscru-
tanda. Nam querendum nobis est quo-
modo rapi regnum celorum possit
Quis enim celo violentiam irrogat
Et rursus querendum est. Quod
pati regnum celorum potest. tunc cadit
vim a diebus Iohannis baptiste
et non etiam ante pertulit. Sed cum
lex dicat. si quis fecerit vel illa fe-
cit morte moriatur. Cunctis
legentibus liquet. quia peccat-
tores quosque pena severitatis
pertulit. non autem per penitentiam ad vi-
tam reduxit. Cum vero Iohan-
nes baptista redemptoris gratiam
precurrens penitentiam predicat. ut
peccator qui ex culpa est mortuus
per confessionem vivat. profecto a die-
bus Iohannis baptiste regnum
celorum vim patitur. Quid est autem
regnum celorum nisi locus iustorum
Solis enim iustis celestis patrie premia
debentur. ut humiles casti casti. atque
misericordes ad gaudia superna per-
veniant. Cum quis vero vel superbia
tumidus. vel carnis facinore pol-
lutus. vel iracundia accensus. vel
crudelitate impius post culpas ad
penitentiam redit. ad vitam eternam perci-
pit. et in locum peccator intrat ali-
enum. A diebus ergo Iohannis baptiste
regnum celorum vim patitur. et vio-
lenti rapiunt illud. quod qui per pe-

nitentiam peccatoribus indixit. quid
aliud quam regnum celorum fieri violen-
tiam docuit. Recogitemus ergo
fratres karissimi mala que fecimus. et
nos metipsos assiduis lamentis
atteramus. Hereditatem iustorum
quam non tenuimus per vitam rapiamus
per penitentiam. Vult a nobis omnipotens deus
talem violentiam perpeti. Nam regnum
celorum rapi vult nostris fletibus. quod no-
stris meritis non debetur. Absque spei
ergo certitudine nulla nos malorum
morum qualitas vitiorum nulla quanti-
tas frangit. prestat magnam fidu-
ciam venie. latro ille venerabilis.
qui non inde venerabilis unde
latro. Nam latro ex crudelitate
venerabilis ex confessione. Cogi-
tate ergo rogo cogitate. quam sunt
incomprehensibilia in omnipotente
deo viscera misericordie. Latro est iste cruen-
tis manibus abstractus a fauce iti-
neris suspensus est in patibulo crucis
ibi confessus est. ibi sanatus. ibi au-
dire meruit. Hodie mecum eris in
paradiso. Quid est hoc. Quis tantam
bonitatem dei digne quis estimare
sufficiat. De ipsa pena criminis per-
venire ad premia virtutis. Ideo
autem omnipotens deus electos suos in qui-
busdam lapsibus cadere permisit. ut
aliis in culpa iacentibus si toto ad
eum corde consurgat. spem venie
reddet. ut eis per lamenta penitentie viam
pietatis aperiret. Exerceamus ergo nos-
metipsos in lamentis extinguamus
fletibus et dignis penitentie fructibus
culpas quas fecimus ad indulgen-
tiam nobis tempus indultum non pereat.
Quia quam multos a suis iniquita-
tibus iam sanatos aspicimus. quid

quid aliud quam superne vite pignus
tenemus. adiuvante domino nostro
ihesu christo. qui vivit et regnat
per omnia secula seculorum. Amen.

Incipiunt omelie que maiores vocantur
in nocturno xx ii lectio sancti evangelii
secundum Marcum

In illo tempore Maria Magda-
lena et Maria Iacobi et Salome
emerunt aromata ut venientes
ungerent ihesum. Et valde mane una
sabbatorum veniunt ad monumentum
orto iam sole. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Multis vobis lecti-
onibus fratres ka-
rissimi per dictatum
locutum consuevi lo-
qui. Sed quia lasce-
scente stomacho
ea que dictavi legere ipse non pos-
sum. quosdam vestrum minus li-
benter audientes intueor. Unde
nunc a memet ipso exigere contra
morem volo. ut inter sacra missa-
rum sollempnia lectionem sancti evangelii
non dictando. sed colloquendo
edisseram. Sicque excipiatur ut loqui-
mur. quia collocutionis vox cor-
da torpentia plusquam sermo lec-
tionis excitat et quasi quadam
manu sollicitudinis ut evigi-
lent pulsat. Et quidem ad hoc
opus me sufficere posse non videro
Sed tamen vires quas imperitia
denegat. caritas ministrat. Scio
namque qui dixit Aperi os tuum
et ego adimplebo illud. Bo-
num ergo opus fratres karissimi nobis
in voluptate sit. nam ex divino
adiutorio erit in perfectione. Hac
loquendi ausum etiam resurrec-
tionis dominice tante sollempnita-
tis. quia et indignum valde est

ut eo die laudes debitas taceat lin-
gua carnis. quo vere die caro resur-
rexit auctoris. Audistis fratres karissimi
quod sancte mulieres que dominum fuerant
secute. cum aromatibus ad monumentum
venerunt. et ei quem viventem dilexerant
etiam mortuo studio humanitatis ob-
sequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta
ecclesia designat gerendum. Sic quippe
necesse est ut audiamus que facta sunt
quatinus cogitemus etiam que nobis
sunt ex eorum imitatione facienda. Et nos
ergo in eum qui est mortuus credentes
si odore virtutum referti cum opinione
bonorum operum dominum querimus ad monu-
mentum profecto illius cum aromatibus
venimus. quia vero ille mentes supernos
cives aspiciunt que cum virtutum odoribus
ad dominum per sancta desideria proficiscuntur. No-
tandum vero nobis est. quid est quod
in dextris sedere angelus cernitur. Quid
namque per sinistram. nisi vita presens. Quid
vero per dextram. nisi perpetua vita si-
gnatur. Unde scriptum est Leva eius
sub capite meo. et dextera illius ample-
xabitur me. Quia ergo redemptor noster iam
presentis vite corruptionem transierat. recte
angelus qui nuntiare perhennem eius
vitam venerat. in dextera sedebat. Qui
stola candida coopertus apparuit. quia
festivitatis nostre gaudia nuntiavit.
Candor etenim vestis. splendorem nostre
denuntiat sollempnitatis. Nostre dicamus
an sue? Sed ut verius fateamur. et
sue dicamus et nostre. Illa quippe
redemptoris nostri resurrectio et nostra
festivitas fuit. quia nos ad immorta-
litatem reduxit. et angelorum festivi-
tas extitit. quia nos revocando ad cele-
stia eorum numerum implevit. In sua ergo
ac nostra festivitate angelus in albis
vestibus apparuit. quia dum nos per resur-
rectionem dominicam ad superna reducimur
celestis patrie dampna reparantur. Sed
quid venientes feminas affatur audiamus.
Nolite expavescere. Ac si aperte dicat

Paueant illi qui non amant aduen-
tum supernorum ciuium. Pertimescant
qui carnalibus desideriis pressi ad
eorum se societatem pertingere posse despe-
rant. Vos autem cur pertimescitis que
vestros conciues videtis. Vnde et ma-
theus angelum apparuisse describens ait
Erat aspectus eius sicut fulgur et
vestimenta eius sicut nix. In fulgure
etenim terror timoris est. in niue autem
blandimentum candoris. Quia vero
omnipotens deus et terribilis est peccatoribus
et blandus iustis. recte testis resurrectionis eius
angelus et in figura vultus. et in cande-
bitus demonstratur. ut de ipsa specie sua
et terreret reprobos et mulceret pios
Vnde recte quoque populum per deserta gra-
dientem. columpna ignis per noc-
tem. et columpna nubis preibat in die
In igne etenim terror est. in nube autem
visionis lene blandimentum. Dies vero
vita iusti. et nox accipitur vita peccatoris
Vnde et conuersis peccatoribus paulus
dicit Fuistis autem tenebre aliquando nunc
autem lux in domino. In die ergo per
nubem columpna monstrata est. et
in nocte per ignem. quia omnipotens deus
et blandus iustis. et terribilis apparebit
iniustis. Istos in iudicio veniens
plenitatis mansuetudine demulcet.
illos vero pro iusticie districtione terret
Sed iam quid angelus subiungit
audiamus. Ihesum queritis nazarenum.
Ihesus latino eloquio Salutaris id est
saluator interpretatur. Et non multi
tunc temporis ihesum dici poterant. non tamen
substancialiter. Sed nuncupatiue. Ideo et
locus subiungitur. ut de quo ihesu dic-
tum sit manifestetur. Nazarenum
Et causam protinus subdit Ihesum cruci-
fixum. Atque addidit. Resurrexit
non est hic. Non est hic dicitur per presenciam
carnis qui nusquam deerat per presenciam
maiestatis. Sed ite dicite discipulis
eius et petro. quia precedet vos in ga-
lileam. Querendum nobis est. cur

nominatis discipulis petrus designatur
ex nomine. Sed si hunc angelus nomina-
tim non exprimeret. qui magistrum negauerat venire
inter discipulos non auderet. Vocatur
ergo ex nomine ne desperaret ex negatione
Qua in re considerandum nobis est
cur quippe deus eum quem tunc ec-
clesie preferre disposuerat. ancille vocem
pertimescere. et se ipsum negare permisit
Quod nimirum magne actum pietatis
dispensatione cognoscimus. ut hic qui
futurus erat pastor ecclesie in sua culpa
disceret qualiter aliis misereri debuisset
Prius itaque eum ostendit sibi. et tunc pre-
posuit ceteris. ut ex sua infirmitate co-
gnosceret. quam misericorditer aliena infirma
tolleraret. Bene autem de redemptore
nostro dicitur. precedet vos in galileam. ibi
eum videbitis sicut dixit nobis. Gali-
lea namque transmigratio interpretatur
Iam quippe redemptor noster a passione
ad resurrectionem. a morte ad vitam. a pena
ad gloriam. a corruptione ad incorruptionem
transmigrauerat. Et prius post resur-
rectionem in galilea a discipulis videtur
quia resurrectionis gloriam postea leti
videbimus. Si nos a vitiis ad virtutum
celsitudinem transmigramus. Qui ergo
in sepulcro nunciatur in transmigratione
ostenditur. quia is qui in mortificatione
carnis agnoscitur. in transmigratione men-
tis. Hec fratres karissimi pro tanta diei sol-
lempnitate lectionis euangelice
exponendo transcurrimus. Sed libet ut de
hac sollempnitate aliquid subtilius
loquamur. Due etenim vite erant
quarum vnam nouimus. alteram nescie-
bamus. Vna quippe mortalis est
alia immortalis. Vna corruptionis
alia incorruptionis. Vna mortalitatis
alia resurrectionis. Sed venit mediator
dei et hominum homo christus ihesus. susce-
pit vnam. et ostendit alteram. Vnam
pertulit moriendo. alteram ostendit resurgen-
do. Si igitur nobis mortalem vitam
scientibus resurrectionem permitteret carnis

p[ro]lo[gus] de x[pist]i resurr[ectione]

et tamen hanc visibiliter nos exhibet quia eius promissionibus credere fatius. Itaque homo apparuit in carne, mori dignatus est et voluntate resurrexit ex potestate, et ostendit exemplo quod nobis promisit in premio. Sed fortasse aliquis dicat: Iure ille surrexit, quia cum deus esset teneri morte non potuit. Ad instruendum ergo ignorantiam nostram, ad roborandam infirmitatem nostram suae Dominus exemplum nobis sufficere noluit. Solus illo in tempore mortuus est, et tamen solus minime surrexit. Nam scriptum est: Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Ablata ergo sunt omnia argumenta perfidie. Ne quis enim dicat: sperare de se non debet homo quod in carne sua exhibuit homo deus, ecce cum deo homines surrexisse cognoscimus, et quos puros fuisse homines non dubitamus. Si ergo membra nostri redemptoris sumus, presumamus in nobis quod gestum constat in capite. Si multum nos abicimus, sperare debemus nos membra ultima quod de membris eius superioribus audiuimus. Ecce vero ad memoriam redit quod crucifixo dei filio iudei insultantes dicebant: Si filius dei est, descendat de cruce et credimus ei. Qui, si tunc de cruce descenderet, nimirum insultantibus cedens virtutem nobis patientie non demonstraret. Sed expectauit paululum, tolerauit obprobria, irrisiones sustinuit, seruauit patientiam, distulit admirationem. Et qui de cruce descendere noluit, de sepulchro surrexit. Plus ergo fuit de sepulchro surgere quam de cruce descendere, plus fuit mortem resurgendo destruere quam vitam descendendo servare. Sed cum iudei hunc ad insultationes de cruce descendere minime cernerent, cum morientem viderent, eum se vicisse crediderunt, nomen illius se quasi extinxisse gauisi sunt. Sed ecce de morte nomen eius per mundum crevit, ex qua hunc infidelis turba extinxisse se credidit, et quem gaudebat occisum, dolet mortuum,

quia hunc ad suam gloriam cognoscit peruenisse per penam. Quod bene in libro iudicum Sampson illius facta signant, qui cum Gazam ciuitatem Philistinorum fuisset ingressus, Philistei protinus ingressum eius cognoscentes ciuitatem repente obsidionibus circumdederunt, custodes deputauerunt, et Sampsonem fortissimum se iam comprehendisse gauisi sunt. Sed quid Sampson fecerit cognouimus. Media nocte portas ciuitatis abstulit et montis verticem ascendit. Quem fratres karissimi, hoc in facto nisi redemptorem nostrum Sampson ille signat? Quid Gaza ciuitas nisi infernum designat? Quid per Philisteos nisi perfidia iudeorum demonstratur? Qui cum mortuum dominum viderunt, eiusque corpus in sepulchro iam positum, custodes illico deputauerunt, et eum qui auctor vite claruerat in inferni claustris retentum quasi Sampsonem in Gaza se deprehendisse letati sunt. Sampson vero nocte media non solum exiit, sed etiam portas tulit, quia videlicet redemptor noster ante lucem resurgens non solum liber de inferno exiit, sed ipsa etiam inferni claustra destruxit. Portas tulit et montis verticem subiit, quia resurgendo claustra inferni abstulit, et ascendendo celorum regna penetrauit. Hanc ergo gloriam eius fratres karissimi, que et prius demonstrabatur in signo et post patuit ex facto, tota mente diligamus, per eius amorem moriamur. Ecce in resurrectione auctoris nostri ministros eius angelos concives nostros agnouimus. Ad horum ergo ciuium illam frequentem festiuitatem festinemus. Hiis cum nec dum visione possumus, desiderio et mente iungamur. Transmigremus a dulcibus ad altiora, ut redemptorem nostrum in galileam videre mereamur. Adiuuet omnipotens deus ad vitam desiderium

nrum quo pro nobis in morte dedit
unicum filium suum. Per eundem dominum
ihesum christum qui tecum vivit et re-
gnat deus in unitate spiritus sancti
per omnia secula seculorum Amen
In illo tempore Secundum Iohannem
Una sabbatorum sabbati maria mag-
dalene venit mane cum adhuc
tenebre essent ad monumentum et vi-
dit lapidem sublatum a monumento
Et reliqua Omelia beati gregorii pape urbis
Tractatus longa mole- de eadem lectione
stia stomacho diu me caritati
vestre dilectionis evangelice loqui
expositione prohibuit. Vox namque ipsa
clamoris virtute succubuit. et quia
a multis audiri non valeo. loqui fa-
teor inter multos erubesco. Sed hanc
in me verecundiam et ipse reprehendo
Quid enim. Numquid si multis prodesse
nequeo. nec paucis curabo. Sed si
ex messe portare manipulos mul-
tos non possum. neque nam debeo ad
aream vacuus redire. Numquid et
quanto debeo ferre non valeo. tres vel
duos vel unum feram. Habet namque ipsa
infirmitatis intentio mercedis magni-
tudinem. quia supernus arbiter et
et si pondus considerat in retributione
tamen vires pensat in pondere. Lec-
tio sancti evangelii quam modo fratres
audistis valde in superficie hystoria
est aperta. sed eius nobis sunt mysteria
sub brevitate requirenda. Maria
magdalene cum adhuc tenebre es-
sent venit ad monumentum. Iuxta
hystoriam notatur hora. iuxta intel-
lectum vero mysticum requirentis
signatur intelligentia. Maria enim
auctorem omnium quem in carne viderat
mortuum querebat in monumento et
quia hunc minime invenit furatum cre-
didit. Adhuc ergo erant tenebre cum
venit ad monumentum. Cucurrit
ergo citius discipulis nunciavit. Sed

illi pre ceteris cucurrerunt qui pre ceteris a-
maverunt. videlicet petrus et iohannes Cur-
rebant autem duo simul. Sed iohannes
precucurrit citius petro. Venit prior
ad monumentum. et ingredi non presumpsit
Venit ergo posterior petrus et introi-
vit. Quid fratres quid cursus iste signi-
ficat. Numquid nam hec tam subtilis
evangeliste descriptio a misteriis vacare
credenda est. Minime. Neque enim se io-
hannes et preisse et non intrasse diceret
si in sua ipsa trepidatione misterium
defuisse credidisset. Quid ergo per ioha-
nem nisi synagoga. quid per petrum
nisi ecclesia designatur. Nec mirum
esse videatur quod per iuniorem synagoga
per seniorem vero ecclesia designari
perhibetur. quia et si ad dei cultum
prior synagoga quam ecclesia gentium
in usum tamen seculi prior est multi-
tudo gentium quam synagoga Pau-
lo attestante. Quia non prius quod spiritua-
le est. sed quod animale. Per seniorem
ergo petrum significatur ecclesia gentium
per iuniorem iohannem synagoga iu-
deorum. Cucurrerunt ergo ambo simul
quia ab ortus sui tempore usque ad occa-
sum pari et communi via. Et si
non pari et communi sensu gentilitas
cum synagoga decucurrit. Venit
prior synagoga ad monumentum
et minime intravit. quia legis quidem
mandata percepit prophetias de incarna-
tione ac passione dominica audivit
Sed in mortuum noluit. Vidit enim
iohannes posita linthamina non
tamen introivit. quia videlicet synagoga
et scripture sacre sacramenta cognovit
et tamen ad fidem passionis dominice cre-
dendo intrare distulit. Quem diu lon-
ge prophetavit presentem vidit et ren-
uit hominem despexit deum carne mor-
talem fieri credere noluit. Quid ergo p

quia et citius cucurrit et tamen ante
monumentum vacua stetit. Venit ergo
Simon Petrus sequens eum et intro-
ivit in monumentum. quia secuta po-
sterior ecclesia gentium mediatorem dei et
hominum hominem Ihesum Christum et cogno-
vit carne mortuum et viventem credidit
deum. Vidit linteamina posita et suda-
rium quod fuerat super caput eius. non cum
linteaminibus positum sed separatim in-
volutum in unum locum. Quid esse fratres
credimus quod sudarium capitis domini cum
linteaminibus non invenitur in monumento
nisi quia attestante Paulo caput
Christi deus et divinitatis incomprehensi-
bilia sacramenta ad infirmitatis nostre
cognitionem distincta eius que potentia
creature transcendit naturam. Et notandum
quod non solum separatim sed etiam in uno lo-
co invenitur involutum. Linteamen quippe
quod involvitur eius nec initium nec
finis aspicitur. Recte ergo sudarium
capitis involutum inventum est
quia celsitudo divinitatis nec cepit
esse nec desinit. Nec per initium nasci-
tur nec termino coangustatur. Bene autem
additur in uno loco. quia in scissura
mentium deus non est. Deus quippe
in unitate est et illi eius gratiam habere
merentur qui se ab invicem per sectarum
scandala non dividunt. Sed quia
soli per sudarium laborantium sudor de-
tergi. Potest etiam sudarii nomine expri-
mi labor dei. qui in se quidem quietus
semper atque incommutabilis permanet.
Sed tamen laborare se denuntiat cum
duras hominum pravitates portat. Unde
et per prophetam Ieremiam dicit. Laboravi
sustinens. Deus autem apparuit in car-
ne laboravit ex nostra infirmitate quod la-
borem passionis eius dum increduli
viderunt. eum venerari noluerunt. Quia
eum videbant carnis mortalem dedigna-
bantur credere immortalem esse divinitate

Unde etiam Ieremias. Redde eis
vicem domine iuxta opera manuum
suarum. Dabis eis scutum cordis la-
borem tuum. Ne enim predicationis
spicula eorum corda penetraret. Qui
passionis eius laborem dedignati
sunt. Quasi eundem laborem illius pro scu-
to tenent. ut eo ad se transire eius
verba non permittant. Quem enim labo-
rare usque ad mortem vident. Suda-
rium ergo quod super caput eius fuerat
seorsum invenitur. quia ipsa redem-
ptoris nostri passio longe a nostra
passione distincta est. Quam ipse
sine culpa pertulit quod nos cum culpa
toleramus. Ipse sponte morti suc-
cumbere voluit ad quam nos veni-
mus inviti. Sequitur. Tunc ergo
intravit et ille discipulus qui
venerat primus ad monumentum. Post-
quam intravit Petrus ingressus est
et Iohannes. Posterior intravit
qui prior venerat. Notandum nobis est fratres
quod in fine mundi ad redemptoris
fidem etiam Iudea colligetur Pau-
lo attestante qui ait. Donec ple-
nitudo gentium intraret et sic omnis
Israel salvus fieret. Et credidit et
vidit. Quid fratres quid estimandum
est credidisse. Numquid quia dominus
resurrexerat quem querebant. Non utique
quia adhuc tenebre erant ad
monumentum. Et subiuncta quorum
verba contradicunt. cum dicit nondum enim
sciebant scripturas. quia oporteret
eum a mortuis resurgere. Quid
ergo vidit et quid credidit. Vidit
linteamina posita et credidit quod
mulier dixerat de monumento fuis-
se sublatum. Qua in re divine di-
spensationis magnitudo pensanda
est quod discipulorum corda et accen-
duntur ut querant et differuntur

Spicula dr̄ [illegible] sa-
gitta

De festi pasche sollempnitate

ne inveniat quatenus infirmitas
animi ipso suo merore truncata per gratiam
ad inveniendum fiat. et tanto vali-
dius teneat. cum invenit. quanto
tardius invenit. quod querebat. Sed sub-
limitate festi huius fratres karissimi de ewangelica lectione
transcurrentibus nunc restat ut de ipsa
tante sollempnitatis nobilitate aliquid
loquamur. Hanc enim recte nobilitatem
sollempnitatis dicam. quia sollempni-
tatis antecedit. Sic enim in sacro eloquio
sancta sanctorum. vel cantica canticorum
pro sui magnitudine dicuntur. vel hec
festivitas recte dici potest sollempnitas
sollempnitatum. Ex hac quippe sollempni-
tate exemplum nobis resurrectionis datum
est. spes celestis patrie aperta. et facta
superni regni iam presumptibilis gloria.
Per hunc electi qui quamvis in tranquilli-
tatis sinu tamen apud inferni claustra
tenebantur ad paradisi amena reducti
sunt. Quod autem passionem suam dixit
in virtute sua dominus implevit. Si
exaltatus fuero a terra omnia
traham ad me. Omnia etenim tra-
xit. qui de electis suis apud inferos
nullum reliquit. omnia abstulit utique
electa. Neque enim infideles quosque et
pro suis criminibus eternis suppliciis re-
ditos ad veniam dominus resurgendo
reparavit. Sed illos ex inferni clau-
stris rapuit reparavit. quos suos in
fide et actibus recognovit. Unde
recte etiam per osee dicit. Ero mors tua
o mors. ero morsus tuus inferne.
Id namque quod occidimus agimus. ut pe-
nitus non sit. Ex eo etenim quod morde-
mus partem abstrahimus. partem re-
linquimus. Quia ergo in electis suis fun-
ditus occidit mortem mors mortis
extitit. Quia vero ex inferno partem
abstulit. et partem reliquit. non occidit
funditus. sed momordit infernum.

Ait ergo. Ero mors tua o mors. Ac
si aperte dicat. Quia in electis meis
te funditus perimo. Ero morsus tuus
inferne. quia sublatis eis te ex parte
transfigo. Hec est ista sollempnitas que
inferni claustra destruxit. et ianuam
nobis regni celestis aperuit. Inquira-
tur subtilius nomine eius requiratur
egregius predicator. videamus quid
de eius estimatione denunciet. Ait
enim. Etenim pascha nostrum immolatus
est christus. Si ergo pascha christus nobis
pensandum est. quid de pascha
lex loquitur. ut indigentius subtilius
an de christo dicta videantur. Moy-
ses quippe ait. Sument de sanguine
agni ac ponent super utrumque po-
stem et in superliminaribus domorum
in quibus comedent illum. et edent
carnes nocte illa assas igni. et azi-
mos panes cum lactucis agrestibus.
non comedetis ex eo quid crudum
nec coctum aqua. Sed assum tantum
igni. Caput cum pedibus eius et in-
testinis vorabitis. nec remanebit
ex eo quidquam usque mane. Si quid
residuum fuit igne comburetis.
Ubi et additur. Sic autem comedetis
illum. Renes vestros accingetis. cal-
ciamenta habebitis in pedibus vestris
tenentes baculos in manibus et co-
medetis festinantes. Que videlicet
cuncta nobis magna edificationi
prosunt si fuerint mistica interpretatione
discussa. Quis namque sit sanguis
agni non iam audiendo sed bibendo
didicistis. Qui sanguis super utrumque
postem ponitur. quando non solum ore cor-
poris. sed etiam ore cordis accipitur. In
utroque enim poste agni sanguis est
positus. quando sacramentum passionis
illius. cum ore ad redemptionem

sunt ad imitationem eius intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris sui sanguinem accipit ut imitari passionem illius necdum velit in uno sanguinem posuit. Qui etiam in superliminaribus domorum ponendus est. Quid enim spiritualiter domus nisi mentes nostras accipimus in quibus per cogitationem inhabitamus. Quid domus superliminare est ipsa intentio que preminet actioni. Qui igitur intentionem cogitationis sue ad imitationem dominice passionis dirigit in superliminare domus agni sanguinem ponit. Vel certe domus nostre ipsa sunt corpora in quibus quousque vivimus habitamus. Et in superliminare domus agni sanguinem ponimus quia crucem passionis illius in fronte portamus. Sequitur adhuc de agno subditur: Et edent carnes nocte illa assas igni. In nocte quippe agnum comedimus, quia in sacramento modo dominicum corpus accipimus cum adhuc ab invicem nostras conscientias non videmus. Que tamen carnes igne assandae sunt, quia nimirum dissolvit carnes quas aqua coxerit, eas vero ignis sine aqua excoquit roborat. Carnes itaque agni nostri igne excoxit, quia eum ipsa vis passionis illius ad resurrectionem valentiorem reddidit atque ad incorruptionem roboravit. Qui enim ex morte convaluit, ut carnes illius ab igne durarent. Unde etiam per psalmistam dicit: Exaruit velut testa virtus mea. Quid enim est testa ante ignem nisi molle lutum? Sed ex igne agitur ut solidetur. Virtus ergo humanitatis eius velut testa exaruit, quia ab igne passionis ad virtutem incorruptionis crevit. Sed

sola redemptoris nostri percepta sacramenta ad veram sollemnitatem mentis nos sufficiunt, nisi eis quoque et sanguine illius ore percipere et eis puris moribus concordare. Unde bene adhuc ad comedendum subditur: Et azymos panes cum lactucis agrestibus. Panes quippe sine fermento comedit qui recta opera sine corruptione vane glorie exercet, qui mandata misericordie sine peccati admixtione exhibet, ne perverse dispiciat quod quasi recte dispensat. Hoc quod peccati fermentum bone sue actioni inserere quibus propheta voce per increpationem dominus dicebat: Venite ad Bethel et impie agite, et cetera pauca, et sacrificate de fermentato laudem. De fermentato namque laudem immolat qui deo sacrificium de rapina parat. Lactuce vero agrestes valde amare sunt. Carnes vero agni cum lactucis agrestibus sunt edende, ut cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo penitentie abstergat a mentis stomacho perverse humorem vite. Unde et subditur: Non comedetis ex eo crudum neque coctum aqua. Ecce iam nos ipsa verba historie ab intellectu historico repellunt. Numquid, fratres karissimi, israheliticus ille populus in Egypto constitutus comedere agnum crudum consueverat, ut lex dicat: Non comedetis ex eo crudum quid? Ubi et additum: Neque coctum aqua. Sed quid aqua nisi humanam scientiam designat? ut per Salomonem sub hereticorum voce dicitur: Aque furtive dulciores sunt. Quid vero crude carnes agni nisi inconsideratam atque sine veneratione cogitationis relictam illius humanitatem. Omne

eum quod subtilius cogitamus quem minus
cognovimus. Sed agni caro nec cruda
edenda est nec cocta aqua. quia rede-
mptor noster neque purus homo estiman-
dus. neque per humanam sapientiam qualiter
incarnari deus potuit cogitandus.
Quisquis enim redemptorem nostrum purum
hominem credit. quid iste aliud quam
agni carnes crudas comedit. quas
videlicet coquere per divinitatis eius intel-
ligentiam noluit. Quisquis vero qui
incarnationis eius misteria iuxta
humanam sapientiam discutere conatur
carnes agni aqua vult coquere. id est
dispensationis misterium per dissolutam
vult scientiam penetrare. Qui ergo
paschalis gaudii sollempnitatem ce-
lebrare desiderat. agnum nec aqua
coquat nec crudum comedat. ut
neque per humanam sapientiam profundi-
tatem incarnationis illius penetrare
appetat. neque in eum tamquam in ho-
minem purum credat. Sed assas
igni carnes comedat. ut dispensata
omnia per sancti spiritus potentiam sciat. De
quo adhuc recte subiungitur. Ca-
put cum pedibus et intestinis vora-
bitis. quia redemptor noster est alpha
et o. deus. videlicet ante secula et homo
in fine seculorum. Caput ergo agni
vorare est. divinitatem illius fide per-
cipere. pedes ergo agni vorare est. ve-
stigia humanitatis eius amando
et imitando perquirere. Intestina vero sunt
intestina. mistica verborum illorum occul-
ta et mistica mandata. que tunc
voramus. cum verba vite cum avi-
ditate sumimus. In quo de vocatio-
nis verbo quid aliud quam pigritie
nostre torpor reprehenditur. qui eius
verba atque misteria. et prius nec
ipsos non requirimus et [illegible]

audivimus inmiti. Nihil remanebit
ex eo quicquam usque mane. Cuncta
eius dicta magna sunt sollicitu-
dine discutienda. quatenus per singu-
los dies [illegible] appareat in hac presentis
vite nocte omnia mandata illius
intelligendo et operando penetrare.
Sed quia valde est difficile ut
omne sacrum eloquium possit intelli-
gi. et omne eius misterium penetra-
ri. recte subiungitur. Si quid autem rema-
serit igni comburetis. Quod ex agno
remanet igni comburimus. quando
hoc de misterio incarnationis eius
intelligere et penetrare non possumus
potestati sancti spiritus humiliter reservamus.
Ut non superbe quis audeat vel con-
tempnere. vel denunciare quod non
intelligit. sed hoc igni tradat
cum spiritui sancto reservat. Qualiter
[illegible] et quali edendum sit pasca
cognovimus. Videamus autem quali cor-
de agnoscamus. Sequitur. Sic
autem comedetis illum. renes vestros
accingetis. Quid in renibus nisi
delectatio carnis accipitur. Unde
psalmista postulat dicens. Ure
renes meos. Si enim voluptatem
libidinis in renibus esse nesciret
eos uri minime petisset. Unde
quia potestas diaboli in humano
genere maxime per luxuriam prevaluit
de illo voce divina dicitur. Potestas eius
in lumbis eius. Qui ergo pascha
comedit habere renes accinctos debet
ut qui sollempnitatem resurrectionis atque
incorruptionis agit. corruptioni iam
per vitia nulli subiaceat. volup-
tates edomet. carnem a luxuria restringat

Neque enim cognovit que sit sollemnitas
incorruptionis qui adhuc per malitiam
corruptioni subiacet. Hec quibusdam
dura sunt. Sed angusta porta est
que ducit ad vitam. Et huius iam
multa exempla coniciam. Unde
et bene adhuc subditur: Calciamen-
ta habebitis in pedibus. Quid sunt enim
pedes nostri nisi opera. Quid calciamenta
vero nisi pelles mortuorum animalium.
Calciamenta vero pedes muniunt. Que
vero sunt mortua animalia ex quorum
pellibus nostri muniuntur pedes nisi anti-
qui patres qui nos ad eternam patriam
precesserunt. Quorum dum exempla con-
spicimus nostri operis pedes munimus. Cal-
ciamenta ergo in pedibus habere est mortuorum
vitam conspicere et nostra vestigia a peccati
vulnere custodire. Tenetis baculos in
manibus. Quid lex per baculum nisi pasto-
ralem custodiam designat. Et notandum
quod prius precipimur renes accingere postmodum
baculos tenere, quia illi de-
bent curam pastoralem suscipere qui
iam in suo corpore sciunt fluxa luxurie
edomare, ut cum aliis fortia predicant
ipsi desideriis mollibus enervati non suc-
cumbant. Unde autem subditur: et come-
detis festinantes. Notate fratres notate
quod dicitur festinantes. Mandata dei
mysteria redemptoris celestis patrie gau-
dia cum festinatione cognoscite et precep-
ta vite cum festinatione implere. Ta-
enim adhuc hodie licet bene agere
scimus, utrum cras liceat ignoramus.
Festinantes ergo pascha comedite idest
ad sollemnitatem celestis patrie anhelate.
Nemo in huius vite itinere torpeat ne
in patria locum perdat. Nemo mores
ad appetenda studia innectat, sed precepta
perficiat. Ne minime liceat implere
quod male inchoat. Si ad amorem dei pro-
ni sumus adiuvat ipse quem amamus
Ihesus Christus dominus noster. Qui vivit et
regnat cum patre in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum. Amen

In illo tempore. Secundum Lucam.
Duo ex discipulis Ihesu ibant ipsa
die in castellum quod erat in spacio stadiorum
sexaginta ab Ierusalem nomine Emaus.
Et ipsi loquebantur ad invicem de hiis
omnibus que acciderant. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione.

In cotidiana nobis sollempnitate la-
borantibus pauca loquenda sunt. Et
forte hoc utilius proderit, quia sepe et ali-
menta que minus sufficiunt avidius
sumuntur. Lectionis ergo evangelice sum-
matim sensum sumimus statim non per singula verba
discutere, ne dilectionem vestram valeat ser-
mo prolixior expositionis honerare. Ecce
audistis fratres karissimi quia duobus disci-
pulis ambulantibus in via non quidem creden-
tibus sed tamen de se loquentibus dominus
apparuit. Sed eis speciem quam recogno-
scerent non ostendit. Hoc ergo egit dominus
foris in oculis corporis quod apud ipsos
agebatur intus in oculis nostri cordis.
Ipsi namque apud semetipsos intus et
amabant et dubitabant. Eis autem dominus
foris et presens aderat et quis esset non
ostendebat. De se ergo loquentibus presentiam
exhibuit. Sed de se dubitantibus cog-
nitionis sue speciem abscondit. Verba quidem
contulit, duriciam intellectus increpavit,
scripture sacre mysteria que de se ipso
erant aperuit, et tamen quia adhuc in eorum
cordibus peregrinus erat a fide ire se
longius finxit. Fingere namque componere
dicimus. Unde et compositores luti figu-
los vocamus. Nihil ergo simplex
veritas per duplicitatem fecit. Sed talem
se eis exhibuit in corpore qualis apud
illos erat in mente. Probandi autem
erant. Si hi qui eum etsi necdum
ut deum diligerent saltem ut peregrinum
amare potuissent. Sed quia esse extranei
a caritate non poterant hi cum quibus
veritas gradiebatur eum ad hospitium
quasi peregrinum vocant. Cur autem dicimus
vocant cum illic scriptum sit: et coegerunt
~~dicunt~~ eum. Ex quo nimirum exemplo

Luc. ult.

colligitur. Quia peregrini ad hospitium non
solum invitandi sunt, sed etiam tra-
hendi. Mensam ponunt, cibos offerunt,
et quem in scripture sacre expositi-
one non cognoverant, in panis fra-
ctione cognoscunt. Audiendo ergo pre-
cepta dei illuminati non sunt, faciendo
illuminati sunt. Quia scriptum est: Non
auditores legis iusti sunt apud deum,
sed factores legis iustificabuntur.
Quisquis ergo vult audita intelligere,
festinet ea que iam intellexe potuit
opere implere. Ecce dominus non est cognitus
dum loqueretur, et dignatus est cognosci
dum pascitur. Hospitalitatem ergo fratres
karissimi diligite, caritatis opera amate.
Hinc etenim per Paulum dicitur: Caritas
fraternitatis maneat in vobis, et hospita-
litatem nolite oblivisci. Per hanc enim
placuerunt quidam angelis hospitio re-
ceptis. Hinc Petrus ait: Hospitales
invicem sine murmurationibus. Hinc ipsa
veritas dicit: Hospes fui et suscepistis
me. Pretiosa res est valde, et seniorum
more nobis relatione tradita. Quidam
paterfamilias cum tota domo sua ma-
gno hospitalitatis studio serviebat.
Cumque cotidie ad mensam peregrinos su-
sciperet, quadam die peregrinus quidam
inter alios venit, ad mensam ductus
est. Dumque paterfamilias ex humilitatis
consuetudine aquam vellet in eius ma-
nibus fundere, conversus urceum ac-
cepit, sed repente eum in cuius manibus
aquam fundere voluerat non invenit.
Cumque hoc factum secum ipse miraretur,
eadem nocte ei dominus per visionem
dixit: Ceteris diebus me in membris
meis, hesterno autem die me in memet
ipso suscepisti. Ecce ante iudicium cum
per membra sua suscipitur, susceptores suos
etiam per semetipsum requirit. Et tamen nos
ad hospitalitatis pigri sumus. Pen-
sate fratres [quanta] hospitalitatis virtus sit. Ad
mensas vestras Christum suscipite, ut vos
ab eo suscipi ad convivia eterna valeatis.
Prebete modo peregrino Christo hospicium

Cristus ob magnam hospitalitatem cuidam patrifamilias apparuit

ut vos in iudicio non quasi peregrinos
nesciat, sed ut proprios servulos recipiat
ad regnum in quo vivit et regnat etc.
In illo tempore. Secundum Iohannem
Manifestavit se iterum Ihesus discipulis
suis ad mare Tyberiadis. Manifestavit
autem sic. Erant simul Symon Petrus
et Thomas qui dicitur Didimus, et na-
thanael qui erat a Chana Galilee,
et filii Zebedei, et alii ex discipulis eius
duo. Et reliqua. Omelia beati Gregorii
pape de eadem lectione
Lectio sancti evangelii que modo
in vestris auribus lecta est fratres mei
questione animum pulsat, sed pulsatione
sua vim discretionis indicat. Queri
etenim potest cur Petrus qui piscator ante
conversionem fuit post conversionem ad pisca-
tionem rediit, et cum veritas dicat: Nemo
mittens manum suam in aratrum et re-
spiciens retro aptus est regno dei, cur
repetiit quod dereliquit. Sed si virtus discre-
tionis inspicitur, citius videtur quod sine peccato
extitit hoc etiam post repetere culpa
non fuit. Nam piscatorem Petrum, Ma-
theum vero theloneaurium scimus, et post
conversionem suam ad piscationem Petrus re-
diit, Matheus vero ad thelonei nego-
tium non resedit. Quia et aliud est victum
per piscationem querere, aliud thelonei lu-
cris pecunias augere. Sunt enim pleraque
negotia que sine peccatis exhiberi
aut vix aut nullatenus possunt. Que er-
go ad peccatum implicant, ad hec necesse est
ut post conversionem animus non recurrat.
Queri etiam potest cur discipulis in mari
laborantibus post resurrectionem suam dominus
in litore stetit, qui ante resurrectionem suam
coram discipulis in fluctibus maris
ambulavit. Cuius rei ratio festine co-
gnoscitur, si ipsa que tunc inerat
causa pensetur. Quid enim mare nisi
presens seculum significat, quod se causarum tu-
multibus et undis vite corruptibilis
illidit. Quid per soliditudinem litoris nisi
illa quietis eterne figuratur. Quia
ergo discipuli adhuc fluctibus mortalis

nite merciant in mari laborabant. Rex
autem redemptor noster iam corrupcionem
carnis excesserat post resurrectionem suam in litore
stabat ac si ipsis rebus sive misterium
rebus discipulis loquitur dicens
Iam vobis in mari non appareo quia vobiscum
in perturbacionis fluctibus non sum. Hinc
est quod alio in loco post resurrectionem suam
eisdem discipulis dixit Hec sunt verba
que locutus sum ad vos cum adhuc
essem vobiscum. Neque enim cum ipsis non
erat quibus presencia corporali apparebat. Sed
tamen iam se esse cum ipsis denegat
a quorum mortali corpore carnis immor-
talitate distabat. Et illic cum ipsis
positus fatetur non se esse cum ipsis.
Hoc quoque ipsi situ corporis indicat
cum adhuc navigantibus esse iam in lit-
tore demonstrat. Factum est autem discipulis
piscacionis magna difficultas. Ut
magistro veniente fieret admiracionis
magna solempnitas. Quibus protinus dixit
Mittite in dextram navigii rethe et
invenietis. Bis in sancto ewangelio
legitur quia dominus iussit ut ad pi-
scandum rethia mittentur ad passio-
nem et post resurrectionem. Sed priusquam
redemptor noster pateretur et resurgeret
mitti quidem rethe ad piscandum iubet
Sed utrum in dextram an in sinistram
mitti debuisset non iubet. Post resurrectionem
vero discipulis apparens quidem mitti
rethe in dextram iubet. In illa pisca-
cione tanti capti sunt et rethia rup-
ta non sunt. Quis vero nesciat bonos
in dextra et malos in sinistra figurari
Illa ergo piscatio in qua specialiter in qua
parte rethe mitti debeat non iubetur
Presentem ecclesiam designavit que bonos
simul ac malos colligit. Nec eligit
quos trahat quia et quos eligere possit
ignorat. Hec autem piscatio post dominicam
resurrectionem facta in solam dextram missa est
quia ad videndam claritatis eius gloriam
sola electorum ecclesia pertingit que de si-
nistro opere nichil habebit. In illa pi-
scatione pre multitudine piscium rethe
rumpitur quia nunc ad confessionem
fidei eciam cum electis reprobi tanti intrant
qui ipsam quoque ecclesiam heresibus
scindant. In ista vero piscatione et multi
pisces et magni capiuntur et rethe
non rumpitur quia electorum sancta
ecclesia in continua auctoris sui pace
requiescens nullis iam dissensionibus
dilaniatur. Captis autem tam magnis
piscibus ascendit Symon Petrus et tra-
xit rethe in terram. Iam credo quod
vestra caritas advertit quid est quod Petrus
rethe ad terram trahit. Ipsi quippe
sancta ecclesia commissa ipsi specialiter
dicitur Symon Iohannis amas me
pasce oves meas. Et quod postmodum
aperitur in voce hoc nunc signatur
in opere. Quia ergo predicator ecclesie
nos a mundi huius fluctibus separat
nimirum necesse est ut rethe plenum
piscibus Petrus ad terram ducat. Ipse
enim pisces ad soliditatem
littoris pertrahit quia sancte predicacionis
voce stabilitatem eterne patrie fidelibus
ostendit. Hic egit verbis hoc epistolis
hoc agit cotidie miraculorum signis
Quociens per eum ad amorem quietis
eterne convertimur quociens a terrenorum
rerum tumultibus separamur quid aliud
quam missi intra rethe fidei pisces
ad litus trahimur. Sed cum rethe
plenum magnis piscibus dicitur
additur et quantis scilicet centum quin-
quaginta tribus. A magno misterio
numerus non vacat. Sed intentos nos
tanti misterii profunditas expectat.
Neque enim quantitatis summam solleret
ewangelista exprimeret nisi hanc
sacramento esse plenam iudicasset.
Scitis namque quod in testamento veteri
omnis operacio decalogi mandata perci-
pitur. In novo autem eiusdem operis
virtus per septiformem graciam sancti spiritus
multiplicatis fidelibus datur. Quem
propheta denunciat dicens Spiritus sapiencie et
intellectus spiritus consilii et fortitu-
dinis spiritus sciencie et pietatis et reple-
bit eum spiritus timoris domini

Sed ille in hoc opere operationem percipit
quidem trinitatis agnoscit ut et patrem
et filium eumdemque spiritum sanctum unius virtutis
credat unius substantie esse fateatur. Certe vii
que superius diximus per novum testamen-
tum latius edita sunt decem vero pre-
tus precepta. quia multa virtus et operatio
per decem et septem ponit plene compre-
hendi. Ducamus ergo per ternarium decem
et septem et veniunt ad quinquaginta
unum qui profecto numerus ac magno
mysterio non vacat. Certe in testamento
veteri legimus quod annus quinquagesimus
iubileus vocari iussus est in quo videlicet
omnis populus ab omni operatione quiesceret.
Sed natura requies in unitate est.
Dividi quippe unum non potest. Ubi enim
scissura divisionis est vera requies
non est. Ducamus per ternarium quinqua-
ginta unum et fiunt centum quinquagin-
ta tres. Certe quia et omnis nostra operatio
in fide trinitatis exhibita ad requiem
tendit. septem et decem ter duci-
mus ut ad quinquaginta et unum veni-
amus. et nisi autem requies vera
est. cum ipsi iam claritatem trinitatis
agnoscimus quam in unitate divinitatis
ternam esse tenemus. Quinquaginta
et unum ter ducimus et electorum summa
in superna patria quasi centum quinqua-
ginta et trium piscium numerum tene-
mus. Post resurrectionem quoque domini missum
rethe dignum fuit ut tot pisces
caperet quod solum ut electos cives superne
patrie designarent. Sunt hec vero et
hesterna sancti evangelii lectio et hodier-
na admonet ut vigilanter deamus
inspicere. cur dominus et redemptor
post resurrectionem suam pisce assum
legitur comedisse. Non enim vacat
a mysterio quod iteratur in facto. In hac
etenim lectione panem et assum piscem
in illa vero que hesterno die lecta est
cum asso pisce et favum mellis co-
medit. Certe quid autem signare credimus
piscem assum nisi ipsum mediatorem
dei et hominum passum. Ipse enim late-
re dignatus est in aquis generis humani
capi voluit laqueo mortis nostre et
quasi tribulatione assatus est tempore pas-
sionis sue. Sed qui piscis assus esse di-
gnatus est in passione favus mel-
lis extitit nobis in resurrectione. Aut
qui in pisce asso figurare voluit tri-
bulationem passionis sue in favo mell-
is utramque naturam exprimere voluit persone
sue. Favus quippe mel in cera est.
Mel vero in cera est divinitas in huma-
nitate. Quod ab hac quoque lectione non di-
screpat. Nam piscem comedit et
panem. Qui enim assari potuit ut
piscis ex humanitate pane nos refecit
ex divinitate. Qui ait Ego sum panis
vivus qui de celo descendi. Assum
ergo piscem comedit et panem ut in ipso
cibo ostenderet quia et passionem ex nostra
humanitate pertulit et refectionem nostram ex
sua divinitate procuravit. Quod si vigi-
lanter inspicimus nobis quoque qualiter
ad imitationem congruat videamus. Sic
enim sua resurrectione redemptor indi-
cat ut imitationis nobis viam sequen-
tibus servat. Ecce in cibo suo dominus noster
non pisci asso coniungere favum noluit
quia videlicet illos in suo corpore ad eternam
quietem suscipit qui cum hic tribulationes
pro deo sentiunt ab amore intime dulce-
dinis non recedunt. Cum asso pisce
favus sumitur quia qui hic afflictionem
pro veritate suscipiunt illic dulcedine
vera satiabuntur. Notandum quoque quod ad ulti-
mum convivium dominus cum septem disci-
pulis fuisse describitur. Petrus namque
et thomas nathanael filij zebedei
et alij ex discipulis eius duo in eo
fuisse memorantur. Cur cum septem
discipulis ultimum convivium celebrat
nisi quod eos tantummodo qui septiformi gratia
spiritus sancti pleni sunt futuros secum in
eterna refectione denuntiat. Septem quoque

diebus omne hoc tempus evolvitur et sepe
septenario numero perfectio designatur. Illi
ergo ultimo convivio de presentia veritatis epu-
lantur qui nunc perfectionis studio terrena
transcenderunt. quos mundi huius amor
non ligat. Quibus et si ut cuique tempta-
menta obstrepit. capta tamen eorum desi-
deria non retundit. De hoc extremo con-
vivio alias per Iohannem dicitur. Beati
qui ad cenam nuptiarum agni vocati
sunt. Notandum enim non ad prandium sed
ad cenam vocatos narrat. quia ni-
mirum in fine diei convivium cena est.
Qui ergo finito presentis vite tempore ad re-
fectionem superne contemplationis veni-
unt. non ad agni prandium. sed ad ce-
nam vocantur. Que videlicet cena hic
ultimo convivio exprimitur. cum septem
discipuli adesse memorantur. Quia illos
ut diximus in cena refectione pascit quos
nunc septiformis gratie amore cumulat.
Hec ergo nobiscum fratres agite. ut huius
spiritus repleri presentia desideretis. quid vos
sequi in futurum possit ex presenti perpendite.
Pensate si hoc spiritu pleni estis. et no-
stis si ad illud convivium pervenire va-
leatis. Quisquis namque ille est quem nunc
spiritus iste non reparat. profecto ab illa
eterni convivii refectione ieiunat. Me-
mentote quod de eodem spiritu Paulus
dicat. Si quis spiritum Christi non habet. hic
non est eius. Quidam titulus divine
possessionis est iste spiritus amoris. Neque
nam spiritum Christi habet is cuius mentem odia
dissipat. elatio inflat. ira usque ad divi-
sionem mentis exasperat. avaritia cruciat.
luxuria enervat. Pensate quid sit spiritus
Christi. Profecto illa qui facit amicos et
inimicos diligi. terrena despici. pro cele-
stibus estuari. carnem contra vitia
contra mentem atque cupiditates frenat. Er-
go nos vultis cognoscere possessio-
nem dei spiritum. perpendite possessionis vestre titulum.
enim quod diximus vere videlicet Paulus
clamat. Si quis spiritum Christi non habet
hic non est eius. Ac si aperte dicat

Quem nunc deo inhabitante non regitur
de divine claritatis specie postmodum
non letatur. Sed nos tamen ad hoc quo-
dam sumus infirmiores. nec dum culmen
perfectionis attingimus in misericordia dei tota
spei desiderii gressus ponamus. Consolatur
nos veritas que per psalmistam dicit.
Imperfectum meum viderunt oculi tui
et in libro tuo omnes scribentur. Non
omnino est nobis noxia nostra imperfectio
si in dei timore constituti. et ad trans-
acta non respicimus. et ad ea que re-
stant tendere festinamus. Nam quia
imperfectorum desideria dignum inflammat
hic quoque ad perfectorum roborat. Per
Iesum Christum dominum nostrum. qui tecum
eo vivit et regnat deus in unita-
te sancti spiritus per omnia secula
seculorum Amen. Ewm Matheum

In illo tempore Maria stabat ad mo-
numentum foris plorans. Dum ergo
fleret inclinavit se et prospexit in
monumentum. et vidit duos angelos
in albis sedentes. unum ad caput
et unum ad pedes ubi positum fuerat
corpus Iesu. Et Reliqua. Omelia
beati Gregorii pape de eadem lectione.

Maria Magdalene que fuerat in civi-
tate peccatrix. amando veritatem
lavit lacrimis maculas criminis. et vox
veritatis impletur. quia dicitur. Dimissa
sunt ei peccata multa. quia dilexit
multum. Que enim prius frigida peccando
remanserat. postmodum amando fortiter
ardebat. Nam postquam venit ad mo-
numentum ibique corpus dominicum non
invenit. sublatum credidit. atque di-
scipulis nuntiavit. Qui venientes
viderunt. atque ita esse ut mulier
dixerat crediderunt. Et de eis protinus
scriptum est. Abierunt ergo discipuli
ad semetipsos. Ac deinde subiungitur.
Maria autem stabat ad monumentum
foris plorans. Qua in re pensandum
est huius mulieris mentem. quanta vis
amoris accenderat. que a monumento

domini. etiam discipulis recedentibus
non recedebat. Exquirebat quem non inveniebat
flebat inquirendo. et amoris sui igne
succensa. eius quem ablatum credidit ar-
debat desiderio. Unde contigit ut eum
sola tunc videret que remansit. ut que-
reret. quia nimirum virtus boni operis perse-
verantia est. Et voce veritatis dicitur.
Qui autem perseveraverit usque in finem
hic salvus erit. Et precepto legis cau-
da hostie in sacrificio iubetur offerri.
In cauda quippe finis est corporis. et ille
bene immolat qui sacrificium boni operis
usque ad finem debite perducit actionis.
Hinc Ioseph inter reliquos fratres
talarem tunicam habuisse describitur. Tu-
nica quippe usque ad talum est opus
bonum usque ad consummationem. Sed Ma-
ria cum fleret inclinavit se et prospexit
in monumentum. Certe iam monu-
mentum vacuum viderat iam sublatum
dominum nunciaverat. Quid est quod se iterum
inclinat. nisi iterum videre desiderat.
Sed amanti semel aspexisse non
sufficit. quia vis amoris intentionem
multiplicat inquisitionis. Quesivit
igitur prius. et minime invenit. perse-
veravit. ut quereret unde contigit ut
inveniret. Actumque est ut desideria
dilata crescerent. et crescentia caperent
quod invenissent. Hinc est enim quod de eodem
sponso ecclesia in canticis canticorum
dicit. In lectulo meo per noctem quesivi
quem diligit anima mea quesivi
illum et non inveni. Surgam et cir-
cuibo civitatem. per vicos et plateas
queram quem diligit anima mea. Re
defectum quoque inventionis ingemi-
nat dicens. Quesivi illum et non
inveni. Sed dum inventio non tollatur
si inquisitio non desistat adiungit.
Invenerunt me vigiles qui custodie-
bant civitatem. Num quem diligit anima
mea vidistis. Paululum cum pertransis-
sem eos inveni quem diligit anima
mea. Dilectum meum in lectulo

querimus. quia et si iam in illo mens
vigilat. tamen adhuc oculus caligat.
Sed dilectum suum non invenit restat
ut surgat civitatem circueat id est sanctam
electorum ecclesiam mente et inquisitione
percurrat. per vicos eam et plateas
querat id est per angusta et lata gra-
dientes aspiciat ut si qua inveni-
re in eis valeat eius vestigia exquirat.
Quia sunt nonnulli etiam vite secularis
qui imitandum aliquid habeant de actione
virtutis. Querentes autem nos vigiles inve-
niunt qui custodiunt civitatem quia
sancti patres qui ecclesie statum custodiunt
bonis nostris studiis occurrunt. ut nos
vel verbo vel scripto doceant. Quos
cum paululum pertransimus quem diligimus
invenimus quia redemptor noster et si
humilitate homo inter homines divinita-
te tamen super homines fuit. Cum ergo
transierimus vigiles dilectus invenitur
quia cum prophetas et apostolos infra ipsum esse
conspicimus. illum qui natura super illos deus
est esse supra homines consideramus. Prius
ergo non inveniendus queritur. ut post
inventus strictius teneatur. Sancta
enim desideria ut prediximus dilatione
crescunt. Si autem dilatione deficiunt
desideria non fuerunt. Hoc amore arsit quisquis
ad veritatem pertingere potuit. Hinc
namque David ait. Sitivit anima mea
ad deum vivum quando veniam et apparebo
ante faciem dei. Hinc nos ammo-
net dicens. Querite faciem eius sem-
per. Hinc propheta ait. Anima mea desideravit
te in nocte. Sed et spiritu meo in precordiis
meis de mane vigilabo ad te. Hinc
etiam ecclesia in canticis canticorum dicit.
Vulnerata caritate ego sum. Iustum
quippe est. ut ex visione medici pertin-
gat ad salutem que vulnus eius desiderii
volumus amoris portat in pectore. Hinc
rursus ait. Anima mea liquefacta
est. Mens namque hominis conditoris
sui speciem non querentis male dura est. quia
in semetipsa remanet frigida. at si

de spiritu sancto

ardere iam ex desiderio cepit ad sepulcrum
quem diligit. Magnificata prius igne amoris
currit. Fecit desiderio aurea vilescunt
in seculo cuncta que placebant. nichil
est quod extra conditorem libeat. Et que prius
delectabant animum fiunt postmodum vehe-
menter honerosa. Nichil eius mesti-
ciam consolatur quousque adhuc quod
desideratur non aspicitur. Meret mens
super ipsa fastidio est. Talique igne de-
coquitur rubigo culpe et succensus
animus quasi aurum quasi auri candet
quia pristinam speciem perdidit penitendum
clarescit. Ista itaque que sic amat quod
se admonimentum quod perspexerat iterum
inclinat. videamus fructum eius amoris
in eam geminat opus inquisitionis
Sequitur. Vidit duos angelos in albis
sedentes. unum ad caput et unum ad pe-
des ubi positum fuerat corpus ihesu. Quid
est quod in loco dominici corporis duo angeli
videntur. unus ad caput et alius ad pedes
sedens nisi quod latina lingua angelus
nuntius dicitur. Et ille ex passione sua nun-
tiandus extitit qui et deus est ante secula
et homo in fine seculorum. Quasi ad caput
sedet angelus cum per apostolum predicatur
quia in principio erat verbum et
verbum erat apud deum et deus erat
verbum. Et quasi ad pedes sedet angelus
cum dicit. verbum caro factum est et
habitavit in nobis. Possumus etiam
per duos angelos duo testamenta cogno-
scere. unum prius et aliud sequens. Qui
vero angeli per locum dominici corporis sibi-
met sunt coniuncti. quia nimirum utraque
testamenta dum pari sensu incarna-
tum et mortuum ac resurrexisse dominum
nuntiant. quasi testamentum prius
ad caput. et testamentum posterius
ad pedes sedet. Unde et duo cherubim
que propitiatorium tegunt sese invicem
aspiciunt versis vultibus in propitiatorium
Cherubim quippe plenitudo sciencie dicitur
Et quid per duo cherubim nisi utraque
testamenta signantur. Quid vero

per propitiatorium nisi incarnatus dominus
significatur. De quo iohannes ait. Ipse
enim propitiator pro peccatis nostris. Et dum testa-
mentum vetus hoc faciendum denun-
ciat. quod testamentum novum de domino
factum clamat. tamquam utraque cherubim se-
se invicem aspiciunt. dum vultus in propitiato-
rium vertunt. Quia dum inter se positum
incarnatum dominum vident a suo aspec-
tu non discrepant. que dispensationis
eius misterium concorditer narrant
Rogaverunt mariam angeli dicentes. Mulier
quid ploras. Et dicit eis. Quia tu-
lerunt dominum meum. et nescio ubi po-
suerunt eum. Ipsa namque sacra eloquia
que in nobis lacrimas amoris excitant
easdem lacrimas consolantur. dum
nobis redemptoris nostri spem promit-
tunt. Sed notandum inter hystoriam — Notabile pulcre
est quod mulier non ait. tulerunt corpus
domini mei. sed tulerunt dominum meum.
Usus namque sacri eloquii est. ut aliquando
ex parte totum. aliquando vero ex toto partem
significet. Ex parte etenim totum sig-
nificat sicut de iacob filiis scriptum est.
quia descendit iacob in egyptum
in animabus septuaginta. Neque enim
in egyptum tunc sine corporibus
descenderunt. Sed per solam animam
totus homo signatur. quia ex parte
totum exprimitur. Et solum dominicum
corpus domini. Sed sublatum dominum in
monumento iacuat. et maria non
corpus dominum. Sed sublatum dominum
querebat videlicet ex toto designans partem
Hec cum dixisset conversa retrorsum
vidit ihesum stantem. et nesciebat quia
ihesus esset. Notandum quod maria que
adhuc de domini resurrectione dubitat
retrorsum conversa est. videt ihesum. quia
videlicet per eandem dubitationem suam quasi tergum
in domini faciem miserat. quem resurre-
xisse minime credebat. Sed quia ama-
bat et dubitabat. videbat et non
agnoscebat. Cuius adhuc ignorantia

exprimitur · tum institit · et nesciebat
quia ihesus esset Mulier dicit ei Ihesus
quid ploras quem queris Interro-
gatur doloris causa ut augeatur desi-
derium · quatenus cum nominaret · quem
quereret in amore eius ardentius
estuaret Illa existimans · quod ortu-
lanus esset · dixit ei Domine si tu
sustulisti eum dicito michi ubi
posuisti eum · et ego eum tollam
forsitan nec errando hec mulier
erravit · que ihesum ortulanum cre-
didit An non ei spiritualiter ortulanus
erat qui in eius pectore per amoris
sui virtutum virentia plantabat
Sed quid est quod viso eo · quem ortulanum
credidit · cui nec dum dixerat · quem
querebat ait · Domine si tu sustulisti
eum · quasi cum iam dixisset · exterius
desiderio plangeret · eum dicit quem
non dixerat Sed vis amoris hoc agere
solet in animo · ut quem ipse semper cogi-
tat · nullum aliud credat ignorare
Recte et hec mulier quem querit non dicit
si tu sustulisti eum quasi iam dixisse
exterius iam desiderio plangeret eum
dicit animo Que alteri non putat
incognitum quod sit ipsa continuo plangit
desiderio Dicit ei Ihesus Maria postquam
eam communi vocabulo appellant
ex sexu et agnitus non est · vocat
ex nomine Ac si ei aperte dicat Re-
cognosce eum a quo recognosceris
Perfecto quoque viro dicitur novi te ex nomine
Quia homo commune omnium vocabulum
est Moyses vero proprium · cui recte di-
citur ex nomine sciatur Ac si aperte
Dominus dicat Non te generaliter
ut ceteros Sed specialiter scio Maria ergo
quia vocatur ex nomine recognoscit auc-
torem atque eum protinus Raboni id est
magistrum vocat · quia et ipse qui quere-
batur exterius et ipse qui eam interius
ut quereret docebat Iam non ab evan-
gelista non subditur quid mulier fecerit

Sed ex eo innuitur quid audivit Ait enim
dominus Noli me tangere Nondum enim
ascendi ad patrem meum In his enim
verbis ostenditur quod Maria amplecti voluit
eius vestigia quem cognoverat Sed ei ma-
gister dicit · noli me tangere · non quia
post resurrectionem dominus tactum renuit fe-
minarum · cum de duabus ad sepulcrum
eius scriptum sit accesserunt et tenue-
runt pedes eius Sed cur tangi
non debeat ratio quoque additur · cum subinfertur
Nondum enim ascendi ad patrem meum
In corde enim nostro tunc ihesus ascendit
ad patrem cum equalis creditur patri
Nam quisquis eum equalem patri non
credit adhuc in eius pectore ad patrem
dominus non ascendit Ille ergo ihesum veraciter
tangit · qui patri filium coeternum credit
In corde etenim Pauli iam ad patrem
ihesus ascenderat · cum idem Paulus
dicebat Qui cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est esse se equalem
deo Unde Iohannes quoque redemp-
torem nostrum per viam fidei tetigit cum
ait In principio erat verbum · et verbum
erat apud deum · et deus erat verbum
Omnia per ipsum facta sunt Tangit ergo
dominum · qui eum patri per eternitatem substantie equa-
lem credit Sed fortasse aliquis taci-
ta cogitatione pulsatur · quomodo filius patri
esse equalis possit Quia in re humana
nemo quod admirando comprehendere valet
restat ut hoc probi · de incredibili exa-
minatione aliud suadeat · Sit namque quod ad
hunc probi pro brevitate videatur Con-
stat enim quod ipse creavit matrem in
tamen virginis utero ex humanitate crea-
retur Quid ergo mirum si equalis est patri
qui prior est matre Paulo quoque atte-
stante didicimus Christum dei virtutem
et dei sapientiam Qui ergo filium minorem
putat patre specialiter derogat eius sapientie
esse ei inequalem fatetur Quis etenim
homo potens equanimiter ferret si quis
ei diceret magnus quidem es sed tamen

sapientia tua maior est te. Ipse quoque
dominus dicit: Ego et pater unum sumus.
Et rursus ait: Pater maior me est.
De quo etiam scriptum est quia subditus
erat parentibus suis. Quid ergo mirum
si ex humanitate sua minorem se per-
hibet in celo, ex qua etiam subiectus erat
parentibus in terra. Ex qua humani-
tate nunc marie dicitur: Vade ad fratres
meos et dic eis: Ascendo ad patrem
meum et patrem vestrum, deum meum et deum vestrum.
Cum meum dicat et vestrum, cur non dicit
nostrum? Sed distincte loquens
indicat quod eundem patrem et deum dissi-
militer habeat ipse quam nos. Ascendo ad pa-
trem meum videlicet per naturam, et patrem vestrum per gratiam.
Ad deum meum quia descendi, ad deum
vestrum quia ascendistis. Quia enim et ego
homo, deus michi est; quia vos ab errore
liberati, deus est nobis. Distincte ergo mihi
pater et deus est, quia quem ante secula deum
genuit, hominem in fine seculorum in semetipso
creavit. Venit maria magdalene
annuncians discipulis: Quia dominum vidi,
et hec dixit michi. Ecce humani generis
culpa ibi absciditur unde processit. Quia
enim in paradiso mulier viro propinavit
mortem, a sepulcro mulier viris nunciat
vitam, et dicta sui vivificatoris, que
morti feri serpentis verba narraverat. Ac
si humano generi non verbis dominus
sed rebus dicat: De qua manu vobis
illatus est potus mortis, de ipsa suscipite
poculum vite. De expositione lectionis ewan-
gelice succincte transcurrimus; nunc
opitulante eodem de quo loquimur
domino virtutis eius gloriam et pietatis vi-
scera consideremus. Citius enim a morte no-
luit surgere, ne vita diu anima in fide-
litatis morte remaneret. Unde bene
quoque per psalmistam dicitur: De torren-
te in via bibit, propterea exaltavit caput.
In humano quippe genere ab ipso mundi
initio torrens mortis effluxerat. Sed
de hoc torrente dominus in via bibit,
quia mortem in transitu gustavit. Et
ideo exaltavit caput, quia hoc quod moriendo

in sepulcro posuit, surgendo super
angelos elevavit. Et inde antiquum
hostem interemptum pertulit, unde semetipsum (?)
contra se manus persequencium temporaliter
permisit. Quod apte dominus beato Iob indi-
cat dicens: Numquid capies leviathan
hamo? Per leviathan quippe, quod addi-
tamentum eorum dicitur, cetus ille devora-
tor humani generis designatur. Qui
dum se divinitatem homini addere
spopondit, immortalitatem sustulit.
Qui prevaricationis quoque culpa quam
primo homini propinavit, dum se sequen-
tibus pessima persuasione multiplicat,
penas eis sine cessatione coacervat. In
hamo autem esca ostenditur, aculeus
occultatur. Hunc ergo pater omnipotens ha-
mo cepit, quia ad mortem illius uni-
genitum filium incarnatum misit,
in quo caro passibilis videri posset
et divinitas impassibilis videri non
posset. Cumque in eo serpens iste per
manus persequencium escam corporis
momordit, divinitatis illum aculeus
perforavit. Quem prius in miraculis deum
cognoverat, sed de cognitione sua ad
dubitationem cecidit, cum hunc pas-
sibilem vidit. Quasi hamus ergo
fauces glucientis tenuit, dum in illo
esca carnis patuit quam devorator
appeteret, et divinitas passionis tempore
latuit que necaret. In hamo eius
ite incarnationis captus est, quia
dum in illo appetit escam corporis trans-
fixus est aculeo divinitatis. Ibi quippe
erat humanitas que ad se devoratorem duceret, ibi
aperta infirmitas que provocaret, ibi
occulta virtus que raptoris faucem
transfigeret. In hamo ergo captus est, quia
inde interiit unde momordit. Et quos
iure tenebat mortales perdidit, quia
eum in quo nichil iuris non habuit mortem appetere
immortalem presumpsit. Hinc est etiam quod ip-
sa de qua loquimur maria vivit, quod
ille pro humano genere qui inferre michi (?)
debebat occultavit. Hinc est quod nos

cotidie ad vitam post culpas reuerti
mur · quia ad penam nostram conditor sine
culpa descendit · Ecce iam antiquus
hostis ea que de humano genere ceperat
spolia amisit supplantationis sue vic
toriam perdidit · Cotidie peccatores ad vi
tam redeunt · cotidie de eius faucibus
redemptoris manu rapiuntur · Unde
quoque ad beatum Iob voce dominica
recte dicitur · aut armilla perfora
bis maxillam eius · Armilla ubi
ponitur ambiendo constringit · Quid
[nisi] ergo per armillam nisi illi circumplectens nos
divina misericordia designatur · Que levia
than istius maxillam perforat · dum
post perpetrata queque prohibita adhuc
penitencie remedium ostendit · Armilla do
mini maxillam leviathan perforat
quia ineffabili misericordie sue potencia
sic malicie antiqui hostis obviat
· ut aliquando eos eciam quos iam ceperit
amittat · Et quasi ab ore illius cadunt
cadunt · qui post perpetratas culpas
ad innocenciam redeunt · Quis enim
ore illius semel raptus maxillam
evaderet · si perforata non esset · Anne non
in ore petrum tenuit · cum negavit
Anne non in ore david tenuit · cum
in tantam se luxurie voraginem
mersit · Sed cum ad vitam uterque
per penitenciam rediit · leviathan iste
eos aliquo modo quasi per maxille sue
foramen amisit · Per foramen
ergo maxille ab eius ore subtracti
sunt · qui post perpetracionem tante
nequicie penitendo redierunt · Quis
autem hominum leviathan istius os
evadit ut illicita nulla committat
Sed hinc cognoscimus quantum re
demptori humani generis debitores
sumus · qui non solum nos in ore
leviathan ire prohibuit · sed ab
ore eciam redire concessit · Nec spem
peccatoribus non abstulit · quia maxi
llam eius ut evadendi viam tribueret

perforavit · ut saltem post morsum fugiat
qui incautus prius cavere noluit ne
morderetur · ubique ergo nobis occurrit
superna medicina · quia et dedit
homini precepta ne peccaret et tamen pec
canti dedit remedium ne desperet · Unde
cavendum summopere est · ne quis delectatione
peccati · leviathan istius ore rapiatur
Et tamen si raptus fuit non desperet
· quia si perfecte peccatum lugeat adhuc
foramen in maxilla eius invenit per
quod evadat · Adest testis · unde nunc hec
ipsa de qua loquimur maria · de qua
phariseus · dum pietatis fontem vellet
obstruere · dicebat · Hic si esset propheta
sciret utique · que et qualis est mulier
· que tangit · quia peccatrix est · Sed
lavit lacrimis maculas cordis et
corporis et redemptoris sui vestigia
tetigit · que sua itinera prava dereli
quit · Sedebat ad pedes ihesu verbumque
de ore illius audiebat · viventi adhe
serat · mortuum querebat · viventem reperit
quem mortuum quesivit · Tantum quoque apud
eum locum gracie invenit · ut hunc
ipsis quoque apostolis eius vero nuncius
ipsa nunciaret · Quid itaque fratres · quid
in ista re debemus aspicere · nisi immensam
misericordiam conditoris nostri · qui velut nobis
in signo exemplum penitencie posuit eos
quos per penitenciam vivere post lapsum fecit
Pensando enim petrum · considero latronem
· aspicio zacheum · intueor mariam
· et nichil in hiis aliud video nisi
ante oculos meos posita spei et penitencie
exempla · Fortasse enim in fide lapsus
est aliquis · aspiciat petrum qui amare
flevit · quod timide negaverat · Alius contra
proximum suum in malicia crudelitatis
exarsit · aspiciat latronem qui in ipso
mortis articulo ad vite premia peniten
do pervenit · alius avaricie estibus anhe
lans · aliena diripuit · aspiciat zacheum
qui si quid alieni abstulit

quadruplum reddidit. Alius libidinis igne succensus carnis in munditiam perdidit, aspiciat Mariam quae in se amorem carnis igne divini amoris excoxit. Ecce omnipotens deus ubique oculis nostris quos imitari debeamus obicit, ubique exempla suae misericordiae opponit. Mala ergo iam displiceant vel experta. Libenter obliviscitur omnipotens deus quod nocentes fuimus, paratus est paenitentiam nostram nobis ad innocentiam deputare. Inquinati post aquas salutis renascamur ex lacrimis. Itaque iuxta primi pastoris vocem, sicut modo geniti infantes lac concupiscite. Redite parvuli filii ad sinum matris nostrae aeternae sapientiae, sugite larga ubera pietatis dei. Transacta plangite, imminentia vitate. Redemptor noster momentaneos fletus nostros aeterno consolabitur gaudio. Qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

In illo tempore Secundum Johannem. Cum sero factum esset una sabbatorum et fores essent clausae ubi erant discipuli congregati propter metum iudaeorum, venit ihesus et stetit in medio eorum et dicit eis: Pax vobis. Et reliqua.

Omelia beati gregorii pape de eadem lectione etc.

Prima lectionis evangelicae quaestio animum pulsat, quomodo post resurrectionem corpus dominicum verum fuit, quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est quod divina operatio si ratione comprehenditur non est admirabilis, nec fides habet meritum cui humana ratio praebet experimentum. Sed haec ipsa nobis redemptoris opera quae ex semetipsis comprehendi nequaquam possunt ex alia eius operatione pensanda sunt, ut rebus mirabilibus fidem praebeant facta mirabiliora. Illud enim corpus domini intravit ad discipulos ianuis clausis quod ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiit utero virginis. Quid ergo mirum si clausis ianuis post resurrectionem suam in aeternum iam victurus intravit, qui moriturus veniens non aperto utero virginis exiit. Sed quia ad illud corpus quod videri poterat fides intuentium dubitabat, ostendit eis protinus manus et latus. Palpandam carnem praebuit quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira et iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit, dum post resurrectionem corpus suum et incorruptibile et tamen palpabile demonstravit. Nam et corrumpi necesse est quod palpatur, et palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inaestimabili redemptor noster et incorruptibile post resurrectionem et palpabile corpus exhibuit, ut monstrando incorruptibile invitaret ad praemium, praebendo palpabile firmaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo et palpabilem demonstravit, ut profecto esse post resurrectionem ostenderet corpus suum et eiusdem naturae et alterius gloriae. Dicit eis: Pax vobis. Sicut misit me pater et ego mitto vos. Id est sicut misit me pater deus deum, et ego mitto vos homo homines. Pater filium misit qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem nimirum in mundo venire ad passionem voluit, sed tamen amavit filium quem ad passionem misit. Electos vero apostolos dominus non ad mundi gaudia, sed sicut ipse missus est, ad passiones in mundum mittit. Quia ergo et filius amatur a patre et tamen ad passionem mittitur, ita et discipuli amantur

Dubium Notale

adonzio qui tunc ad passionem mit-
timit in mundum Itaque dicitur sicut
misit me pater et ego mitto vos Id
est ea vos caritate diligo cum inter sca-
dala persecutorum mitto qua me cari-
tate pater diligit quem venire ad tolle-
randas passiones fecit Quamvis mitti
etiam iuxta naturam divinitatis possit
intelligi Eo ipso enim a patre filius mitti
dicitur quo a patre generatur Nam sanctum quoque
~~sanctum~~ spiritum qui cum sit patri coequalis
et filio non tamen incarnatus est idem
se filius mittere perhibet dicens Cum
venerit paraclitus quem ego mittam vobis
a patre Si enim mitti solummodo incar-
nari debet intelligi sanctus procul dubio
spiritus nullo modo diceretur mitti qui
nequaquam incarnatus est Sed eius
missio ipsa processio est qua de patre
procedit et filio Sicut itaque mitti
dicitur quia procedit ita et filius non in con-
grue mitti dicitur quia generatur Hoc
cum dixisset insufflavit et dicit
eis Accipite spiritum sanctum Querendum

de missione spiritus sancti

nobis est quid est quod spiritum sanctum dominus
noster et semel dedit in terra consistens
et semel celo presidens Neque enim
alio loco datus spiritus sanctus aperte
monstratur nisi cum super insuffla=
tionem percipitur et postmodum cum
de celo veniens in linguis variis de-
monstratur Cur ergo prius in terra disci-
pulis datur postmodum de celo mit-
titur nisi quia duo sunt precepta cari-
tatis dilectio videlicet dei et proximi dilectio
In terra datur spiritus ut diligatur
deus Sicut ergo una est caritas et duo
precepta ita unus spiritus et duo data
prius a consistente domino in terra post-
modum e celo quia in proximi amore
discitur qualiter pervenire debeat ad amo-
rem dei Unde isdem Johannes
Qui non diligit fratrem suum quem videt
deum quem non videt quomodo potest diligere
Et quidem discipulorum mentibus isdem
sanctus spiritus inerat ad fidem Sed tamen
manifesta datione non nisi post resurrectionem
datus est Unde et scriptum est Non-
dum spiritus datus quia ihesus nondum

fuerat glorificatus Unde etiam per moysen
dicitur Suggesserunt (Suxerunt) mel de petra et ole-
um de firma petra Neque enim quislibet
tale iuxta historiam legitur si tota te-
stamenti veteris series recenseatur Nus-
quam de petra mel nusquam ille populus sug-
gerit Sed quia iuxta pauli vocem petra
erat christus mel de petra suggesserunt
qui eiusdem redemptoris nostri facta
et miracula viderunt Oleum vero de
firma petra suxerunt quia effusione
spiritus sancti post resurrectionem eius ungi meruerunt
Quasi ergo in firma petra mel dedit
quando adhuc mortalis dominus miraculorum
suorum dulcedinem discipulis ostendit Sed
firma petra oleum fudit quia post resurrectionem
suam factus iam impassibilis per afflac-
tionem spiritus donum sancte unctionis ema-
navit De hoc oleo per prophetam dicitur
Computrescit iugum a facie olei Sub
iugo quippe tenebamur demonice do-
minationis Sed uncti sumus oleo spiritus
sancti Et quia nos gratia libertatis unxit
dominationis demonice iugum putruit
Paulo attestante qui ait Ubi spiritus
domini ibi libertas Sciendum vero quod hii
qui prius spiritum sanctum habuerunt ut et ipsi
innocenter viverent et in predicatione quibusdam
prodessent Ideo hunc post resurrectionem do-
minum patenter acceperunt non prodesse non pau-
tis sed pluribus possent Unde et in
hac ipsa datione spiritus dicitur Quorum
remiseritis peccata remittuntur eis Et quorum
retinueritis retenta sunt Libet illi intueri
discipuli ad tanta onera humilitatis
vocati ad quantum glorie culmen sunt perducti
Ecce non solum de semetipsis securi fiunt
Sed etiam aliene obligationis potestatem re-
laxationis accipiunt Principatum superni
iudicii sortiuntur ut vice dei quibusdam
peccata retineant quibusdam relaxent sic
eos a deo decebat erigi qui tantum pro deo con-
senserunt humiliari Ecce qui districtum
dei iudicium metuunt animarum iudices
fiunt et alios dampnant vel liberant qui
semetipsos dampnari metuebant Horum
profecto nunc in ecclesia episcopi locum tenent

solvendi ac ligandi auctoritatem suscipiunt quia gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed grave pondus istius est honoris. Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina vite sue iudex fiat vite aliene. Et plerumque contingit ut hic locum iudicii teneat cui ad locum vita minime concordat. Ac sepe agitur ut vel dampnet immeritos vel alios ipse ligatos solvat. Sepe in solvendis ac ligandis subditis sue voluntatis motus non autem causarum merita sequitur. Unde fit ut hac ipsa ligandi et solvendi potestate privet se qui hanc pro suis voluptatibus et non pro subiectorum moribus exercet. Sepe fit ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur pastor. Iudicare autem digne de subditis nequeunt qui in subditorum causis sua illis odia vel gratiam sequuntur. Unde recte per prophetam dicitur: Mortificabant animas que non moriuntur et vivificabant eas que non vivunt. Non morientem quippe mortificat qui iustum dampnat. Et victurum mortificare nititur qui reum a supplicio absolvere conatur. Cause ergo pensande sunt et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum que culpa aut que sit penitentia secuta post culpam ut quos omnipotens deus per compunctionis gratiam visitat illos pastor ex sententia absolvat. Tunc enim vera est absolutio presidentis cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat que videlicet demonstravit quia prius mortuum dominus vocavit et vivificavit dicens: Lazare veni foras. Et postmodum is qui vivens egressus fuerat a discipulis est solutus. Sicut scriptum est: Cumque egressus fuisset qui erat ligatus institis tunc dixit discipulis: Solvite eum et sinite abire. Ecce illum discipuli iam viventem solvunt quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum solverent fetorem magis ostenderent quam virtutem. Ex qua consideratione intuendum est quod nos

debemus per pastoralem auctoritatem solvere quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam vivificare. Que nimirum vivificatio ante operationem rectitudinis in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Unde et huic ipsi mortuo Lazaro nequaquam dictum est revivisce, sed veni foras. Omnis quippe peccator dum culpam suam intra conscientiam abscondit introrsus latet, in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit foras cum peccator nequitias suas sponte confitetur. Lazaro ergo dicitur veni foras. Ac si aperte cuilibet mortuo in culpa diceretur: Cur reatum tuum intra conscientiam abscondis? Foras iam per confessionem egredere qui apud te interius per negationem lates. Veniat itaque foras mortuus, id est culpam confiteatur peccator. Venientem autem foras solvant discipuli, ut pastores ecclesie ei penam debeant amovere quam meruit qui non erubuit confiteri quod fecit. Hec de solutionis ordine breviter dixerim, ut sub magno moderamine pastores ecclesie vel solvere studeant vel ligare. Sed utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is qui subest et cum iniuste forsitan ligatur ipsam obligationis sue sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor vero vel absolvere indiscrete timeat vel ligare. Is qui sub manu pastoris est ligari timeat vel iniuste. Nec pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne etsi iniuste ligatus est ex ipsa tumide reprehensionis superbia culpa que non erat fiat. Sed quia hec breviter per excessum diximus ad expositionis ordinem redeamus. Thomas autem unus de duodecim qui dicitur Didimus non erat cum eis quando venit Ihesus. Iste unus discipulus defuit, reversus quod gestum est audivit, audita credere renuit. Venit iterum dominus et non credenti discipulo latus palpandum credendum prebuit, manus ostendit et ostensa suorum cicatrice vulnerum

De absolutione

Aud' q[illegible]

infidelitatis illius vulnus sanavit
Quid fratres karissimi quid inter hec animadvertitis
Numquid casu gestum creditis ut electus
ille discipulus tunc deesset post autem
veniens audiret audiens dubitaret
dubitans palparet palpans crederet
Non hoc casu sed divina dispensatione
gestum est Egit namque miro modo
divina supernaque clementia ut di-
scipulus dubitans dum in magistro
suo vulnera palparet carnis in nobis
vulnera sanaret infidelitatis Plus
enim nobis Thome infidelitas ad fidem
quam fides credentium discipulorum profuit
Quia dum ille fuit ad fidem palpan-
do reducitur nostra mens omni dubitatione
postposita in fide solidatur Sic quippe
discipulum post resurrectionem suam dubi-
tare permisit nec tamen in dubitatione
deseruit sicut ante nativitatem suam habere
Mariam sponsum voluit qui tamen
ad eius nuptias non pervenit Nam
ita factus est discipulus dubitans
et palpans testis vere resurrectionis
Sicut sponsus matris fuerat custos
integerrime virginitatis Palpavit
autem et exclamavit Dominus meus
et Deus meus Dicit ei Ihesus Quia
vidisti me credidisti Cum Paulus apostolus
dicat Est autem fides sperandarum substantia rerum
argumentum non apparentium Profecto
liquet quia fides illarum rerum ar-
gumentum est que apparere non possunt
Que enim apparent iam fidem non habent
sed agnitionem Dum ergo vidit Thomas
dum palpavit cur ei dicitur quia vidisti
me credidisti Sed aliud vidit aliud credidit A mor-
tali quippe homine divinitas videri non
potuit Hominem ergo vidit et Deum con-
fessus est dicens Dominus meus et Deus
meus Videndo ergo credidit qui con-
siderando verum hominem hunc Deum quem videre
non poterat exclamavit Letificat valde
quod sequitur Beati qui non viderunt et
crediderunt In qua nimirum sententia nos
specialiter signati sumus qui eum quem
carne non vidimus mente retinemus

Nos signati sumus sed si fidem nostram
operibus sequimur Ille etenim vere credit qui
exercet operando quod credit Quo contra
de his qui fidem nomine tenus re-
tinent Paulus dicit Confitentur nosse
Deum factis autem negant Hinc Iacobus
ait Fides sine operibus mortua est Hinc
ad beatum Iob de antiquo hoste generis
humani Dominus dicit Absorbebit flu-
vium et non mirabitur et habet fiduciam
quod influat Iordanis in os eius Quis
enim per fluvium designatus nisi humani
generis fluxus quod videlicet genus ab
ortu ad finem defluit et quasi aque
more usque ad competentem terminum
ex carnis liquore percurrit Quid per
Iordanem nisi baptizatorum forma
signatur Quia enim in Iordane
fluvio ipse auctor redemptionis nostre
baptizari dignatus est Recte Iorda-
nis nomine eorum multitudo exprimitur
qui iam intra sacramentum baptismatis tenentur
Antiquus hostis genus humanum fluvi-
um absorbuit quia a mundi origine
usque ad redemptoris adventum vix
paucis electis evadentibus in malitie
sue ventre genus humanum traxit
De quo recte dicitur Absorbebit flu-
vium et non mirabitur quia pro magno
non habet cum infideles rapit Sed
grave est valde quod subditur Et habet
fiduciam quod influat Iordanis in os
eius Quia post quam infideles quos
a mundi origine rapuit adhuc
se posse suscipere etiam fideles presumit
Nam ore pestifere persuasionis eos
cotidie devorat in quibus a confessione
fidei reproba vita discordat Hac fratres
karissimi tota intentione pertimescite hoc
apud nos sollicita mente cogitate
Ecce paschalia sollempnia agimus
Sed ita vivendum nobis est ut per-
venire ad eterna festa mereamur Transeunt
cuncta que temporaliter festiva celebrantur
Curate qui his sollempnitatibus interestis

ne aeterna sollempnitate separemur quid
prodest interesse festis hominum si decet con-
iungatur festis angelorum. Quibus ven-
ture sollempnitatis est sollempnitas presens
Recto hunc agone agimus ut ad illam
que non est annua. sed continua perducamur
Cum hic statuto tempore agitur ad illius
desiderium mens nostra refrigatur si reque-
tacione ergo gaudii temporalis ad eterna gau-
dia mens inalescat. et ferveat ut
ex festivitate leticie perfruatur in patria quod
de umbra gaudii meditatur meditatur
in via. Vitam ergo fratres vestram mores
que componite iste qui mitis resurrexit
ex morte quam districtus in iudicium
veniet previdete. Certe in die treme-
di examinis sui. cum angelis. cum
archangelis. cum thronis et domina-
cionibus cum principibus ac potestatibus
apparebit celis ac terris ardentibus cunctis
vero elementis in sui obsequii terrore
commotis. Hunc ergo tanti pavoris iu-
dicem ante oculos ponite. Hunc ve-
nturum timete. ut hunc cum venerit
non timidi sed securi videatis. Timen-
dus ergo est ne timeatur. Terror eius
est ad usum bone operationis exercitat
mens illius vitam nostram a pravi-
tate compescat. Michi fratres credite
quam tanto timet eum quis securus de eius
presencia quanto satagimus esse suspecti de
culpa. Certe si aliquis vestrum cum suo
adversario causam dicturus in meo iudicio
die crastino esset exhibendus totam
fortasse noctem in somnis duceret
quod sibi dici posset. quid obiectionibus
videret. secum sollicita et estuanti
mente versaret ne me inveniret asperum
vehementer metueret ne apud me appareret
noxius formidaret. et quis ego aut
quid ego. Nimirum non longe post futurus
post hominem vermis atque post vermem
pulvis. Si ergo tanta cura pertime-
scitur iudicium pulveris quanta intentione
cogitandum est. quanta formidine pro-
videndum tante iudicium maiestatis.

Sed quia sunt non nulli qui de resur-
rectione carnis incerti sunt. et tunc rec-
tius docemus. si etiam cordium vestrorum
questionibus occultis occurramus. Pauca
nobis de ipsa resurrectione fidei loquenda
sunt. Multi etenim sic et nos aliquando
fuimus cum carnem in putredinem
ossa que in pulverem redire per sepulchra
conspiciunt reparari ex pulvere carnem et
ossa diffidunt. Sic que apud se quasi
ratiocinantes dicunt. Quando ex pulvere — dubium quorundam
homo reducitur. quando agitur ut cinis
animetur. Quibus breviter respondemus — Solucio
quia longe minus est deo reparare
quod fuit. quam creasse quod non fuit. Aut
quid mirum si hominem ex pulvere
fecit qui simul ex nichilo omnia creavit
Mirabilius namque est celum ac terram
ex nullis existentibus condidisse. quam ipsum
hominem ex terra reparare. Sed cinis atten-
ditur. et in carnem redire posse de-
speratur. Et divine operationis virtus ap-
prehendi quasi ex ratione queritur. Quin-
scilicet hoc ideo in suis cogitacionibus
dicunt. quia eis cotidiana miracula
dei ex assiduitate viluerunt. Nam ecce
in uno grano parvissimi seminis latet
tota que nascitura est arboris moles
Constituamus namque ante oculos
cuius libet arboris miram magnitudinem
cogitemus unde coepit que ad tan-
tam molem crescendo pervenit. Inveni-
mus procul dubio eius originis parvissimum
semen. Consideremus nunc ubi in
illo parvo grano seminis latet forti-
tudo ligni asperitas corticis saporis
odoris que magnitudo ubertas fructuum
viriditas foliorum. Contrectatum quippe se-
minis granum non est validum. unde
ergo processit ligni duritia. Non asperum
unde asperitas corticis erupit. Non
est sapor. Et est sapor in fructibus.
Olfactum nichil redolet. Ut odor
in fructibus flagrat. Nichil in se viride
ostendit. unde foliorum viriditas exiit. Cunc-
ta ergo in semine simul latent quam tam

non simul ex semine prodeunt. Ex semine quippe producitur radix, ex radice prodit virgultum, ex virgulto oritur fructus, in fructu producitur semen. Addamus ergo et semen latet in semine. Quid ergo mirum si ossa nervos carnem capillosque reducat ex pulvere qui lignum fructus folia in magna mole arboris ex parvo cotidie semine restaurat. Cum ergo dubitans animus de resurrectionis potentia rationem querit, carum rerum questiones inferende sunt que et incessanter fiunt et tamen ratione comprehendi nequaquam possunt, ut dum non valet ex visione rei penetrare quod conspicit, de promissione divine potentie credat quod audit. Illa ergo nobis fratres karissimi promissa cogitate que permanent, que nos cum tempore transeunt velud iam omissa despicite. Ad huius virtutis gloriam quam in se veritas ostendit tota intentione festinate. Terrena desideria que a benefactore separant fugite. Tanto altius a conspectu dei omnipotentis pertingitis, quando mediatorem dei et hominum singularius amatis. Qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen. Secundum iohannem.

In illo tempore Dixit ihesus discipulis suis Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos Et reliqua. Omelia beati gregorii pape de eadem lectione.

Cum cuncta sacra eloquia dominicis plena sint preceptis, quid est quod de dilectione quasi de singulari mandato dominus dicit Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem, nisi quia omne mandatum de sola dilectione est et omnia unum preceptum sunt. Quia quicquid precipitur in sola caritate solidatur. Ut enim multi arboris rami ex una radice prodeunt, sic multe virtutes ex una caritate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis si non manet in radice caritatis. Precepta ergo dominica et multa sunt et unum: multa per diversitatem operis, unum in radice dilectionis. Qualiter autem ista dilectio sit tenenda ipse insinuat qui in plerisque scripture sue sententiis et amicos iubet diligi in se et inimicos diligi propter se. Ille enim veraciter caritatem habet qui et amicum diligit in deo et inimicum diligit propter deum. Nam sunt nonnulli qui diligunt proximos sed per affectum cognationis et carnis. Quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt. Sed aliud est quod sponte impenditur nature, aliud quod preceptis dominicis ex caritate debetur obedientie. Hii nimirum et proximum diligunt et tamen illa sublimia dilectionis sue premia non assequuntur, quia amorem suum non spiritualiter sed carnaliter impendunt. Proinde cum dominus diceret Hoc est mandatum meum ut diligatis invicem protinus addidit sicut dilexi vos. Ac si aperte dicat Ad hoc amate ad quod amavi vos. Qua in re fratres karissimi sollerter intuendum est quod antiquus hostis dum mentem nostram ad rerum temporalium delectationem trahit infirmiorem contra nos proximum excitat qui ea ipsa que diligimus auferre molitur. Nec curat antiquus hostis hoc faciens ut terrena tollat sed ut caritatem in nobis feriat. Nam modico repente exardescimus et dum foris invicti esse cupimus graviter ferimur. Dum parva foris defendimus intus amittimus maxima. Quia dum rem diligimus temporalem veram amittimus dilectionem. Omnis quippe qui nostra tollit inimicus est. Sed si odio habere ceperimus inimicum intus est quod perdimus. Cum ergo aliquid exterius a proximo patimur contra occultum raptorem intus vigilemus. Qui nunquam melius vincitur nisi cum raptor exterior amatur. Una quippe et summa est probatio caritatis si et ipse

[illegible]

diligitur qui adversatur. Huic est
quod ipsa caritas veritas et tantis passionibus
sustinet. et tamen ipsis suis persecuto-
ribus affectum dilectionis impendit
dicens pater ignosce illis quia nesciunt
quid faciunt. Quid ergo mirum si inimicos
diligunt discipuli dum vivunt quando
et tunc inimicos diligit magister cum
occiditur. Cuius dilectionis summa ex-
primit cum subiungit. Maiorem hac di-
lectionem nemo habet quam ut animam sua
ponat quis pro amicis suis. Pro inimicis
pro inimicis suis dominus venerat et tamen
positurum se animam dicat ut profecto nobis
ostenderet quia cum diligendo lucrari
fratres de inimicis possimus etiam ipsi amici
sunt qui persequuntur. Sed certe nos nisi
ad mortem nemo persequitur. Unde ergo
probare possumus an diligamus inimicos
Sed est quod in pace sancte ecclesie fieri debeat
unde clarescat si persecutionis tempore
mori pro dilectione valeamus. Certe
isdem iohannes dicit. Qui habuerit
substantiam mundi huius et viderit fratrem suum
necesse habere. et clauserit viscera sua ab eo
quomodo caritas dei manet in eo. Hinc etiam
iohannes baptista ait. Qui habet duas
tunicas det non habenti. Qui ergo tranquil-
litatis tempore non dat pro deo tunicam sua
quando in persecutione daturus est animam
suam. Virtus ergo caritatis ut in invicta
sit in perturbatione nutriatur primum
in tranquillitate quatenus omnipotenti
deo primum discat sua impendere postmodum
se. Sequitur. Vos amici mei estis.
O quanta misericordia conditoris nostri digni non
sumus et amici vocamur. Sed quanta
est dignitas hominum esse amicos dei. Sed
audistis gloriam dignitatis audite et
laborem certaminis. Si feceritis que precipio
nobis ego. Amici mei estis si ea que
precipio nobis faciatis. Ac si aperte dicat
Gaudetis de culmine pensate quibus
laboribus venitur ad culmen. Certe cum
filii zebedei matre media querent
ut unus a dextris dei et alius a sinistris
sederet

audierunt. Potestis
bibere calicem quem ego bibiturus
sum. Iam locum celsitudinis querebat
ad viam illos veritas revocat per quam
ad celsitudinem venirent. Ac si dicat
Iam nos locus delectat celsitudinis
Sed prius via exerceat laboris. Per
calicem attingitur ad maiestatem. Si
mens nostra appetit quod demulcet prius
bibite quod dolet. et sic per amarum poculum
confectionis pervenitur ad gaudium
salutis. Iam non dicam nos servos
quia servus nescit quid faciat dominus
eius. Vos autem dixi amicos. quia
omnia quecumque audivi a patre meo
nota feci nobis. Que sunt omnia
que audivit a patre suo que nota
voluit fieri servis suis. ut eos efficeret
amicos suos. nisi gaudia interne
caritatis. nisi illa festa superne patrie
que nostris cotidie mentibus per aspirationem
sui amoris imprimit. Dum enim au-
dita superna celestia amamus amata
iam novimus quia amor ipse notitia
est. Omnia ergo eis nota fecerat. quia
a terrenis desideriis immutati amoris
summi facibus ardebant. Istos vero
amicos dei aspexerat propheta cum dice-
bat. Michi autem nimis honorificati
sunt amici tui deus. Amicus enim
quasi animi custos vocatur. Quia ergo
psalmista prospexerit electos a mundi
huius amore separatos custodire in
mandatis celestibus voluntatem dei
miratus est amicos dei dicens Mi-
chi autem nimis honorificati sunt amici
tui deus. Et tamquam si ab eo protinus
causas tanti honoris nobis quereremus
illico adiunxit. Nimis
confortatus est principatus eorum. Ecce
electi dei carnem domant spiritum roborant
demonibus imperant virtutibus coru-
scant presentia despiciunt eternam patriam
cum voce moribus predicant. eam etiam
moriendo diligunt atque ad illam per
tormenta perveniunt. Occidi possunt

et electi regnant. Nimis ergo confor-
tatus est principatus eorum. In ista ipsa pas-
sione qui tradidit in morte carnis
videte quantum fuit culmen mentis.
Unde hoc nisi quia confortatus est prin-
cipatus eorum. Sed si magni fortasse
pauci sunt subiunxit: Dinumerabo
sup eos et super arenam multiplicabuntur. To-
tum mundum fratres aspicite, martyribus
plenus est. Iam pene tot qui videamus
non sumus quot veritatis testes habemus.
Deo ergo innumerabiles nobis super hare-
nam multiplicati sunt, quanti sint
a nobis comprehendi non possunt. Sed quis-
quis ad hanc pervenit dignitatem
ut amicus dei vocetur, dei se esse
conspiciat. Dona autem que percipit
super se nichil suis meritis tribuat,
ne in inimicitias erumpat. Unde et
subditur: Non vos me elegistis
sed ego elegi vos et posui vos ut
eatis. Volendo dixi, quia velle
aliquid facere iam mente ire est.
Et fructum afferatis. Posui ad
gratiam plantam ut eatis volendo
dixi, quia velle aliquid facere iam mente
ire est. Qualem ergo fructum affer-
re debeant subditur: Et fructus vester maneat.
Omne quod secundum presens seculum laboramus
vix usque ad mortem sufficit. Mors
namque interveniens fructum nostri laboris
abscidit. Quod vero pro eterna vita agitur
etiam post mortem servatur. Et tunc
apparere incipit cum laborum car-
nalium fructus cepit non videri. Ibi
ergo illa retributio inchoat ubi ista
terminatur. Quisquis ergo iam eterna
cognovit apud eius animum temporales
fructus vilescant. Tales fructus Vole
operemur qui maneant, tales fruc-
tus operemur qui cum mors cuncta
interimat ipsi exordium a morte
sumant. Nam quod a morte inci-
piat fructus dei testatur propheta qui
ait: Cum dederit dilectis suis sop-

sompnum. Hec est hereditas domini.
Omnis qui dormit in morte perdit
hereditatem. Sed cum dederit dilectis
suis sompnum hec est hereditas domini,
quia electi dei postquam pervenerint
ad mortem tunc inveniunt hereditatem.
Sequitur: Ut quodcumque petieritis patrem
in nomine meo det vobis. Hic ecce
dicit quod quodcumque petieritis patrem in nomine
meo det vobis. Rursum alibi per
eundem evangelistam dicit: Si quid
petieritis patrem in nomine meo dabit
vobis. Usque modo non petistis quicquam
in nomine meo. Si omne quod petimus
in nomine filii dat nobis pater, quid
ergo est quod paulus cum dominum rogavit
et exaudiri non meruit. Sed dictum est
illi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus
in infirmitate perficitur. Numquid ille
tam egregius predicator in filii nomine
non petiit, cur autem accepit quod petiit?
Quomodo ergo verum est quia quidquid petimus
in nomine filii dat nobis pater. Si autem
angelum sathane petiit auferri apostolus
in nomine filii, et tamen quod petiit non
accepit. Sed quia nomen filii ihesus est,
ihesus autem salvator vel etiam salutaris
dicitur. Ille ergo in nomine salvatoris petit
qui illud petit quod ad veram salutem
pertinet. Nam si id quod non expediat
petitur non in nomine ihesu petitur
pater. Unde et isdem apostolis adhuc in-
firmantibus dominus dicit: Usque modo
non petistis quicquam in nomine meo.
Ac si aperte diceretur: Non petistis in
nomine salvatoris qui nescitis querere
eternam salutem. Hinc est quod et paulus
non exauditur quia si liberaretur a tem-
ptatione ei non proderat ad salutem.
Ecce videmus fratres karissimi quam multi
ad sollempnitatem martyris convenistis,
genua flectitis, pectus tunditis, voces
orationis ac confessionis emittitis

ffac

saltem lacrimis rigatis. Sed pensate
quaeso petitiones vestras, videte si in
nomine Iesu petitis, id est si gaudia
salutis aeternae postulatis. In domo
enim Iesu Christi non quaeritis, si in aeterni-
tatis templo importune pro temporalibus
oratis. Ecce alius in oratione quaerit
uxorem, alius petit villam, alius
postulat vestem, alius sibi dari deprecatur
alimentum. Et quidem cum haec de-
sunt, ab omnipotente Deo petenda sunt.
Sed meminisse continuo debemus quod
ex mandato eiusdem redemptoris
accepimus: Quaerite primum regnum Dei
et iustitiam eius, et haec omnia adicientur
vobis. Et haec itaque ab Iesu petere non
est errare, si tamen non nimie petantur.
Sed adhuc quod est gravius, alius postulat
mortem inimici, et eum quem gladio non potest
persequi, persequitur oratione. Et cui maledicit vivit
adhuc qui male dicit, et tamen is qui
maledicit iam de morte illius reus
tenetur. Iubet autem Deus ut diligatur
inimicus, et tamen rogatur Deus ut oc-
cidat inimicum. Quisquis itaque sic
orat, in ipsis suis precibus contra conditorem
pugnat. Unde sub Iudaeae specie dicitur:
Fiat oratio eius in peccatum. Oratio quippe
in peccatum est illa petere quae prohibet
ipse qui petitur. Hinc Veritas dicit:
Et cum statis ad orandum, remittite
si quid habetis in cordibus vestris.
Quam virtutem remissionis aptius
ostendimus, si unum testimonium testa-
menti veteris proferamus. Certe enim
Iudaea conditoris sui iustitiam cul-
pis exigentibus offenderat. Propheta au-
tem oratione dominus prohibens dicit:
Non assumas laudem et orationem pro eis.
Si Moyses et Samuel steterint
coram me, non est anima mea ad populum
istum. Quid est quod intermissis tot
patribus Moyses et Samuel tot prioribus solummodo Moyses et Sa-
muel ad medium deducuntur, quorum
mira obtinendi virtus ostenditur,
dum nec ipsi posse intercedere dicuntur?
Ac si aperte dominus dicat: Nec illos
audio quos propter magnum petitionis
suae meritum minime contempno.
Quid ergo est quod Moyses et Samuel
ceteris patribus in postulatione praefe-
runtur, nisi quod duo hi tantum in to-
ta serie testamenti veteris serie
etiam pro inimicis suis leguntur exoras-
se? Unus a populo lapidibus impe-
titur, et tamen pro lapidatore suo dominum
deprecatur. Alter ex principatu de-
icitur, et tamen petitus ut exoraret
fatetur dicens: Absit a me hoc
peccatum in dominum, quo minus cessem
orare pro vobis. Si Moyses et Sa-
muel steterint coram me, non est
anima mea ad populum istum. Ac
si aperte dicat: Nec illos modo
pro amicis audio, quos magnae vir-
tutis orare etiam pro inimicis scio.
Virtus nostrae orationis est celsitudo
caritatis. Et tunc quisque quod recte
petitur adipiscitur, cum eius animus
in petitione nec inimici odio fuscatur.
Sed plerumque reluctantem animum
vincimus, si etiam pro inimicis oramus,
effundimus pro adversariis precem. Sed
utinam cor teneat amorem. Nam
saepe et orationem inimicis nostris impen-
dimus, sed hanc ex praeceptione potius
fundimus quam ex caritate. Nam et
vitam inimicorum petimus, et tamen
ne exaudiamur timemus. Sed
quia internus iudex mentem potius
quam verba considerat, pro inimico nihil
postulat qui pro eo ex caritate non
orat. Sed ecce in nobis inimicus
graviter deliquit, damna intulit,
amantes laesit, amatores persecutus est.

Retinenda hec erunt si remittenda nobis delicta non erunt. Advocatus etenim noster precem nostram in causa nostra composuit et ipse eiusdem cause iudex est qui advocatus. Precari autem quem composuit conditor servis iussit dicens. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Cum ergo ipse iudex venerit qui advocatus extitit ipse precem exaudit quam fecit. Aut ergo non facientes dicimus dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris et nos semetipsos hec dicendo amplius ligamus. ut fortasse hanc conditionem in oratione intermittimus et advocatus noster precem quam constituit non recognoscit atque apud se protinus dicit Scio quod monui non est ipsa oratio quam feci. Quid ergo nobis agendum est fratres nisi ut vere caritatis affectum impendamus nulla in corde malicia maneat. Considerat omnipotens deus quia proximi caritatem nostram ut nostris impendat iniquitatibus pietatem suam. Mementote quod monemur. Dimittite et dimittetur vobis. Ecce debetur vobis ut dimittatur quod debetur a nobis. Sed ad hunc mens revertitur et vult implere quod audit et tamen reluctatur. Ad mentes tendebamus consistimus qui ad celeste regnum ex qua morte pervenire scimus. Nos si pro Christo corpus non ponimus saltem animum mutamus. Placatur deus isto sacrificio approbat in iudicio pietatis sue victoriam pacis nostre etiam nostri cordis aspicit et qui post vincentes re-

munerat nunc certantes adiuvat. Per ihesum christum dominum nostrum qui vivit et regnat deus per omnia secula seculorum Amen. Ev.

In illo tempore secundum Iohannem. Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quod ihesus adveniret a iudea in galileam abiit ad eum et rogabat ut descenderet et sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Et Reliqua.

Lectio sancti ewangelii Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione quam modo fratres audistis expositione non indiget. Sed ne hanc tacite preterisse videamur exortando potius quam exponendo in ea aliquid loquimur. Hoc autem solum modo de expositione video esse requirendum cur is qui ad salutem petendam venerat audivit Nisi signa et prodigia videritis non creditis. Qui enim salutem querebat filio proculdubio credebat. Neque enim ab eo quereret salutem quem esse non crederet salvatorem. Quare ergo dicitur nisi signa et prodigia videritis non creditis qui ante credidit quam signum videret. Sed mementote quid petiit et aperte cognoscetis quia in fide dubitavit. Poposcit namque ut descenderet et sanaret filium eius. Corporalem ergo presentiam domini querebat qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit quem non putavit posse salutem dare nisi presens esset et corpore. Si enim perfecte credidisset procul dubio sciret quia non esset locus

ubi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffisus est qui virtuti honorem non dedit maiestatis sed presentie corporali. Salutem itaque filio petiit et tamen in fide dubitavit quia eum ad quem venerat et potentem ad curandum credidit et tamen morienti filio esse absentem putavit. Sed Dominus qui rogatur ut vadat quia non desit ubi invitatur indicat. Solo iussu salutem reddidit qui solo nutu omnia creavit. Dicit ad eum regulus Domine descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Ihesus Vade filius tuus vivit. Qua in re hoc est nobis sollerter intuendum quod sicut ewangelista alio testante didicimus centurio ad Dominum venit dicens Domine puer meus iacet paraliticus in domo et male torquetur. Cui a Ihesu protinus respondetur Ego veniam et curabo eum. [illegible] Quid est quod reguli rogatur ut ad eius filium veniat et tamen ire corporaliter recusat. Ad servum vero centurionis non invitatus et tamen se corporaliter ire pollicetur. Reguli filio per corporalem presentiam non dignatur adesse, centurionis vero servo non dedignatur occurrere. Quid est hoc nisi quod superbia nostra retunditur qui in hominibus non naturam qua ad ymaginem Dei facti sunt sed honores et divitias veneramur. Cumque pensamus que circa eos sunt profecto interiora minime aperte videmus. Dum ea consideramus que in corporibus despecta sunt negligimus pensare que sunt. Redemptor vero noster ut ostenderet quia que alta sunt hominum sanctis despicienda sunt et que despecta sunt hominum despicienda non sunt ad filium reguli ire noluit ad servum centurionis paratus fuit. Increpata est ergo superbia nostra que nescit pensare homines propter homines. Sola ut diximus que circumstant hominibus pensat naturam quia ad ymaginem

Dei facti sunt non aspicit honorem Dei in hominibus non agnoscit. Ecce ire non vult filius Dei ad filium reguli et tamen venire paratus est ad salutem servi. Certe si nos cuiuspiam servus rogaret ut ad eum ire debemus protinus nobis nostra superbia debemus in cogitatione tacita respondet dicens Non eas quia temetipsum degeneras honor tuus despicitur vilescit locus. Ecce de celo venit qui servo occurrere in terra non despicit et tamen humiliari in terra contempnimus qui de terra sumus. Quid vero apud Deum vilius quid esse despectius potest quam servare honorem apud homines et in teste oculos non timere. Unde et in sacro ewangelio ad phariseos ipse Dominus dicit Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus Deus autem novit corda vestra quia quod hominibus altum est abhominabile est apud Deum. Cogitatio cordis nostri tanto apud Deum in imo est quanto ab hominibus in alto. Et humilitas cordis nostri tanto apud Deum in alto est quanto ab hominibus in imo despicimur. Ergo si quid boni gerimus nulla nos nostra inflat operatio non rerum habundantia nos gloria extollat. Si quibuslibet ex bonis affluentibus intus intumescimus a Deo despecti sumus. Quo contra psalmista de hominibus dicit Custodiens parvulos Dominus. Cur quia parvulos humiles appellat protinus quem imitari pertulit consilium illius subiungit Nam quia querentibus quid ipse ad hoc faceret ad iecit Humiliatus sum et liberavit me. Hec ergo cogitate fratres hec integre pensate. Nolite in proximis vestris mundi huius bona venerari propter hoc honorare hominibus quibus tamen commissi non estis quod fratres sunt ad ymaginem Dei. Et tunc proximis vere servatis si apud nosmetipsos sumus in corde

non transeuntis. Nam qui se adhuc in rebus transitoriis extollit, nescit in proximo vendere quod manducat. Nolite ergo in vobis metipsis pensare quod habetis, sed quid estis. Ecce mundus qui diligitur fugit. Sancti viri isti ad quorum tumbam consistimus florentem mundum mentis despectu calcaverunt. Erat vita longa, salus continua, opulentia in rebus, fecunditas in propagine, tranquillitas in diuturna pace. Et tamen cum in semetipso floreret, iam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce in semetipso iam mundus aruit, et adhuc in nostris cordibus floret. Ubique mors, ubique luctus, ubique desolatio, ubique percutimur amaritudinibus, et tamen ceca mente replemur mente carnalis concupiscentie, ipsas eius amaritudines amamus, fugientem sequimur, labenti inheremus. Et quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur quem cadentem tenemus. Aliquando nos mundus retraxit a deo, nunc tantis plagis plenus est ut ipse nos iam mundus mittat ad deum. Pensate ergo quia nulla sunt que temporaliter currunt. Finis temporalium ostendit quam nichil sit quod transire potuit. Casus rerum indicat quia res transiens et tunc nichil prope fuit cum stare videretur. Hec ergo fratres karissimi sollicita consideratione pensate, in eternitatis amore cor figite, ut dum terrena culmina adipisci contempnitis, pervenite ad gloriam quam per fidem tenetis per Ihesum Christum dominum nostrum. Qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Secundum Marcum.

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. Qui vero non crediderit condempnabitur. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione.

Quod resurrectionem dominicam discipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas quam nostra, ut ita dicam, futura firmitas fuit. Ipsa namque resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monstrata est, que dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quam de illorum dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalene prestitit que citius credidit quam Thomas qui diu dubitavit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit et de nostro pectore dubietatis vulnus amputavit. Ad insinuandam quoque veritatem dominice resurrectionis notandum nobis est quod Lucas refert dicens: Convescens precepit eis ab Ierosolimis ne discederent. Et post pauca: Videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Notate verba, signate misteria. Convescens elevatus est. Comedit et ascendit, ut videlicet per effectum comestionis veritas pateret carnis. Marcus vero priusquam celum dominus ascendat, eum de cordis duritia atque infidelitatis increpasse discipulos memorat. Qua in re quid aliud considerandum est nisi quod idcirco dominus tunc discipulos increpavit cum eos corporaliter reliquit, ut verba que recedens diceret in corde audientium artius impressa remanerent. Increpata itaque eorum duritia, quid admonendo dicat audiamus: Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Numquid fratres mei sanctum evangelium vel insensatis rebus vel brutis animalibus fuerat predicandum, ut de eo discipulis dicatur: Predicate omni creature? Sed omnis creature nomine signatur homo. Sunt namque lapides, sed nec vivunt nec sentiunt. Sunt herbe et arbusta, vivunt quidem sed non sentiunt. Vivunt dico non per animam sed per viriditatem. Quia et Paulus dicit: Insipiens, tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Vivit ergo quod moritur ut vivificetur

lapides namque sunt sed non vivunt. Arbusta autem sunt vivunt sed non sentiunt. Bruta vero animalia sunt vivunt sentiunt sed non discernunt. Angeli enim sunt vivunt sentiunt et discernunt. Omnis autem creature aliquid habet homo. Habet namque commune esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Si igitur commune habet aliquid cum omni creatura homo, iuxta aliquid omnis creatura est homo. Omni ergo creature predicatur ewangelium cum soli homini predicatur. Quia ille videlicet docetur propter quem in terra cuncta creata sunt. Potest etiam omnis creature nomine omnis natio gentium designari. Ante etenim dictum fuerat in viam gentium ne abieritis. Nunc autem dicitur omni creature predicate, ut scilicet prius audita apostolorum repulsa predicatio tunc nobis repulisset. Sed cum discipulos ad predicandum veritas mittit, quid aliud in mundo facit nisi grana seminis aspergit. Et pauca grana mittit in semine, ut multarum messium fruges ex nostra fide recipiat. Neque enim in universum mundum tanta fidelium messis exurgeret, si de manu domini super rationalem terram illa electa grana predicantium non venissent. Sequitur: Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit condempnabitur. Fortasse unusquisque apud semetipsum dicat: Ego iam credidi, salvus ero. Verum dicit si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est que in hoc quod verbis dicit moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse deum factis autem negant. Hinc Iohannes ait: Qui dicit se nosse deum et mandata eius non custodit mendax est. Quod cum ita sit, fidei nostre veritatem in vite nostre consideratione

Nota

debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus si quod verbis promittimus operibus implemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus atque omnibus pompis abrenuntiare promisimus. Itaque unusquisque ad considerationem suam mentis oculos reducat, et si servat post baptismum quod ante baptismum spopondit, certus iam quia fidelis est gaudeat. Sed ecce quod promisit minime servavit, ad exequenda prava opera ad concupiscendas mundi pompas delapsus est. Videamus si iam scit plangere quod erravit. Apud misericordem namque iudicem non ille fallax habetur qui ad veritatem redit etiam postquam mentitus. Quia omnipotens deus dum libenter nostram penitentiam suscipit, ipse suo iudicio hoc quod erravimus abscondit. Sequitur: Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demonia eicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint non eis nocebit, super egros manus imponent et bene habebunt. Numquid nam fratres mei quia ista signa non facitis minime creditis? Sed hec necessaria in exordio ecclesie fuerunt. Ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium miraculis fuerat nutrienda. Quia et nos cum arbusta plantamus tam diu eis aquam fundimus quousque ea in terra convaluisse videamus. At si semel radicem fixerint irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Lingue in signo sunt non fidelibus sed infidelibus. Quid de his signis atque virtutibus que adhuc subtilius considerare debeamus. Sancta quippe ecclesia cotidie spiritualiter facit quod tunc per apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt et habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt nisi demonia eiciunt. Et fideles quique qui iam vite veteris

apules du[illegible]

sclaria verba delinquunt, sancta autem in sua lingua insonat conditoris sui laudes et potentiam quantum prevalent. Quid ergo aliud faciunt nisi novis linguis loquuntur? Qui dum bonis suis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt. Et dum pestiferas suasiones audiunt, sed tamen ad operationem pravam minime pertrahuntur, mortiferum quidem est quod bibunt, sed non eis nocebit. Qui quotiens proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt, dum eis tota virtute concurrunt et exemplo sue operationis illorum vitam roborant, qui in propria actione titubat, quid aliud faciunt nisi super egros manus imponunt ut bene habeant? Que nimirum miracula tanto maiora sunt quanto spiritualia; tanto maiora sunt quanto per hec non corpora sed anime suscitantur. Hec itaque signa fratres karissimi auctore deo si vultis vos facitis. Et illis enim exterioribus signis obtinere vita ad hec operantibus non valet. Nam corporalia illa miracula ostendunt aliquando sanctitatem, non autem faciunt. Hec vero spiritualia que aguntur in mente virtutem vite non ostendunt sed faciunt. Illa habere et mali possunt, istis autem perfrui nisi boni non possunt. Unde quibusdam veritas dicit: Multi dicent michi in illa die: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo multas virtutes fecimus? Et tunc confitebor illis quia numquam novi vos. Discedite a me qui operamini iniquitatem. Nolite ergo fratres karissimi amare signa que possunt cum reprobis haberi communia. Sed hec que modo diximus caritatis et pietatis miracula amate, que tanto securiora sunt quanto et occulta. Et de quibus apud dominum eo maior fit retributio quo apud homines minor est gloria. Sequitur: Et dominus

quidem Ihesus postquam locutus est eis assumptus est in celum et sedet a dextris dei. In veteri testamento cognovimus quod Helyas sit raptus in celum. Sed aliud est celum aereum, aliud ethereum. Celum quippe aereum Helyas sublevatus est ut in secretam quandam terre regionem repente duceretur, ubi in magna iam carnis et spiritus quiete viveret quousque ad finem mundi redeat et mortis debitum solvat. Ille etenim mortem distulit, non evasit. Redemptor autem noster quia non distulit superavit, eamque resurgendo consumpsit, et resurrectionis sue gloriam ascendendo declaravit. Notandum namque est quod Helyas in curru legitur ascendisse, ut videlicet aperte monstraretur quia homo purus adiutorio egebat alieno. Per angelos quippe illa facta et ostensa sunt adminicula, quia nec ad celum quidem aereum per se ascendere poterat, quem nature sue infirmitas gravabat. Redemptor autem noster non curru, non angelis sublevatus legitur, quia is qui fecerat omnia nimirum super omnia sua virtute ferebatur. Illuc etenim revertebatur ubi erat, et inde redibat ubi remanebat; quia cum per humanitatem ascenderet in celum, per divinitatem suam et terram pariter continebat et celum. Sicut autem Joseph a fratribus venditus venditionem redemptoris nostri figuravit, sic Enoch translatus atque ad celum aereum Helyas sublevatus ascensionem dominicam designavit. Ascensionis sue dominus premissos et testes habuit, unum ante legem et alium sub lege, ut quandoque veniret ipse qui vere celos penetrare potuisset. Unde et ipse ordo in eorum quorum utrorumque sublevationibus sublevatione per quedam incrementa distinguitur. Nam Enoch translatus, Helyas vero ad celum

subvectus esse meditatur. Ut veniret
postmodum qui nec translatus nec
subvectus celum ethereum sua virtute
penetraret. Qui nobis in se credentibus
carnis quoque munditiam largiretur
et sub eo per incrementa temporum virtus casti-
tatis excresceret. In ipsa quoque eorum transla-
tione qui per ascensionem dominicam nostram
famuli designavit et nos se sequi
ad celum ubi ascendit dominus ostendit.
Nam Enoch quidem uxorem et filios habuit.
Helias vero neque uxorem neque filios
legitur habuisse. Pensate ergo quo per
incrementa crevit munditia castitatis quod
et per translatos famulos et ascendentem
dominum patenter ostenditur. Transla-
tus namque est Enoch et per coitum genitus
et per coitum generans. Raptus est He-
lias per coitum genitus sed non iam per coi-
tum generans. Assumptus vero est dominus
neque per coitum generans neque
per coitum generans. Considerandum vero nobis
est quid est quod Marcus ait: Sedet a
dextris Dei. Et Stephanus dicit:
Video celos apertos et filium hominis
stantem a dextris Dei. Quid est quod hunc
Marcus sedentem, Stephanus vero stan-
tem se videre testatur. Sed scitis fratres
quia sedere iudicantis est, stare vero pu-
gnantis vel adiuvantis. Quia ergo
redemptor noster assumptus in celum
et nunc omnia iudicat et ad extremum
iudex omnium venit, hunc post assump-
tionem Marcus sedere describit quia post
ascensionis sue gloriam iudex in fine
videbitur. Stephanus vero in labore
certaminis positus stantem vidit quem
adiutorem habuit. Quia ut iste in terra
persecutorum infidelitatem vinceret pro illo
de celo illius gratia pugnavit. Sequitur:
Illi autem profecti predicaverunt ubique domino
cooperante et sermonem confirmante se-
quentibus signis. Quid in his considerandum
memorie commendandum nisi quod preceptum obediencia,
obediencia vero signa secuta sunt. Sed

quia auctore Deo breviter lectionem evan-
gelicam exponendo transcurrimus, restat ut
aliquid de ipsa tante consideratione
sollempnitatis dicamus. Hoc autem
nobis primum querendum est quidnam sit
quod nato domino apparuerunt angeli et
tamen non leguntur in albis vestibus
apparuisse, ascendente autem domino mis-
si angeli in albis leguntur vestibus
apparuisse. Sic etenim scriptum est: Viden-
tibus illis elevatus est et nubes susce-
pit eum ab oculis eorum. Cumque
intuerentur in celum euntem illum
ecce duo viri steterunt iuxta illos
in vestibus albis. In albis autem
vestibus gaudium et sollempnitas
mentis ostenditur. Quid est ergo quod na-
to domino non in albis vestibus appareant
nisi quod magna tunc sollempnitas
angelis facta est, cum celum Deus
homo penetravit. Quia nascente
domino videbatur divinitas humiliata,
ascendente vero domino humilitas est
exaltata. Albe etenim vestes exaltationi
magis congruunt quam humiliationi. In
assumptione ergo eius angeli in albis
vestibus videri debuerunt, quia
qui in nativitate sua apparuit Deus
humilis, in ascensione sua ostensus
est sublimis homo. Sed hoc nobis
magnopere fratres karissimi in hac sollemp-
nitate pensandum est quod deletum
est hodierna die cyrographum
dampnationis nostre, mutata est sententia
corruptionis nostre. Illa enim natura
cui dictum est: Terra es et in terram ibis,
hodie in celum ivit. Pro hac ipsa
namque carnis nostre sublevatione per fi-
guram beatus Iob dominum avem vocat.
Quia enim ascensionis eius mysterium
Iudeam non intelligere conspexit, de
infidelitate eius per figuram beatus
Iob sententiam protulit dicens: Semitam
ignoravit avis. Avis enim recte ap-
pellatus est dominus quia corpus carneum

ad ethera librauit. Cuius ascensionis secreta ignorauit quisquis eum ad celum ascendisse non credidit. De hac sollempnitate per psalmistam dicitur: Eleuata est magnificencia tua super celos. De hac rursus ait: Ascendit deus in iubilacione, dominus in voce tube. De hac iterum dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Ascendens quippe in altum captiuam duxit captiuitatem, quia corrupcionem nostram per virtutem sue incorrupcionis absorbuit. Dedit vero dona hominibus, quia misso desuper spiritu sancto alii graciam virtutum, alii graciam curacionum, alii genera linguarum, alii interpretacionem sermonum tribuit. Dedit ergo dona hominibus. De hac ascensionis eius gloria eciam abacuk ait: Eleuatus est sol et luna stetit in ordine suo. Quis enim solis nomine nisi dominus, et quis lune nomine nisi ecclesia designatur? Quousque enim dominus ad celos ascendit, sancta eius ecclesia aduersa mundi omnimodo formidauit. At postquam eius ascensione roborata est, aperte predicauit quod occulte credidit. Eleuatus est ergo sol et luna stetit in ordine suo, quia dominus celum peciit, sancta eius ecclesia in auctoritate predicacionis excreuit. Hinc eiusdem ecclesie voce per salomonem dicitur: Ecce iste venit saliens in montibus et transiliens colles. Considerauit namque moles operum tantorum et ait: Ecce iste venit saliens in montibus. Veniendo quippe ad redempcionem nostram quosdam, ut ita dixerim, saltus dedit. Vultis fratres karissimi ipsos eius saltus agnoscere? De celo venit in uterum, de utero venit in presepium, de presepio venit in crucem, de cruce venit in sepulcrum, de sepulcro rediit in celum. Ecce ut nos post se currere faceret, quosdam pro nobis saltus manifestata per carnem veritas dedit, quia exultauit ut gigas ad currendam viam, ut nos ei ex corde diceremus: Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Unde fratres karissimi oportet ut illuc sequamur corde, ubi eum corpore ascendisse credimus. Desideria terrena fugiamus, nichil nos iam delectet in infimis qui patrem habemus in celis. Et hoc nobis est magnopere perpendendum, quia is qui placidus ascendit terribilis redibit, et quicquid nobis cum mansuetudine precepit, hoc a nobis cum districcione exiget. Nemo ergo indulta penitencie tempora paruipendat, nemo curam sui dum valet agere negligat, quia redemptor noster tanto tunc in iudicio districcior veniet, quanto nobis ante iudicium magnam paciencia[m] prorogauit. Hec itaque vobiscum fratres agite, hec in mente sedula cogitacione pensate. Quamuis adhuc rerum perturbacionibus animus fluctuet, iam tamen spei vestre anchoram in eternam patriam figite, intencionem mentis in vera luce solidate. Ecce ad celum ascendisse dominum audiuimus. Hoc ergo seruemus in meditacione quod credimus. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis, sequamur tamen eum passibus amoris. Non autem deserit desiderium nostrum ipse qui dedit, ihesus christus dominus noster, qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen.

In illo tempore Secundum Iohannem Dixit ihesus discipulis suis: Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Et reliqua.

Omelia beati gregorii pape de eadem lectione

Libet fratres karissimi

evangelice verba lectionis sub brevitate transcurrere, ut post diutius liceat in contemplatione tante sollempnitatis inmorari. Hodie namque spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit, mentesque carnalium in sui amore permutavit. Et foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia. Quia dum deum in ignis visione suscipiunt, per amorem suaviter arserunt. Ipse namque spiritus sancti amor est. Unde et Iohannes dicit: Deus caritas est. Qui ergo mente integra deum desiderat, profecto iam habet quem amat. Neque enim quisquam posset deum diligere, si eum quem diligit non haberet. Sed ecce si unusquisque vestrum requiratur an diligit deum, tota fiducia et secura mente respondet: Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid veritas dicit: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Probatio ergo dilectionis exhibitio est operis. Hinc in epistola sua Iohannes ait: Qui dicit: Diligo deum, et mandata eius non custodit, mendax est. Vere enim diligimus, si mandata eius servamus. Vere diligimus, si a nostris nos voluptatibus coartamus. Nam qui adhuc per illicita desideria defluit, profecto deum non amat, quia ei in sua prava voluntate contradicit. Et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Pensate, fratres karissimi, quanta sit ista sollempnitas habere in cordis hospitio adventum dei. Certe si domum vestram quisque dives aut prepotens amicus intraret, cum omni festinantia domus tota mundaretur, ne quid fortasse ~~dicatur~~ esset quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo sordes pravi operis qui deo preparat

domum mentis. Sed videte quid veritas dicat: Veniemus et mansionem apud eum faciemus. In quorundam etenim corda venit et mansionem non facit, quia per compunctionem quidem dei respectum percipiunt, sed temptationis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerant obliviscuntur. Sicque ad perpetranda peccata redeunt, ac si hec minime planxissent. Qui ergo vere deum diligit, qui eius mandata custodit, in eius corde dominus et venit et mansionem facit. Quia sic eum divinitatis amor penetrat, ut ab hoc amore temptationis tempore non recedat. Ille ergo vere amat, cuius videlicet mentem delectatio ex consensu non superat. Nam tanto quisque a superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur. Unde et adhuc subditur: Qui non diligit me, sermones meos non servat. Ad vosmetipsos, fratres karissimi, introrsus redite; si deum vere amatis exquirite. Nec tamen sibi aliquis credat quicquid sibi animus sine operis attestatione responderit. De dilectione conditoris non lingua sed mens et vita requiratur. Nunquam est amor dei otiosus. Operatur etenim magna si est. Si vero operari renuit, amor non est. Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Scitis, fratres karissimi, quia ipse qui loquitur unigenitus filius verbum patris est. Et ideo sermo quem loquitur filius non est filii, sed patris, quia et ipse filius verbum est patris. Hec locutus sum apud vobis vos manens. Quando non manet apud eos, qui ascensurus celum promittit dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi? Sed verbum incarnatum et manet et recedit. Recedit cor-

manet divinitate. Apud nos ergo tunc mansisse se perhibet, quia qui invisibili semper potestate presidet, erat corporali etiam visione videbatur. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis. Nostis plerumque fratres mei quod greca locutione paraclitus latina advocatus dicitur vel consolator. Qui ideo advocatus vocatur, quia pro errore delinquentium apud iustitiam patris intervenit. Qui unius substantie cum patre et filio exorare pro delinquentibus perhibetur, quia eos quos repleverit exorantes facit. Unde et Paulus dicit: Ipse enim spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus inenarrabilibus. Minor vero est qui postulat quam qui postulatur. Quomodo ergo spiritus postulare dicitur qui minor non est? Sed ipse postulat, quia ad postulandum eos quos repleverit inflammat. Consolator autem idem spiritus vocatur, quia de peccati perpetratione merentibus, dum spem venie preparat, ab afflictione tristitie mentem levat. Recte ergo promittitur: Ipse vos docebit omnia. Quia nisi idem spiritus cordi adsit audientis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce unam loquentis vocem omnes pariter auditis, nec tamen pariter sensum audite vocis percipitis. Cum ergo vox dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia? nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet, est magister intus qui de quorumdam intelligentia specialiter docet. De hac unctione spiritus

rursum per Iohannem dicitur: Sicut unctio eius docet vos de omnibus. Per vocem ergo non instruitur, cum mens per spiritum non ungitur. Sed cur ista de doctrina hominum loquimur, quando et ipse conditor non ad eruditionem hominis loquitur, si eidem homini per unctionem spiritus non loquatur? Ecce Cain priusquam fratricidium opere perpetrasset audivit: Peccasti, quiesce. Sed quia culpis suis exigentibus voce est admonitus, non unctione, audire dei verba potuit, sed servare contempsit. Requirendum vero est nobis, cur de eodem spiritu dicitur: Suggeret vobis omnia. Cum suggerere soleat minoris. Sed quia suggerere aliquando dicimus subministrare, invisibilis spiritus sanctus suggerere dicitur, non quia nobis scientiam ab imo inferat, sed ab occulto. Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hic relinquo, illic do. Sequentibus relinquo, pervenientibus do. Ecce fratres verba sacre lectionis breviter discussimus, nunc in contemplatione tante festivitatis animum transferamus. Sed quia cum lectione evangelica nobis est etiam actuum apostolorum lectio recitata, ex ea ergo aliquid in usum nostre contemplationis trahamus. Audistis etenim quia spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit, omniumque linguarum scientiam dedit. Quid scilicet hoc miraculo designatur, nisi quod sancta ecclesia eodem spiritu repleta omnium gentium erat locutura? Qui vero contra deum turrim edificare conati sunt communionem unius lingue perdiderunt. In his autem qui deum humiles metuebant lingue unite sunt. Hic ergo humilitas eruditionem meruit, illic superbia confusionem. Sed querendum nobis est cur spiritus

spiritus patri et filio coeternus in igne ap-
paruit. cur in igne simul et linguis
cur aliquando in columba. aliquando vero in igne
monstratur cur super unigenitum filium
apparuit in columbe specie et super
discipulos in igne ita ut neque super
dominum veniret in igne. neque super
discipulos monstraretur in columba
Per quatuor itaque hec proposuimus sol-
vendo tractamus. Patri namque et filio
coeternus spiritus in igne monstratur
quia incorporeus et ineffabilis ignis
est deus attestante paulo. Deus
noster ignis consumens est. Deus quippe
ignis dicitur. quia per eum peccatorum ru-
bigo consumitur. De hoc igne veri-
tas dicit Ignem veni mittere in
terram et quid volo nisi ut ardeat.
Terra enim vocata sunt corda terrena
que dum semper infimas in se cogi-
tationes congerunt a maligno spiritu
conculcantur. Sed ignem dominus in
terram mittit. cum vel afflatu sancti
spiritus corda carnalium incendit
Et terra ardet. cum cor carnale in
suis prius voluptatibus frigidum
relinquit concupiscencias presentis seculi
et incenditur ad amorem dei. Er-
go in igne apparuit spiritus. quia ab omni
corde quod replet torporem frigoris
excutit. et hoc in desiderio sue eterni-
tatis accendit. In igneis autem
linguis monstratus est quia idem
spiritus coeternus est filio. et hoc co-
gnacionem maximam lingwa cum
verbo. Verbum quippe patris filius est Et
quia una est et verbi substantia. idem spiritus
monstrari debuit in lingua. Vel
certe quia per linguam predicatur verbum
in linguis apparuit spiritus quia quisquis
sancto spiritu tangitur dei verbum
id est unigenitum filium confitetur. Et
negare dei verbum non valet. qui ia(m)

Aug.

spiritus sancti linguam habet. Vel certe
in linguis igneis apparuit spiritus sanctus
quia omnes quos repleverit ardentes
pariter et loquentes facit. linguas
igneas doctores habent. quia dum
deum amando predicant corda au-
dientium inflammant. Nam ociosus
est sermo docentis. si prebere non valet
incendium amoris. Hoc doctrine
incendium amoris ab ipso veritatis ore
conceperant qui dicebant. Nonne
cor nostrum ardens erat in nobis dum
loqueretur nobis in via. et aperiret nobis scrip-
turas. Ex audito quippe sermone
inardescit animus et corporis frigus
recedit fit mens in superno desiderio
anxia a concupiscenciis terrenis aliena.
Amor verus qui hanc replet
in fletibus cruciat. Sed dum tali
ardore cruciatur ipsis suis cruciati-
bus pascitur. Audire ei libet pre-
cepta celestia. et quot mandatis
instruitur. quasi tot facibus inflam-
matur. Et que torpebat prius per
desidia. ardet postmodum per verba
Unde bene et per moysen dicitur. In
dextera eius ignea lex. Sinistra
quippe reprobi. qui ad sinistram
ponendi sunt. dextera autem appellantur
electi. In dextera ergo lex ignea
est. quia electi mandata celestia
nequaquam frigido corde audiunt
Sed ad hec amoris interni facibus
inardescunt. Sermo ad aurem
ducitur et mens cor sibimet exim-
ne dulcedinis flamma concremat
In columba vero spiritus sanctus et
in igne monstratus est. Quia omnes
quos repleverit simplices et arden-
tes facit. Simplices puritate ar-
dentes emulacione. Neque enim
placet deo aut simplicitas sine
zelo. aut zelus sine simplicitate

Virg. dei

Hinc ipsa veritas dicit Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Qua in re notandum est quod discipulos suos nec de columba sine serpente nec de serpente sine columba voluit dominus admonere quatenus et columbe simplicitatem astutia serpentis accenderet et serpentis astuciam columbe simplicitas temperaret. Hinc paulus ait Nolite pueri effici sensibus. Ecce prudentie serpentis audivimus. Nunc de simplicitate columbe moneamur. Sed malitia parvuli estote. Hinc de beato iob dicitur Erat vir ille simplex et rectus. Que est autem rectitudo sine simplicitate aut que simplicitas sine rectitudine. Quia ergo et rectitudinem docet iste spiritus et simplicitatem quatenus et omne cor quod eius gratia tangitur et mansuetudinis lenitate tranquillius et zelo iusticie attencius fiat. Ad extremum vero querendum est cur in ipso redemptore nostro mediatore dei et hominum per columbam apparuit in discipulis vero per ignem. Certe unigenitus dei filius iudex est generis humani. Sed quis eius iusticiam ferret. Si priusquam nos per mansuetudinem colligeret culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisset homo ergo pro hominibus factus mitem se hominibus prebuit. Noluit peccatores ferire sed colligere. Prius voluit mansuete corrigere ut haberet quod postmodum in iudicio salvaret. In columba ergo spiritus apparere super eum debuit qui non veniebat ut peccata iam per zelum percuteret sed adhuc per mansuetudinem tolleret. At contra super discipulos in igne debuit sanctus spiritus demonstrari

Quare in christo per columbam spiritus sanctus in apostolis in linguis igneis apparuit

ut hii qui erant simplices homines atque ideo peccatores eos contra semetipsos spiritualis fervor accenderet et peccata que deus per mansuetudinem parcit ipsi in se per penitentiam punirent. Nec ipsi quippe esse potuerunt sine peccato qui adherebant celesti magistro iohanne attestante qui ait Si dixerimus quia peccatum non habemus nosipsos seducimus et veritas in nobis non est. In igne ergo venit in hominibus in columba vero apparuit in domino quia peccata nostra que pie dominus per mansuetudinem tolerat nos per zelum rectitudinis debemus caute conspicere et ardore semper penitencie cremare. Igitur per columbam spiritus in redemptore monstratus est per ignem vero in hominibus quia quanto nobis iudicii severitas est temperata tanto contra se debet nostra infirmitas accendi.

Nota. Quatuor itaque premium expleta racione ad dona eiusdem spiritus contemplanda transeamus. De isto quippe spiritu scriptum est Spiritus eius ornavit celos. Ornamenta enim celorum sunt virtutes predicantium que videlicet ornamenta paulus enumerat dicens Alii datur per spiritum sermo sapientie alii sermo scientie secundum eundem spiritum alii fides in eodem spiritu alii gracia sanitatum in uno spiritu alii operacio virtutum alii prophecia alii discrecio spirituum alii genera linguarum alii interpretacio sermonum. Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult. Quot quot ergo sunt bona predicantium tot sunt ornamenta celorum. Hinc rursum scriptum est Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Verbum enim domini filius est patris. Sed eosdem celos videlicet sanctos apostolos ut tota simul trinitas creatrix operata repente de sancti spiritus divinitate adiungit

Et spus oris eius omnis virtus eo-
rum. Celorum & virtus. De spu sumpta.
quia mundi huius ptatibus contra ire
non psumpsissent. nisi eos sancti
spus fortitudo solidaret. Quales
namque doctores sce eccl(es)ie ante aduen-
tum illius cuius fortitudinis sunt sed
conspicimus. Certe iste ipe pastor eccl(es)ie
ad cuius sacratissimum corpus sedemus
quite debilitatis. quite que formidinis
ante aduentum spus fuit. ancilla
hostiaria requisita dicat. Vna enim
mulieris voce percussus. dum mori ti-
muit. vitam negauit. Et pensandum
quia comprehensum petrus negauit in
terra. quem suspensus latro est confessus
in cruce. Sed vir iste tante formi-
dinis. qualis post aduentum spus exi-
stat audiamus. Fit conuentus magi-
stratus. atque seniorum cesis demittantur
apli. ne in nomine ihu loqui deberent.
Petrus magna auctoritate respondit. Obe-
dire oportet deo. magis quam hominibus.
Et rursus. Si iustum est. in conspectu
dei vos potius audire quam deum iudi-
cate. Non enim possumus. que vidimus
et audiuimus. non loqui. Et illi qui-
dem ibant gaudentes. a conspectu con-
cilii. quoniam digni habiti sunt pro nomine
ihu contumeliam pati. Ecce gaudet
petrus in verberibus. qui ante in verbis
timebat. Et qui prius ancille voce
requisitus timuit. Post aduentum sci
spus. vires principum cesus premit.
Libet oculos in fidei virtute conspicientis
huius attollere. atque spiritum patres testamenti
noui et veteris considerare. Ecce aptis
eisdem oculis fidei. Dauid. amos.
Danielem. petrum. paulum. matheum intue-
or. Et sancti iste spus. qualis sit ar-
tifex considerare volo. sed in ipsa mea
consideratione deficio. Implet namque
citharedum puerum et psalmistam
facit. Implet pastorem armentarium sico-

mores vellicantem et prophetam facit. Im-
plet abstinentem puerum et iudicem senum
facit. Implet piscatorem et predica-
torem facit. Implet persecutorem
et doctorem gentium facit. Implet
publicanum. et euangelistam facit. O
qualis est artifex iste spus. Nulla ad
discendum mora agitur. In esse
quod voluit mox ut tetigit mentem docet.
Solumque tetigisse docuisse est. Nam
humanum animum subito ut illustrat
immutat. Abnegat ~~hunc~~ hoc repen-
te quod erat. exhibet repente quod non erat.
Pensemus scos predicatores nostros hodier-
na die repperit quales facit. Certe
qui in vno conclaui pre iudeorum metu
residebant. natiuitatis sue singuli
linguam nouerant. et tamen nec ea-
ipsa lingua quam nouerant aperte de xpo
loqui presumebant. Venit spus modo
eos per diuersitatem linguarum docuit
in mente atque ex auctoritate roborauit. Ce-
perunt et in aliena de xpo eloqui
qui de illo prius et in sua lingua
loqui metuebant. Inflammatum
enim cor despexit tormenta corporis que
ante metuebant. Dicit vim formi-
dinis carnalis per amorem conditoris.
Et qui prius sub aduersariis suc-
cumbebant formidine. eis iam preerant
auctoritate. Quid ergo in tante eos celsi-
tudinis culmine erexit. quod aliud
diximus. nisi quod mentes eorum honni
celum fecit. Pensate fratres karissimi post
incarnationem vnigeniti filii. qualis
sit hodierna sollempnitas de aduen-
tu spus sci. Sicut enim illa. ita et
et hec est honorabilis. In illa quippe
deus in se permanens semetipsum circa
homines. in ista vero homines venientem
desuper susceperunt deum. In illa
deus naturaliter factus est homo. in ista
homines facti sunt per adoptionem dii. Si
ergo remanere carnales in morte no-
limus. karissimi fratres karissimi vinificatorem

spiritum amemus. Sed quia tactus spiritum
nescit. Dicat fortasse carnali co-
gitatione apud se aliquis: Quomodo di-
ligere valeo quem ignoro? Hoc et nos
concedimus. Quia mens visibilibus
intenta videre nescit invisibilem.
Nulla enim invisibilia nisi invisi-
bilia cogitat. Ea quippe cum non agit
corporum ymagines introrsus trahit,
cumque in ymaginibus corporis
iacet, surgere ad incorporea non
sit ut tanto deterius creatorem ne-
sciat, quanto in cogitatione sua fami-
liarius corpoream creaturam portat.
Sed cum deum videre non possumus,
habemus aliquid quod agamus, ut liter
fiat quo ad deum mentis intelligentie
oculus veniat. Certe quem in se vi-
dere nullo modo valemus, hunc
in servis suis videre iam possumus.
Quos dum mira conspicimus agere,
et certum nobis sit in horum mentibus
deum habitare. In rebus autem incorpo-
reis a rebus corporalibus usum traha-
mus. Nemo etenim nostrum orientem
clare solem in ipsa illius rotunditate
valet conspicere, quia tensi eius
radiis oculi reverberantur. Sed sole illu-
stratos montes aspicimus, et quia iam
sol ortus est videmus. Quia ergo
sol est iusticie in seipso videre non pos-
sumus, illustratos montes claritate
illius videamus, scilicet apostolos, qui
virtutibus emicant, miraculis choru-
scant, quos nati solis claritas perfudit.
Et cum in seipso sit invisibilis, per
eos nobis quasi per illustratos mon-
tes se visibilem prebuit. Virtus
enim divinitatis ipse quasi sol in
celo. Virtus divinitatis in hominibus
sol in terra. Solem ergo iusticie contem-
plamur in terra quem videre non possu-
mus in celo. Ut dum inoffenso
pede operis perlimit in terra gradimur,
ad intuendum illum quandoque oculos et
in celo levemus. Sed inoffenso pede
iter nostrum in terra agitur, si deus

ac proximus integra mente diligitur.
Nec deus enim diligitur sine proximo, nec
proximus vere diligitur sine deo. Hec
est quod in alio loco iam diximus,
isdem spiritus sanctus legitur discipulis
datus, prius a domino degente in terra,
postmodum a domino celo presidente. In
terra quippe ut diligatur proximus,
de celo vero ut diligatur deus. Sed
Nota dig[m] cur prius in terra et postmodum
e celo, nisi quod patenter datur intelligi,
quia iuxta Iohannis vocem: Qui
fratrem suum non diligit, quem videt,
deum quem non videt, quomodo potest dili-
gere? Diligamus ergo proximum, fratres,
amemus qui iuxta nos est, ut
pervenire valeamus ad amorem illius
qui super nos est. Meditetur mens
in proximo quod exhibeat deo, ut perfecte
mereatur in deo gaudere cum proximo.
Tunc ad illam superne frequentie leti-
ciam pervenimus, de qua nunc sancti
spiritus pignus accepimus. Ad ipsum
finem toto amore tendamus in quo
sine fine letabimur. Ibi supernorum
civium societas sancta, ibi sollempnitas
certa, ibi requies secura, ibi pax
vera, que nobis iam non relinquatur,
sed datur. Per dominum nostrum Ihesum
Christum, qui vivit et regnat deus
cum patre in unitate spiritus sancti
per omnia secula seculorum. Amen.

In illo tempore dixit Secundum Lucam
Ihesus turbis similitudinem hanc:
Arborem fici habebat quidam plantatam
in vinea sua, et venit querens
fructum in illa et non invenit. Et
reliqua etc. Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Dominus et redemptor noster
per evangelium suum aliquando verbis loquitur,
aliquando rebus. Aliquando aliud verbis, atque
aliud rebus. Aliquando autem hoc verbis quod
rebus. Duas etenim res ex evangelio
fratres audistis, ficulneam infructuo-
sam et mulierem curvatam, et utrique
tamen est pietas impensa. Aliud autem

Dixit per similitudinem istud egit per exhibitionem Sed hoc significat ficulnea infructuosa quod mulier inclinata Et hoc ficulnea reservata quod mulier erecta Dominus vinee tertio venit ad ficulneam et fructum minime invenit et mulier que erecta est decem et octo annis fuerat curva Hoc autem decem et octo annorum numero signatur quod tertio dominus vinee ad infructuosam ficulneam venisse perhibetur Cuncta igitur premittendo summatim tota perstrinximus iam per lectionis ordinem singula disseramus Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua et venit fructum querere in illa et non invenit Quid arbor fici nisi humanam naturam signat Quid mulier inclinata nisi eandem naturam significando denunciat que et bene plantata est sicut ficus et bene creata est sicut mulier Sed in culpam propriam sponte lapsa neque fructum servat operationis neque statum rectitudinis Ad peccatum quippe ex voluntate corruens quia fructum obediencie ferre noluit statum rectitudinis amisit Que ad Dei similitudinem condita dum in sua dignitate persistit quod plantata vel creata fuerat servare contempsit Tertio dominus vinee ad ficulneam venit quia naturam generis humani ante legem sub lege sub gratia expectando ammonendo ammonendo visitando requisivit Dixit autem ad cultorem vinee Ecce anni tres sunt ex quo venio fructum querens in ficulnea hac et non invenio Venit ante legem quia parcendo sustinuit quia per naturalem intellectum quid unusquisque exemplo sui et qualiter erga proximum agere debuisset innotuit Venit in lege quia precipiendo docuit Venit post legem per gratiam quia pietatis presenciam exhibendo monstravit Sed tamen in tribus annis fructum se non invenisse conqueritur quia quorundam pravorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit nec precepta erudiunt nec incarnationis

eius miracula convertunt Quid vero per cultorem vinee nisi prepositorum ordo exprimitur Qui enim dum presunt ecclesie nimirum dominice vinee curam gerunt Huius enim vinee primus cultor Petrus apostolus extitit Hunc nos indigni sequimur in quantum per eruditionem vestram docendo deprecando increpando laboramus Sed tum magno timore audiendum est quod cultori vinee de infructuosa arbore dicitur Succide eam ut quid etiam occupat Unusquisque iuxta modum suum in quantum locum vite presentis tenet fructum bone operationis non exhibet velud infructuosa arbor terram occupat quia in eo loco in quo ipse est et aliis operandi occasionem negat Sed in hoc seculo potens quilibet si fructum non habet bone operationis eciam impedimentum prestat ceteris Quia quicumque sub ipso sunt exemplo pravitatis illius quasi umbra perversitatis premuntur Stat desuper arbor infructuosa et subter terra sterilis latet Infructuose arboris desuper umbra densatur et solis radius ad terram descendere nequaquam permittitur quia dum subiecti quique perversi patroni perversa exempla conspiciunt ipsi quoque infructuosi remanentes veritatis lumine privantur et per umbram calorem solis non accipiunt quia inde remanent adeo frigidi unde in hoc seculo male proteguntur Sed deo perverso quolibet et potenti pene iam requisitus deo non est Post quam enim se perdidit querendum solummodo est cur et alios premit Unde bene eiusdem vinee dominus dicit Ut quid etiam terram occupat qui mentes alienas gravat terram occupat qui locum quem tenet in bonis operibus non exercet Sed tamen nimium est pro talibus deprecari Nam cultor vinee quid dicat audiamus Domine dimitte illam et hoc anno usque dum fodiam

circa illam. Quid est circa ficulneam
fodere nisi infructuosas mentes incre-
pare. Omnis quippe fossa in ymo est.
et nimirum increpacio dum mentem
sibi demonstrat humiliat. Quociens ergo
de peccato suo aliquem corripimus quasi
ex cultura pie debito circa infructuo-
sam arborem fodimus. Post fossionem
vero quid dicat audiamus. Et mit-
tam cophinum stercoris. Quid est cophi-
nus stercoris nisi memoria peccatorum.
Peccata etenim carnis stercora vocantur.
Unde et per prophetam. Computruerunt
iumenta in stercore suo. Iumenta
quippe in stercore suo computrescere
est. carnales quosque in fetore luxurie
vitam finire. Nos itaque quociens
carnalem mentem de suis peccatis
increpamus quociens ad eius memo-
riam vicia anteacta reducimus quasi
infructuose arbori cophinum stercoris
offerimus. ut malorum que egit re-
colat et compunctionis glebam quasi
de fetore pinguescat. Mittitur ergo co-
phinus stercoris ad radicem arboris
cum pravitatis sue conscientia tangit
memoria cogitacionis. Cumque se per
penitenciam ad lamenta mens excitat
cumque ad bone operacionis graciam
reformat quasi per tactum stercoris re-
dit ad fecunditatem operis radix
cordis. plangit quod fecisse displicet
sibi qualem fuisse non recolit. In-
tencionem contra se dirigit atque ad meliora
animum attendit. Ex fetore igitur ad fruc-
tum revivescit arbor. quia de con-
sideracione peccati ad bona se opera re-
suscitat. Et sunt plerique qui in-
crepaciones audiunt. et tamen ad penitenciam
redire contempnunt. et infructuosi
deo in hoc seculo virides stant. Sed
audiamus quid ficulnee cultor ad-
iungat. Si quidem fecerit fructum
sin autem in futuro succides eam.
quia qui hic non vult ad fecundi-
tatem pinguescere per increpacionem
illuc unde iam resurgere per penitenciam
non sinitur. Et in futuro succidetur.

Quinimmo hic sine fructu viridis stare
videatur. Erat autem docens in syna-
goga eorum sabbatis. Et ecce mulier que
habebat spiritum infirmitatis annis decem
et octo. Paulo ante iam diximus
quod hoc tribus adventus domini
ad infructuosam ficulneam quod decem
et octo annorum mulieris ad curvatam mu-
lierem signat. Sexto enim die factus
est homo eodemque die sexto opera
domini cuncta perfecta sunt. Senarius
autem numerus in ternario ductus decem
et octo facit. Quia ergo homo qui
sexto die factus est perfecta opera
habere noluit. sed ante legem sub lege
atque in exordio inchoantis gracie
infirmus extitit decem et octo
annis mulier curva fuit. et erat
inclinata. nec omnino poterat sursum
respicere. Omnis peccator terrena cogi-
tans. celestia non requirit. Sur-
sum respicere non valet quia dum desi-
deria inferiora sequitur. a mentis sue recti-
tudine curvatur. et hoc semper videt
quod sine cessatione cogitat. Ad corda
vestra fratres karissimi redite quid homines
omnibus in cogitacionibus vestris volvatis
aspicite. Alius de honoribus. alius
de pecuniis. alius de prediorum ambitu
cogitat. Cuncta hec in ymo sunt.
Et quando mens talibus implicatur
a statu sue rectitudinis flectitur. Et
quia ad celeste desiderium non adsur-
git quasi mulier inclinata sursum
nequaquam respicere potest. Sequitur.
Hanc cum videret ihesus. vocavit ad
se. et illi ait. Mulier dimissa es
ab infirmitate tua. et imposuit illi
manus. et confestim erecta est. Vo-
cavit et erexit. quia illuminavit et ad-
iuvit. Vocat sed non erigit. cum quando
per eius graciam illuminamur. sed exigentibus
meritis adiuvari non possumus.
Plerumque enim videmus que agenda
sunt. sed hec opere non implemus. Nitimur

et infirmitate mentis in dictum
rectitudinem conspicit. sed ad hunc operis
fortitudo succumbit. Anima namque rectitudinem
iam de pena peccati est. ut ex dono
quidem possit bonum conspicere. sed tamen
ab eo quod aspicit contingat pro meritum
repelli. Spontanea etenim culpa obli-
gat mentem ut nequaquam surgere possit
ad rectitudinem. Conatur et labitur
quia ubi diu sponte constitit. ibi
et cum noluit coacta cadit. Bene
ergo hanc nostra incurvatione ex tempore hu-
mani generis per psalmistam dicitur
Incurvatus sum et humiliatus sum
usquequaque. Contemplatur quippe quod
ad supernam lucem intuendam homo
conditus fuerat. sed peccatis exigen-
tibus foras missus mentis sue
tenebras portat. superna non appetit
infimis intendit. celestia nequaquam
desiderat terrena semper in animo ver-
sat. Et hoc quod de suo genere doluit
in se ipso exclamavit dicens In-
curvatus sum et humiliatus sum usquequaque.
Contemplationem namque celestium perdens
si sola carnis vitia homo cogi-
taret incurvatus et humiliatus esset
sed usquequaque tamen non esset. Quia ergo non
Incurvatus solum a supernis cogitationibus neces-
sitas deicit. sed etiam voluptas illi-
cita sternit. non solum incurvatus
sed usquequaque incurvatus est. Hinc
alius propheta de immundis spiritibus
dicit. Qui dixerunt anime tue
incurvare ut transeamus. Recta
quippe stat anima cum superna de-
siderat. et nequaquam flectitur ad yma.
Sed maligni spiritus cum hanc in
sua rectitudine stare conspiciunt per
eam transire non possunt. Transire
namque eorum est immunda illi desi-
deria ingerere. Dicunt ergo incurvare
ut transeamus. quia si ipsa se ad y-
ma appetenda non deicit contra hanc

illorum pravitas nullatenus convale-
scit. Et transire per eam nequeunt quia se
rigidam in superna intentione perma-
nere sciunt. Nos ergo fratres karissimi nostra
malignis in nobis spiritibus damus
cum terrena conspicimus. cum ad tempora-
lia appetenda curvamur. Provideat
ergo terrena conspicere et dorsa mentis
ascendentibus adversariis prebere. Terra
semper intuetur qui curvus est.
Et quis pro eo sit redemptus non
meruit qui yma querit. Hinc
etiam per moysen dicitur ut qui gib-
bo premitur nequaquam ad sacerdotium
promoveatur. Et est quod christi sanguine
redempti sumus. membra eiusdem
summi sacerdotis efficimur. Unde nobis
et per petrum dicitur. Vos autem genus
electum regale sacerdotium. Sed
qui gibbum tollat ima semper
intuetur. A sacerdotio ergo repellitur.
quia quisquis solis terrenis intentus
est ipse sibi testis est quod membrum
summi sacerdotis non est. Hinc rur-
sus pisces qui pennulas non
habent ab esu fidelis populi prohibentur.
Pisces quippe qui pennulas habent super
mari habent etiam saltus dare super
aquas solent. Quid ergo pennatis
piscibus nisi electe anime designantur.
Que profecto sole in celestis erec-
torum transeunt. que modo virtutum
pennulis fulte saltus dare per celeste
desiderium sciunt ut superna per con-
templationem appetant. quamvis in
se ipsis adhuc ex mortali carne vela-
batur. Si ergo iam bona per celes-
tium agnovimus displiceat nobis
fratres karissimi quod curvi sumus. Ponatur
ante oculos nostros illa curva. et ar-
bor infructuosa. reminiscamur ma-
lorum que fecimus mittamus ad radi-
cem cordis cophinum stercoris ut
tunc in retributionis fructum pinguescat

quod nobis hic propriam ferebat. Et si continuum similia operari non possumus, ipso Deus nostro gaudeat lamento. Ex ipsa enim iustitie inchoatione placebimus, qui in iusta que fecimus punimus. Nec mora erit in fletibus, quia habent citius transeuntes lacrimas gaudia mansura. Per dominum nostrum Ihesum Christum qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

In illo tempore. Secundum Lucam. Dixit Ihesus discipulis suis: Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem et sequatur me. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Quia dominus ac redemptor noster novus homo venit in mundum, nova precepta dedit mundo. Vite etenim nostre veteri in vitiis enutrite contrarietatem opposuit novitatis sue. Quid enim vetus, quid carnalis homo noverat, nisi sua retinere, aliena rapere si posset, concupiscere si non posset? Sed celestis medicus singulis quibusque vitiis obviantia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicine calida frigidis, frigida calidis curantur, ita dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis, ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis preciperet humilitatem. Certe cum se sequentibus nova mandata proponeret dixit: Nisi quis renuntiaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Ac si aperte dicat: Qui per vitam veterem aliena concupiscitis, pro novo

ne conversationis studio et vestra largimini. Audiamus ergo quid in hac lectione dicat audiamus. Qui vult post me venire abneget semetipsum. Ibi dicitur ut abnegemus nostra, hic dicitur ut abnegemus nos. Et fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet, valde autem multum est abnegare quod est. Ad se autem nobis venientibus dominus precepit ut renuntiemus nostris, quia quicumque ad fidei agonem venimus, luctam contra malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam si vestitus quisquam cum nudo luctatur, citius ad terram deicitur, quia habet unde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia nisi quedam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat, vestimenta abiciat, ne succumbat. Nihil in hoc mundo amando possideat, nullas rerum labentium delectationes requirat, ne unde ad votum tegitur, ad casum inde teneatur. Nec tamen sufficit nostra relinquere, nisi relinquamus et nos. Sed quid est nos ipsos relinquere? Quo ibimus contra nos? Quid est quod dicimus relinquamus et nos? Vel quis est qui vadit, si se deserit? Sed aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi. Aliud quod fecimus, aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipsos quales peccando nos fecimus, et maneamus nosmetipsi quales per gratiam facti sumus. Ecce etenim qui superbus fuit, si conversus ad Christum

similis factus est semetipsum reliquit
Si luxuriosus quisque ad continentem
vitam mutatur abnegavit
utique quod fuit. Si avarus quisque
ambire iam desiit et largiri
didicit propria qui prius aliena ra-
piebat procul dubio semetipsum re-
liquit. Ipse quidem est per naturam
sed non est ipse per maliciam. Hinc
namque scriptum est Verte im-
pios et non erunt. Conversi namque
impii non erunt non quia omnino non
erunt in essentia sed quia non erunt
impietatis culpa. Tunc ergo nos-
metipsos relinquimus tunc nos ipsos
[illegible] abnegamus cum vitamus
quod per vetustatem fuimus et ad hoc
nitimur quo per novitatem vocamur.
Pensemus quomodo se Paulus ab-
negaverat qui dicebat Vivo
autem iam non ego. Extinctus quippe
fuerat saevus ille persecutor et vi-
vere ceperat pius predicator. Si
enim ipse esset pius profecto non
esset. Sed qui vivere denegat di-
cat quod iam est quod ista verba per doct-
rinam veritatis clamat. Protinus
subdit Vivit vero in me Christus.
Ac si aperte dicat Ego quidem
a memetipso extinctus sum quia
carnaliter non vivo. Sed tamen
funditus mortuus non sum quia
in Christo spiritualiter vivo. Dicat
ergo veritas dicat Si quis vult
post me venire abneget semet-
ipsum. Quia nisi quis a semet-
ipso deficiat ad eum qui super
ipsum est non appropinquat. Nec
valet apprehendere quod ultra ipsum
est. Si nescit mactare quod est
Sic olerum plante transponuntur

ut proficiant atque ut ita dixerim
eradicantur ut crescant. Sic terre
semina in terre admixtione deficiunt
et in reparatione sui generis uberius
assurgunt. Unde etenim mirum
perdidisse quod fuerant inde incipiunt
hoc apparere quod non erant. Sed iam
qui se a vitiis abnegat exquiren-
de eius virtutes sunt in quibus
crescant. Nam cum dictum est
qui vult post me venire ab-
neget semetipsum protinus additur
et tollat crucem suam cotidie et
sequatur me. Duobus enim modis
crux tollitur cum aut per abstinen-
tiam afficitur corpus aut per
compassionem proximi affligitur
animus. Pensemus qualiter
utroque modo Paulus crucem suam
tollebat qui dicebat Castigo corpus
meum et in servitutem redigo
ne forte aliis predicans ipse re-
probus efficiar. Ecce in afflictione
corporis affligimus crucem carnis
audiamus nunc in compas-
sione proximi crucem mentis.
Ait enim Quis infirmatur
et ego non infirmor. Quis sca-
ndalizatur et ego non uror. Per-
fectus quippe predicator in ex-
emplum daret abstinentie crucem
portabat in pectore corporis / et quia
in se trahebat dampna infir-
mitatis aliene. Crucem porta-
bat in corde. Sed quia ipsis vir-
tutibus quedam vitia mixta sunt
dicendum nobis est quod vitium absti-
nentiam carnis et quod obsidebat com-
passionem mentis. Et vicino namque
abstinentiam carnis inanis vana

gloria obsidet quia dum tenuitas in
corpore dum pallor in vultu respi-
citur virtus patefacta laudatur et tanto
se celerius foras fundit quanto ad hu-
manos oculos per indicium pallorem
exit. Et plerumque fit ut quod causa
dei agi creditur pro solis humanis
favoribus agatur. Quod bene symon
ille significat qui invectus in itinere
crucem domini in angariam portat.
Aliena quippe honera in angariam
portantur cum pro vanitatis studio ali-
quid geritur. Quem ergo per symonem
designatur nisi abstinentes et arro-
gantes qui per abstinentiam quidem
carnem affligunt sed fructum absti-
nentie non requirunt. Crucem ergo
domini symon in angariam portat
quia cum ad opus bonum ex bona vo-
luntate non ducitur rem iusti sine fruc-
tu peccator operatur. Unde ydem sy-
mon crucem portat sed non moritur
quia sunt abstinentes et arrogantes qui
per abstinentiam quidem corpus affligunt
sed per desiderium glorie mundo vivunt.
Compassionis vero animum plerumque latenter
obsidet pietas falsa ut hunc non numquam
ad consolandum vitiis percellat ad cul-
pas quamvis non debeat compassionem ex-
trahere sed zelum. Compassio quippe
homini et rectitudo viciis debetur ut
in uno eodemque homine et diligamus
bonum quod factus est et persequamur mala
que fecit. ne dum culpas incaute
remittimus non iam per caritatem com-
pungi sed per negligentiam concidisse
videamur. Sequitur. Qui enim voluerit
animam suam salvam facere perdet eam
Et qui perdiderit animam suam propter me
salvam faciet eam. Et sic dicitur fi-
deli. Qui voluerit animam suam salvam
facere perdet eam et qui perdiderit animam
suam propter me salvam faciet eam.
Ac si agricole dicatur frumentum si servas

perdis. Si seminas renovas. Quis enim ne-
sciat quod frumentum cum semine mittitur
perit ab oculis in terra deficit in reno-
vatione crescit in pulvere moritur.
Sed inde putrescit in pulvere unde
virescit in renovatione. Quia vero
sancta ecclesia aliud tempus habet persecutio-
nis atque aliud pacis. redemptor
noster ipsa eius tempora distinguit in
preceptis. Nam persecutionis tempore ponen-
da est anima. pacis autem tempore ea que
amplius dominari possunt frangenda sunt
desideria terrena. Unde et nunc dicitur. Quid
enim proficit homo si lucretur totum mundum
se autem perdat et detrimentum sui faciat.
Cum nunc persecutio ab adversariis deest
valde vigilantius cor custodiendum est.
Nam pacis tempore quia licet vivere
libet etiam ambire. Quo nunc profecto ava-
ricia bene compescitur si ipse status am-
bientis sollicite consideretur. Nam cur
insistet ad colligendum qui stare non potest
ipse qui colligit. Cursum ergo suum
consideret quisque et agnoscit sibi suf-
ficere posse que habet. Sed fortasse u-
netur ne in huius vite itinere sump-
tus desit. Longa enim desideria inter-
cipit via brevis. In cassum multa
portat cum iuxta est quo pertingitur.
Plerumque autem et avaritiam vincimus.
Sed adhuc obstat quia via rectitudi-
nis minori tenemus custodia perfectionis.
Nam sepe labentia cuncta despicimus.
Sed tamen adhuc humane rectitudinis
usu prepedimur ut rectitudinem quam tenemus
quam in mente non dum exprimere vale-
amus in voce. Et tanto dei faciem
ad iustitie defensionem negligimus quanto
humanas facies contra iustitiam vene-
ramur. Sed huic quoque vulneri con-
gruum probiugitur medicamentum cum
dominus dicit. Qui me erubuerit coram
hominibus et meos sermones. hunc filius
filius hominis erubescet cum venerit in
maiestate sua et patris et sanctorum angelorum.
Sed ecce iam apud se homines dum

Nos iam dominum et sermones eius non erubescimus, qui aperte eum voce profitemur. Cordibus ergo credendo. Sed in hac plebe christiana sunt nonnulli qui Christum ideo confitentur quia cunctos christianos esse aspiciunt. Nam si nomen Christi in tanta gloria non esset, tot professores Christi sancta ecclesia non haberet. Non ergo ad probationem fidei vox sufficit professionis, quam defendit a verecundia professio generalitatis. Est tamen unde se quisque interroget ut in confessione Christi se valde probet. Si non iam nomen eius erubescit. Si plene virtute mentis humanum pudorem subdidit. Certe enim persecutionis tempore erubescere poterant fideles substantias mundanas dignitatibus citius verberibus affligi. Pacis autem tempore quia hec causa persecutionis desunt, est aliud ubi ostendatur nobis. Veremur sepe a proximis despici, dedignamur iniurias verbi tolerare, si contingat iurgium, fortasse cum proximo erubescimus priores satisfacere. Cor quippe carnale dum huius vite gloriam querit humilitatem respuit. Et plerumque ipse homo qui irascitur discordanti reconciliari appetit. Sed tamen ad satisfactionem prior erubescit. Pensemus ergo quanta mitatis, ut videamus quo lateant nostre pravitatis actiones. Si enim membra illius summi capitis sumus, imitari eum tamen contendimus debemus. Quid namque ad nostre eruditionis exemplum Paulus egregius predicator dicat: Pro Christo legatione fungimur tamquam deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliamini deo. Ecce enim nos et dominum discordiam peccando fecimus, et tamen ad nos deus prior suos legatos misit, ut nos ipsi cum peccavimus ad pacem dei rogati veniamus. Erubescat ergo humana superbia, confundatur quisquis si non faciat prior proximo.

quam post culpam nostram ut ei reconciliaremus, et ipse qui offensus est legatis intervenientibus obsecrat deus. Sequitur: Dico autem vobis vere sunt aliqui stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei. Regnum dei fratres karissimi non in sacro eloquio vertitur regnum dicitur solo, non inquam presens etiam vocatur. Unde scriptum est: Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala. Illo quippe scandala non erunt, nisi perfecto reprobi non admittuntur. Unde videlicet exemplo colligitur quod hoc loco regnum dei presens etiam vocatur. Et quia nonnulli ex discipulis usque adeo in corpore victuri erant ut etiam dei constructam conspicerent et contra mundi huius gloriam erectam, consolatoria promissione nunc dicitur: Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei. Sed num tanta dominus subeunde mortis precepta ederet quod necessarium fuit ut ad hanc subito promissionem veniret. Quod si subtiliter attendimus, quanta dispensatione pietatis agatur agnoscimus. Discipulis etiam rudibus de presenti vita aliquid promittendum fuit, ut possit robustius in futura solidari. Sic israhelitico populo ex Egypti terra liberando repromissionis terra promittitur. Et cum vocandus esset ad dona celestia, terrenis promissionibus suadetur. Cur hoc? Ut dum esset aliquid quod eminus propter illud iam fidelius crederet. Quippe ergo deus largiendo terrena suadet celestia, ut propter quod videt sperare discat quod nunc non videbat. Et tanto solidior de invisibilibus fieret, quanto eum ad spei certitudinem visibilia promissa fulcirent. Unde recte quoque per psalmistam dicitur: Dedit eis regiones gentium et labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius et legem eius exquirant. Sic ergo in hoc loco rudibus discipulis veritas loquens videndum regnum dei

De matrona quadam
pulcra(?) exemplum(?)

promittit in terra, ut hoc ab eis fidelius in celo perfirmat. Ex ipso itaque regno quod videmus in mundo esse sublimatum speremus quod regnum quod in celo credimus percipiendum. Nam sunt nonnulli qui christianitatis nomine censentur, sed christianitatis non habent fidem. Sola esse visibilia estimant, invisibilia non appetunt, quia nec esse suspicantur. Ad sanctorum martirum corpora consistimus, fratres mei. Numquid isti carnem suam in morte darent, nisi certissime constitisset esse vitam pro qua mori debuissent? Et ecce qui ita crediderunt miraculis choruscant. Ad extincta eorum namque corpora viventes egri veniunt et sanantur, periuri veniunt et a demonio vexantur, demoniaci veniunt et liberantur. Quomodo ergo vivunt illic ubi vivunt, si in tot miraculis vivunt hic ubi mortui sunt? Rem, fratres, dico brevem verbo, sed non parvam, iunctam quam religiosis quibusdam senioribus narrantibus agnovi. Gothorum tempore matrona quedam fuit valde religiosa, que ad horum martirum ecclesiam crebro veniebat. Quadam die dum ex more ad orandum venisset, egrediens duos stantes sub peregrino habitu monachos invenit. Peregrinos credidit. Ut ei aliquid elemosine preciperet, sed priusquam eis erogator eius ad largiendam elemosinam appropinquasset, astiterunt illi vicinius et dixerunt: Tu nos modo visitas, nos te in die iudicii requirimus, et quidquid possumus prestabimus tibi. Quo dicto ab oculis eius ablati sunt. Territa illa ad orandum rediit, seseque in lacrimis prolixius effudit. Et facta est post hoc multo instantior in prece, cautior de promissione. Si autem iuxta Pauli vocem est fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, nequaquam iam dubitare debetis, ut venturam vitam credatis, quia ecce ipsi qui

in illa vivunt lucentibus virtutibus visibiliter presentantur. Quod enim nobis potest melius dici: scire quam credi? Venturam ergo vitam nos debemus magis velle scire quam credere, qui eos quos invisibiliter recepit apud se vivere nobis etiam visibiliter ostendit. Nos ergo, fratres karissimi, in causa nostri examinis quam tam districto iudice habete patronos facite; hos in diem tanti terroris illius defensores adhibete. Certe si apud quemdam magnum iudicem causa cuiuslibet nostra esset die crastino ventilanda, totus hodiernus dies in cogitatione duceretur. Patronum nostra fraternitas quereret, magnis precibus ageret ut tanto iudici pro se defensor veniret. Ecce districtus iudex Ihesus venturus est, tanti illius angelorum archangelorumque concilium terror adhibetur. In illo conventu causa nostra discutitur, et tamen patronos modo non querimus, quos tunc defensores habeamus. Ad sunt defensores nostri sancti martires, rogari volunt, atque ut ita dixerim querunt ut querantur. Hos ergo adiutores nostre orationis querite, hos protectores nostri reatus invenite, quia ne puniret peccatores Deus rogari vult et ipse quem iudicat. Unde et iam causa longo tempore comminatur ira, et tamen misericordie expectat. Sic autem nos et ira eius revocat, ut nullo nos negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbent, ut mens in desperationem non ruat. Quia et si presumentes metuimus et metuentes speramus, eternum regnum citius adepturi sumus. Per eum qui vivit et regnat Deus cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Secundum Lucam

In illo tempore Rogabat Ihesum quidam phariseus ut manducaret cum illo

Et ingressus domum pharisei discubuit
Et reliqua Omelia beati Gre-
gorii pape de eadem lectione

Cogitanti michi de marie penitencia
flere magis libet quam aliquid
dicere. Cuius enim vel saxeum pectus
quod eius peccatricis lacrime ad exem-
plum penitendi non emolliant. Con-
sideravit namque quid fecit. Super con-
vivantes ingressa est. non iussa venit.
inter epulas lacrimas obtulit. Disci-
te quo dolore ardet. que flere et inter
epulas non erubescit. Hanc vero quam
lucas peccatricem mulierem. iohannes
mariam nominat. Illam esse mariam
credimus. de qua marcus septem
demonia eiecta fuisse testatur. Et
quid septem demoniis. nisi universa
vicia designantur. Quia enim septem
diebus omne tempus comprehenditur.
recte septenario numero universitas figu-
ratur. Septem ergo demonia maria
habuit. que universis viciis plena
fuit. Sed ecce quia turpitudinis
sue maculas aspexit. lavanda
ad fontem misericordie cucurrit convivantes
non erubuit. Nam quia semetipsam
graviter erubescebat. intus nichil esse
credidit. quod verecundaretur foris.
Quid igitur miramur fratres. mariam
venientem. an dominum suscipientem.
Suscipientem dicam. an trahentem.
Sed melius trahentem et suscipientem.
Quia nimirum ipse eam per misericordiam tra-
xit intus. qui per mansuetudinem susce-
pit foras. Sed iam textum sancti
ewangelii percurrentes. ipsum quo ordine
quo venit sananda indicamus. at-
tulit alabastrum unguenti. et stans
retro secus pedes domini ihesu. lacri-
mis cepit rigare pedes eius. et capillis
capitis sui tergebat. et osculabatur pe-
des eius et unguento ungebat. Lique-
t fratres quod illicitis actibus prius mulier
intenta unguentum sibi pro odore sue
carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter
exhibuerat. Hoc iam deo laudabiliter
offerebat. Oculis terrena concupierat
Sed hos iam per penitenciam conterens flebat
Capillos ad composicionem vultus exhi-
buerat. sed capillis lacrimas tergebat
Ore superba dixerat. sed pedes domini
osculans. hoc in redemptoris sui
vestigia figebat. Quot ergo in se habuit
oblectamenta. tot de se invenit ho-
locausta. Convertit ad virtutum numerum
criminum. ut totum serviret deo in
penitencia. quidquid ex se deum contempserat
in culpa. sed hoc phariseus intuens
despicit. et non solum venientem
peccatricem mulierem. sed etiam susci-
pientem dominum reprehendit. dicens
intra se. Hic si ~~fuerit propheta et~~ esset
propheta sciret utique que et qualis
est mulier que tangit eum. quia
peccatrix est. Ecce phariseus veraciter
apud se superbus et fallaciter iustus.
egram reprehendit de egritudine.
medicum de subvencione. qui ipse
quoque de elacionis vulnere egrota-
bat et ignorabat. Inter duos autem
egros medicus aderat. sed unus
eger in febre integrum sensum te-
nebat. alter vero in febre carnis et
sensum perdiderat mentis. Illa quippe
flebat quod fecerat. phariseus autem de
falsa iusticia elatus vim sue inva-
litudinis exaggerabat. In egritudine
ergo et sensum perdiderat. qui hoc ipsum
quoque quod egrotaret. longe esse ignora-
bat. Sed inter hec nos gemitus
cogit quosdam nostri ordinis viros intueri.
qui sacerdotali officio prediti. si quid
fortasse iuste exterius vel tenuiter
egerint. protinus subiectos despiciunt
et peccatores quosque in plebe positos
dedignantur. eisque compati culpam suam
confitentibus nolunt. atque velud pharisei
more aspernantur inire tangi despi-
ciunt. Que profecto mulier si ad pharisei

pedes venisset nimirum talibus repulsa discederet. Inquinari ~~aut~~ enim se de alieno peccato credidit. Sed quia hunc vera sua iusticia non replebat. Unde necesse semper est ut cum peccatores quosque conspicimus nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus quia fortasse in similibus aut lapsi sumus aut labi possumus si lapsi non sumus. Et si censura magisterii debet semper virtute discipline vitia persequi. Sed tamen nos sollicite discernamus quod districtionem debemus viciis compassionem nature. Si enim feriendus est peccator nutriendus est proximus. Cum vero iam per penitentiam percutit ipse quod fecit iam noster proximus peccator non est. Quia tamen dei se iusticia contra se dicit et hoc in se punit quod divina iusticia reprehendit. Sed iam iste superbus et arrogans quia sua convincitur audiamus. De duobus quippe ei debitoribus paradigma opponitur quorum unus minus alius amplius debet. Utrique debito dimisso quis amplius largitorem debiti diligat interrogatur. Cui protinus ille respondet. Ille plus diligit cui plus dimittitur. Quam in re notandum est quia dum sua sententia convincitur freneticus funem portat ex quo ligetur. Enumerantur ei bona peccatricis enumerantur mala falsi iusti cum dicitur. Intravi in domum tuam aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem lacrimis rigavit pedes meos et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti. Hec autem ex quo intravi non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti. Hec autem unguento unxit pedes meos. Post enumerationem subfertur sententia. Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. Quid fratres mei esse dilectionem credimus nisi ignem et quid culpam nisi rubiginem. Unde nunc dicitur. Remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. Ac si aperte diceretur. Incendit plene peccati rubiginem quia ardet valde per amoris ignem. Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur quanto peccatoris cor magno caritatis igne concrematur. Ecce ea que ad medicum venerat egra sanata est. Sed de salute eius adhuc alii egrotant. Nam simul discumbentes conquesti sunt intra se dicentes. Quis est hic qui etiam peccata dimittit. Sed celestis medicus egros non respicit quos etiam de medicamento suo deteriores videt. Eam vero quam sanaverat per pietatis sue sententiam confirmat dicens. Fides tua te salvam fecit vade in pace. Fides etenim salvam fecit quia hoc quod petiit posse accipere non dubitavit. Sed ipsam quoque spei certitudinem iam ab illo acceperat a quo per spem etiam salutem querebat. In pace autem ire precipitur ut veritatis itinere in via scandali ulterius non ducatur. Unde et per Zachariam dicitur. Ad dirigendos pedes nostros in via pacis. Tunc enim gressus nostros in viam pacis dirigimus quando per illud actionis iter pergimus in quo ab auctoris nostri gratia non discordamus. Hec fratres karissimi de hystorica expositione transcurrimus nunc si placet ea que dicta sunt mystico intellectu disseramus. Quem namque phariseus de falsa iusticia presumens nisi iudaicum populum. Quem peccatrix mulier sed ad vestigia domini veniens et plorans nisi conversam gentilitatem designat

Ecce cum alabastro venit. unguentum
fudit retro secus pedes stetit. pedes
lacrimis rigavit. capillis tersit eos-
que quos infundebat et tergebat pe-
des osculari non desiit. Nos ergo
nos illa mulier expressit si toto corde
ad dominum post peccata redeamus. si eius
penitencie luctus imitemur. Quid namque
unguento nisi bone opinionis odor
exprimitur. Unde et paulus dicit
Christi bonus odor sumus deo in omni
loco. Si igitur recta que opera agimus quibus
opinione boni odoris ecclesiam resper-
gamus. quid in domini corpore nisi un-
guentum fundimus. Sed secus pedes
mulier stetit. Contra pedes enim domini
stetimus. cum in peccatis positi eius
itineribus renitebamur. Sed si ad veram
penitentiam post peccata convertimur, iam retro
secus pedes stamus. quia eius ve-
stigia sequimur. quem impugnabamus.
Lacrimis mulier pedes rigat. quod
nos quoque veraciter agimus. si quibuslibet
ultimis membris domini per compassio-
nis affectum inclinemur. si sanctis eius
in tribulatione compatimur. si eorum
tristitiam nostram putamus. Capillis
mulier pedes quos rigaverat tersit.
Capilli quippe superfluunt corpori.
Et quid habundans terrena substantia
nisi capillorum speciem tenet. que dum
ad usum necessitatis superfluit etiam
abscisa non sentitur. Capillis ergo
pedes domini tergimus. cum sanctis eius
quibus ex caritate compatimur. etiam ex
rebus que nobis superfluunt miseremur.
quatenus sic mens per compassionem
doleat. ut etiam larga manus affec-
tum doloris ostendat. Rigat namque
lacrimis redemptoris pedes. sed capil-
lis non tergit. qui ut cumque proximorum
dolori compatitur. Sed tamen ex
rebus que sibi superfluunt non miseretur.
Plorat et non tergit qui verba quidem
doloris tribuit. sed non ministrando
que desunt vim doloris minime
abscidit. Osculatur mulier pedes quos
tergit. quod nos quoque plane agimus
si studiose diligimus. quos ex lar-
gitate tenemus. Ne gravis nobis
sit necessitas proximi nec ipsa eius
indigentia que sustentatur fiat one-
rosa. et cum manus necessaria tribuit
animus a dilectione torpescat. Possunt
quippe quoque per pedes ipsum misterium
incarnationis eius intelligi. Quo
divinitas terram tetigit. quia carnem
sumpsit. Verbum enim caro factum
est. et habitavit in nobis. Oscula-
mur ergo redemptoris pedes. cum
misterium incarnationis eius ex
toto corde diligimus. Unguento
eius pedes ungimus. cum ipsius
humanitatis eius potentiam sacri
eloquii bona opinione predicamus.
Sed hoc phariseus videt et ~~mud~~ murmurat
quia cum iudaicus populus genti-
litatem deum predicare conspicit
sua apud se malitia tabescit.
Sed redemptor noster facta eius ~~dij~~
iunlis quia si bona gentilitas
operatur ut in quo malo iudaicus
populus iacet agnoscat. Nam si phari-
seus retunditur. ut per eum sicut
diximus perfidus ille populus audiatur
Intravi in domum tuam aquam
pedibus meis non dedisti. Hec autem
lacrimis rigavit pedes meos. Aqua
quippe extra nos est lacrimarum hu-
mor intra nos. quia videlicet infidelis
ille populus nec ea que extra se erant
integrum pro domino tribuit. Conversa
autem gentilitas pro eo non solum

vr̄ pabam · sed etiam sanguinem fudit
Osculum michi nō dedisti Hec aūt
ex quo intrauit nō cessauit osculari
pedes meos Osculum quippe dilec-
tionis signū Et infidelis ille phy-
seo osculum nō dedit · q̄ ex caritate
amare noluit · tūc ex timore famē
Peccata aūt gentilitas redemptoris
sui vestigia osculari nō cessat · q̄
in eius amore totūme suspirat · vn̄
et sponse voce de eodem redemptore
suo in canticis canticorū dr̄ Osculet̄
me osculo oris sui Osculū recte condi-
toris sui desidat · que se ei obsequiū
p amore pat Oleo capud meū nō
vnxisti Si pedes dominū misterium
incarnationis eius · Capimus · co-
gruē p caput illius ipa diuinitas de-
signatur Unde p paulū dr̄ Capd
xpi deus In deo quippe et nō in se
quasi in homine credere iudaicus
populus fatebat̄ · s̄ phariseo dr̄ Oleo ca-
pud meum nō vnxisti Quia ipaz
quoqz diuinitatis eius potenciam in q̄
se iudaicus crede spopondit digna
laude pdicare neglexit Hec aūt vn-
guento vnxit pedes meos Quia dū
incarnationis eius misterium gentilitas
credidit summa laude etiam eius ima
pdicauit Sed iam redemptor nr̄ e-
numata bona concludit cum p sentam
subdit Ppt̄ q̄ dico t̄ · remittunt̄ ei
pctā multa · qui dilexit multum
Ac si apte dicat Et si durū ē valde
q̄ cogmt̄ · incendat tamē amoris
ignis · quo etiam dura consumatur
Libet mēt hec consideratonem tante pi-
etatis intueri peccatas multis opa
sed penitentis quia estimatione mitas
apud se sinat · que eius aduersario
substancia districtione eminat Ad phi-
sei prandium discumbebat dominus Sz
apud penitentem mulierem mentis
epulis delectabat̄ Apud phariseum
mitas pascebat̄ foras peccatricē mu-
lierem · sed tamē comn̄pum pascebat̄
intus Unde et ei sponsa calida quem
sub specie hynnuli canticorū dicat
Indica michi quem diligit anima
mea · ubi pascas · ubi cubas ī meridie
Ceruorū quippe hynnulus dominus
appellat̄ iuxta assumptā carnē
antiquorū filius prīm ffernetior
vō in meridie estus ardescit · et vm-
brosum locū hynnulus q̄rit · quem
estus ignis nō afficit In illis go
cordibus dominus requiescit · que amor
pntis scli nō incendit · que carnis
desidia nō exurunt · que in tesa
pus anxietatibus in hunus mundi co-
cupiscentiis nō arescunt Unde et
marie dr̄ Spūs sanctus supueniet
inte · et v̄tus altissimi obumbrabit
tibi Umbrosa go loca in meridie
ad pascendum hynnulus inquirit
· quia talibus mentibus dominus pascit̄
que p respectū gre temporalē cor-
libus desideriis nō vrunt̄ plus
go penitens mulier pascebat foras
· quia ab estu carnalium cū hynnu-
lus redemptor nr̄ ad illius mente
fugerat · qm̄ post intiorū ignē pnīc
vmbra tpebat Pensemus quante
pietatis sint peccatricem mulierem
nō solum ad se admitte · s̄ ei etiā
ad tangendum pedes pbere Conside-
rmus gratiam misericordis dei · et dap-
nemus multitudine reatus nr̄
Ecce peccatores videt et sustinet · resi-
stentes tollat · et tū cotidie p euangliū
clemēt vocat Confessionē ex puro
corde desiderat · et cuncta que de-
linquimus relaxat Temperauit nob̄
districtionē legis mia redemptoris
In illa quippe scriptum est Si quis
hoc uel illud fecit · lapidibus obruat̄

Aspicit conditor noster in carne confes-
sionem peccatorum non penam sed vitam promit-
tit. Mulierem sua vulnera confitentem
suscipit et sanam dimittit. Inspiciamus er-
go ad quanta iniquitatis vincula cordis quos
iuste illa dampnat ipsa misericordia re-
laxat. Unde bene quoque in lege scri-
ptum est quia manus Moysi erant
graves. Sumentes ergo lapidem po-
suerunt subter eum in quo sedit. Aaron au-
tem et Hur sustentabant manus eius. Mo-
yses quippe sedit in lapide cum lex re-
quievit in ecclesia. Sed habuit eadem lex
graves manus quia peccatores quosque
non misericordiam protulit sed severa di-
strictione percussit. Aaron vero mons
fortitudinis, Hur autem ignis interpretatur.
Quem itaque iste mons fortitudinis
significat nisi redemptorem nostrum. De quo
per prophetam dicitur: Erit in novissimis
diebus preparatus mons domus domini
in vertice montium. Et quis per ignem
nisi spiritus sanctus signatur. De quo
ipse redemptor dicit: Ignem veni
mittere in terram. Aaron ergo et Hur gra-
ves manus Moysi sustinent atque
sustentando leviores reddunt quia media-
tor dei et hominum cum igne spiritus sancti
veniens mandata legis gravia que
dum carnaliter tenentur portari non pote-
rant, tollerabilia nobis per spiritualem intel-
ligentiam ostendit. Quasi enim manus
Moysi quasi leves reddidit qui pondus
mandatorum legis ad virtutem confessio-
nis retorsit. Hinc nobis sequentis
misericordie promissionem innuit cum per prophetam
dixit: Nolo mortem peccatoris sed ut con-
vertatur et vivat. Hinc iterum sub indice
specie in nuntiationem peccatrici anime dicit:
Si dereliquerit vir uxorem suam et illa
recedens duxerit virum alterum, numquid re-
vertetur ad eam ultra? numquid non polluta
et contaminata erit mulier illa? Tu autem

fornicata es cum amatoribus multis,
verumtamen revertere ad me dicit dominus.
Ecce paradigma turpis mulieris dedit,
ostendit quod post turpitudinem recipi non
possit. Sed hoc ipsum paradigma quod
protulit pietatem vincit cum dicit for-
nicantem mulierem nequaquam recipi
posse, et tamen ipse fornicantem animam
ut recipiat expectat. Pensate fratres
pondus tante pietatis. Dicit hoc
fieri non posse et demonstrat quod hoc ipse
facere etiam contra morem potest. Ecce vocat
et quos immundos denunciat hos
etiam amplecti querit, a quibus
desertum esse se queritur. Nemo ergo
tante misericordie tempus perdat, nemo
oblata remedia divine pietatis abi-
ciat. Ecce superna bonitas benigni-
tatis aversos nos revocat et nobis
revertentibus sinum clementie sue parat.
Unusquisque ergo penset quo debito con-
stringitur cum illum deus exspectat,
ne contemptus exasperetur. Qui enim ergo
permanere noluit redeat. Qui enim stare
contempsit saltem post lapsum surgat.
Quanto nos amore conditor noster ex-
pectat insinuat, cum per prophetam dicit:
Attendi et auscultavi. Nemo quod bonum
est loquitur. Nemo est qui recogitet in corde
suo et dicat: Quid feci? Certe numquam
cogitare mala debuimus. Sed quia
cogitare recta noluimus, ecce adhuc
sustinet ut recogitemus. Videte
tante pietatis sinum, considerate apertum
nobis sinum misericordie. Quos male cogi-
tantes perdidit, bene cogitantes querit.
Ad vos ergo qui fecistis bonum ad vos oculos
mentis adducite et penitentem peccatri-
cem mulierem in exemplum vobis
imitationis ante faciem. Queque nos
in adolescentia, queque in iuventute
deliquisse meministis deflete. Mores
operumque lacrimis maculas tergite.
Amemus igitur iam redemptoris nostri vestigia

que peccando contempsimus. Ecce ut
diximus ad recipiendos nos superne
pietatis sinus aperitur. ne maculo-
sa in nobis vita contempnitur. per
hoc quod inquinationem nostram perhorre-
scimus mundicie iam candore cor da-
mus. Resultantes nos deus eius clementia
amplectitur. quia peccatorum eius vita esse
indigna iam non potest que fletibus
lavatur in Christo Ihesu domino nostro
Qui vivit et regnat cum patre
in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum Amen

In illo tempore Secundum Lucam
Accesserunt ad Ihesum publicani et
peccatores ut audirent illum et mur-
murabant pharisei et scribe dicen-
tes Quia hic homo peccatores recipit
et manducat cum illis Et reliqua

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Estivum tempus quod corpori meo
valde contrarium est loqui me de
exposicione ewangelii longa mora
intermittere prohibuit. Sed numquid quia
lingwa tacuit ardere caritas cessat
Hoc etenim dico quod apud vos se
unusquisque recognoscit. Plerumque enim
caritas quibusdam occupationibus
impedita et integra flagrat in corde
et tamen non monstratur in opere.
Quia cum nube tegitur non videtur
in terra et tamen ardet in celo. Sic
esse occupata caritas solet. et vim
sui ardoris exercet. et foris flam-
mas operis non ostendit. Sed quia nunc
ad loquendum tempus redijt. vestra
me studia attendant. ut michi
tanto amplius loqui libeat. quanto
hic vestre mentes desiderabilius ex-
pectant. Audistis namque in lectione
ewangelica fratres mei. quia peccatores
et publicani accesserunt ad redemp-
torem nostrum. et non solum ad colloquen-
dum. sed etiam ad convescendum recep-
ti sunt. Quod videntes pharisei dedi-
gnati sunt. Ex qua re colligite quod
vera iusticia compassionem habet. falsa
iusticia dedignacionem. Quamvis et
iusti soleant recte peccatoribus indignari.
Sed aliud est quod agitur typo superbie
aliud quod zelo discipline. Dedignantur
etenim. sed non dedignantes. desperant
sed non desperantes. persecutionem commo-
vent. sed amantes. Quia et si foris
increpationes per disciplinam exagger-
ant. intus tamen dulcedinem per
caritatem servant. Preponunt sibi in
animo ipsos plerumque quos corri-
gunt. meliores estimant eos quos
quos iudicant. Quod videlicet agentes
et per disciplinam subditos. et per
humilitatem custodiunt semetipsos.
At contra hii. qui de falsa iusticia
superbire solent ceteros quosque despi-
ciunt. nulla infirmantibus misericordia con-
descendunt. Sed quo se peccatores
esse non credunt. eo deteriores sunt. De
quorum profecto numero pharisei extiterant.
qui diiudicantes dominum. quod peccatores
susciperet arenti corde ipsum fontem
misericordie reprehendebant. Sed quia egri
erant. ita ut egros se esse nescirent.
quatinus quod erant agnoscerent cele-
stis medicus blandis fomentis
curat. Benignum paradigma obicit
et in eorum corde vulneris tumorem
premit. Ait namque. Quis ex vobis
homo. qui habet centum oves. et si per-
diderit unam non ne dimittit nona-
ginta novem in deserto et vadit ad
illam que perierat. Ecce mira dispen-
sacione pietatis similitudinem veritas
dedit. quam et in se ipso homo recognosceret

·et tamen hoc quod ad ipsum auctorem
hominum pertinet. Centena enim centenarius
perfectus est numerus. ipse enim centum oves
habuit cum angelorum substantiam et ho-
minum creavit. Sed una ovis tunc
periit quando homo pascua vite de-
reliquit. Dimisit autem nonaginta
novem oves in deserto quia illos sum-
mos angelorum choros reliquit in
celo. Cur autem celum desertum vocatur
nisi quia desertum dicitur derelictum. Tunc
autem celum deseruit homo cum peccavit.
In deserto autem nonaginta novem
oves remanserant cum in terra dominus
unam ovem querebat. Quia rationalis
creature numerus angelorum videlicet et hominum
qui ad videndum deum conditus
fuerat pereunte homine erat imminutus.
Et ut perfecta summa integraretur in celo. ho-
mo perditus querebatur in terra. Nam quod hic
evangelista dicit in deserto alius
dicit in montibus ut significaret in ex-
celsis. Quia nimirum oves que non
perierant in sublimibus stabant. Et
cum invenerit ovem imponit in
humeros suos gaudens. Ovem
humeris suis imposuit quia humanam
naturam suscipiens peccata nostra ipse por-
tavit. Et veniens domum convocat
amicos et vicinos dicens eis. Con-
gratulamini mihi quia inveni ovem que pe-
rierat. Inventa ove ad domum redit
quia pastor noster reparato homine ad
regnum celeste rediit. Ibi amicos et vi-
cinos invenit illos videlicet angelorum choros
qui amici eius sunt quia volunta-
tem eius continue in sua stabilitate
custodiunt. Vicini quoque eius sunt
quia claritate visionis illius sua assidui-
tate perfruuntur. Et notandum quod non
dicit congratulamini invente ovi sed mihi
quia eius gaudium videlicet est vita nostra

Et cum nos ad celum reducimur
sollempnitatem letitie illius implemus.
Dico vobis quia ita gaudium erit in celo
super uno peccatore penitentiam agente
quam super nonaginta novem iustis
qui non indigent penitentia. Consideran-
dum nobis est fratres mei cur dominus
de conversis peccatoribus quam de stantibus
iustis in celo gaudium esse fateatur
nisi hoc quod ipsi per cotidianum vi-
sionis experimentum novimus quia
plerumque hii qui in nullis se oppres-
sos peccatorum molibus sciunt stant
quidem in via iustitie. nulla illici-
ta perpetrant. sed tamen ad celestem
patriam anxie non anhelant. Tantoque
sibi in rebus licitis usum prebent
quanto se perpetrasse nulla illicita
meminerunt. Et plerumque pigri
remanent ad exercenda bona pre-
cipua quia valde securi sunt quod nulla
commisisse mala graviora. At contra
nonnunquam hii qui se aliqua illi-
cita egisse meminerunt ex ipso suo
dolore compuncti inardescunt ad
amorem dei. seseque in magnis vir-
tutibus exercent. Cuncta etiam diffi-
cilia sancti certaminis appetunt omnia
mundi derelinquunt. honores fugiunt
acceptis quoque contumeliis letantur
flagrant desiderio ad celestem patriam
anhelant. et quia se errasse a deo
considerant dampna precedentia lucris
sequentibus recompensant. Maior ergo
de peccatore converso quam de stante
iusto gaudium fit in celo. quia et
plus dux eum diligit militem
in prelio qui post fugam reversus
hostem fortiter premit quam illum qui
nunquam terga prebuit et nunquam aliquid
fortiter fecit. Sic agricola illam amplius

terram amat que post spinas uberes fruges profert quam ea que nunquam spinas habuit et nunquam fertilem messem produxit. Sed inter hec sciendum est quia sunt plerique iusti in quorum vita tantum est gaudium ut eis quelibet peccatorum penitentia preponi nullatenus possit. Nam multi et nullorum sibi malorum sunt conscii et tamen in tanti ardoris afflictione se exerunt at si peccatis omnibus angustentur. Cuncta etiam licita respuunt ad despectum mundi sublimiter accinguntur licere sibi nolunt omne quod licet bona sibi amputant etiam concessa contempnunt visibilia invisibilibus accenduntur lamentis gaudent in cunctis semetipsos humiliant. Et sic non nulli peccata operum sic ipsi peccata cogitationum deplorant. Quid itaque istos dixerim nisi iustos et penitentes qui se et in penitentia de peccato cogitationis humiliant et recti semper in opere perseverant. Hinc ergo colligendum est quantum deo gaudium faciat quando humiliter plangit iustus si facit in celo gaudium quando hoc quod male gessit per penitentiam dampnat iniustus.

Nota

Sequitur. Aut que mulier habens dragmas decem et si perdiderit dragmam unam nonne accendit lucernam et evertit domum et querit diligenter donec inveniat dragmam quam perdidit. Que mulier signatur per pastorem ipse et per mulierem. Ipse etenim deus ipsa et dei sapientia. Et quia imago exprimitur in dragma mulier dragmam perdiderat quando homo qui conditus ad ymaginem dei fuerat peccando a similitudine sui conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam quia dei sapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est lumen vero in testa est divinitas in carne. De qua videlicet testa sui corporis ipsa sapientia dicit Exaruit testa virtus mea. Quia enim testa in igne solidatur eius virtus sicut testa exaruit quia assumptam carnem ad resurrectionis gloriam ex passionis tribulatione roboravit. Accensa autem lucerna evertit domum quia mox ut eius divinitas per carnem claruit omnis se nostra consciencia concussit. Domus namque evertitur cum consideratione reatus sui humana consciencia perturbatur. Que eversionis verbo non discrepat hoc quod in aliis codicibus legitur emundat. Quia nimirum prava mens si non prius per timorem evertitur ab assuetis viciis non emundatur. Eversa ergo domo invenitur dragma dum perturbatur consciencia hominis similitudo conditoris. Et cum invenerit convocat amicas et vicinas dicens Congratulamini michi quia inveni dragmam quam perdideram. Que amice vel vicine nisi ille potestates celestes sunt que tanto superne sapientie iuxta sunt quanto ei per gratiam continue visionis appropinquant. Sed inter hec nequaquam relinquere negligenter debemus cur ista mulier per quam dei sapientia significatur decem dragmas habuisse perhibetur ex quibus unam perdidit quam cum quereret invenit

Aut mulier habens dragmas decem

Angelorum quippe et hominum naturam
ad cognoscendum se Dominus condidit
consideravit quam dum consistere ad eternitatem
voluit, eam procul dubio ad suam si-
militudinem creavit. Decem
vero dragmas habuit mulier quia
novem sunt ordines angelorum.
Sed ut compleretur electorum numerus
homo decimus est creatus. Qui
a conditore suo nec post culpam
periit quia hunc eterna sapientia per
carnem miraculis coruscans
et lucem teste reparavit. Novem
vero angelorum ordines diximus
quia videlicet testante sacro eloquio
scimus angelos archangelos virtu-
tes potestates principatus dominationes
thronos cherubin atque seraphin.
Esse namque angelos et archangelos
pene omnes sacri eloquii pagine
testantur. Cherubin vero atque sera-
phin sepe ut notum est libri
prophetarum loquuntur. Quatuor quoque
ordinum nomina Paulus ad Ephe-
sios enumerat dicens: Supra omnem
principatum et potestatem et virtutem
et dominationem. Qui rursus ad Co-
lossenses scribens ait: Sive thro-
ni sive dominationes sive principa-
tus sive potestates. Dominationes vero
principatus atque potestates iam ad Ephe-
sios loquens descripserat, sed eas quoque
Colossensibus dicturus premisit
thronos de quibus necdum quicquam
fuerat Ephesiis locutus. Dum ergo illis
quatuor que ad Ephesios dixit
id est principatibus virtutibus atque dominationi-
bus coniunguntur throni quinque
sunt ordines qui specialiter exprimuntur.

Quibus dum angeli et archangeli
cherubin atque seraphin adiuncta
sunt procul dubio novem esse ordines
angelorum inveniuntur. Unde et ipsi
angelo qui primus est conditus per
prophetam dicitur: Tu cherub signaculum
similitudinis plenus sapientia et per-
fectus decore in deliciis paradisi
Dei fuisti. Ubi notandum quod non
ad similitudinem Dei factus sed signaculum
similitudinis dicitur. Ut quia in eo
subtilior est natura eo in illo
ymago Dei subtilius insinuetur
expressa. Qui in loco mox subditur:
Omnis lapis preciosus operimentum
tuum sardius topazius crisolitus
onix et berillus saphirus car-
bunculus et smaragdus. Ecce no-
vem dixit nomina lapidum
quia profecto novem sunt ordines
angelorum. Quibus nimirum ordinibus
ille primus angelus ideo ornatus
et opertus extitit quia dum cunctis
agminibus angelorum prelatus est ex eorum
comparatione clarior fuit. Sed cur
istos persistentium angelorum choros
enumerando perstrinximus si non eorum
quoque ministeria subtiliter exprimamus.
Greca etenim lingua angeli nun-
cii archangeli vero summi nun-
cii vocantur. Sciendum vero quod angelorum
vocabulum nomen est officii non nature.
Nam sancti illi celestis patrie spiritus
quidem semper sunt spiritus. Sed semper vocari
angeli nequaquam possunt quia
tunc solum sunt angeli cum per eos
aliqua nunciantur. Unde et per psal-
mistam dicitur: Qui facit angelos
suos spiritus. Ac si patenter dicat

Angeli

Archangeli

Nam eos quos semper habet spiritus etiam cum volunt angelos facit. Hi autem qui minima nuntiant angeli, qui vero summa annuntiant archangeli vocantur. Hinc est enim quod ad mariam virginem non quilibet angelus sed gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum angelum venire dignum fuerat qui summum omnium nuntiabat. Qui idcirco privatis etiam nominibus censentur ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate quam de visione omnipotentis dei plena scientia perficit idcirco propria nomina sortiuntur ne eorum persone sine nominibus sciri non possint. Sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt apud nos etiam nomina a ministeriis trahunt. Michael namque quis ut deus. Gabriel autem fortitudo dei. Raphael vero dicitur medicina dei. Et quotiens mire virtutis aliquid agitur michael mitti perhibetur ut ex ipso actu et nomine detur intelligi quia nullus potest facere quod prevalet facere deus. Unde et ille antiquus hostis qui per superbiam deo similis esse concupivit dicens: In celo conscendam super astra celi exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Dum in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo iudicio perimendus cum michaele archangelo preliaturus esse perhibetur sicut per iohannem dicitur: Factum est prelium cum michaele archangelo. Ut qui se ad similitudinem dei superbus extulit per michaelem peremptus discat quia ad dei similitudinem per superbiam nullus exurgat. Ad mariam quoque ga-

Factum est prelium

briel mittitur qui dei fortitudo nominatur. Illum quippe nuntiare veniebat qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per psalmistam dicitur: Tollite portas principes vestras et elevamini porte eternales et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? Dominus fortis et potens, dominus potens in prelio. Et rursum: Dominus virtutum ipse est rex glorie. Per dei ergo fortitudinem nuntiandus erat qui virtutum dominus et potens in prelio contra potestates aereas ad bella veniebat. Raphael quoque interpretatur ut diximus medicina dei. Quia vero dum thobie oculos quasi per officium curationis tetigit cecitatis eius tenebras tersit. Qui ergo ad curandum mittitur dignum vero fuit ut dei medicina vocaretur. Sed quia angelorum nomina interpretando perstrinximus nunc superest ut ipsa officiorum vocabula breviter exequamur. Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus per quos signa et miracula frequentius fiunt. Potestates etiam vocantur hi qui hoc potentius ceteris in suo ordine perceperunt ut eorum ditioni virtutes adverse subiecte sint quorum potestate refrenantur ne corda hominum tantum prevaleat temptare quantum volunt. Principatus etiam vocantur qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus presunt qui subiectis sibi quecumque sunt agenda disponentes eis ad explenda divina ministeria principantur. Dominationes autem vocantur qui etiam potestates principatuum dissimilitudine alta transcendunt. Ea ergo angelorum agmina que mira potentia preeminent pro eo quod eis cetera ad obediendum subiecta sunt dominationes vocantur. Throni quoque illa agmina sunt vocata quibus ad exercenda iudicia semper presidet omnipotens deus. Quia enim thronos latino eloquio sedes dicimus.

Signa

De choris angelorum

thronum dei dicti sunt hi qui tanta
divinitatis gratia replentur ut in eis
dominus sedeat et per eos sua iudicia
discernat. Unde et per psalmistam
dicitur: Sedes super thronum qui iu-
dicas equitatem. Cherubim quoque
plenitudo sciencie dicitur. Et sublimiora
illa agmina idcirco cherubim vocata
sunt quia tanto perfectiore sciencia plena
sunt quanto claritatem dei vicinius con-
templantur ut secundum creature modum
plene omnia sciant quo visione
conditoris sui per meritum digni-
tatis appropinquant. Seraphim etiam
vocantur illa sanctorum spirituum agmina que
ex singulari propinquitate conditoris
sui incomparabili ardent amore. Se-
raphim etiam notatur namque ardentes
vel incendentes vocantur. Que quia
ita deo coniuncta sunt ut inter hec et
deum nulli alii spiritus sint. Tanto magis
ardent quanto hunc vicinius vident.
Quorum profecto flamma amor est quia
quo subtilius claritatem divinitatis eius
aspiciunt eo validius in eius amore
flammescunt. Sed quid prodest nobis
de angelicis spiritibus ista perstringere
si non studeamus hec etiam ad nos per
fectius congrua consideratione derivare.
superna Quia enim superna illa civitas ex angelis
et hominibus constat ad quam tantum credimus
humanum genus ascendere quantos illic
contigit electos angelos remansisse. Sicut
scriptum est: Statuit terminos gentium
secundum numerum angelorum dei. Debemus
et nos aliquid ex illis distinctionibus
supernorum civium ad usum nostre conversa-
tionis trahere nosque ipsos ad incre-
menta virtutum bonis studiis inflamma-
re. Quia enim tanta illuc ascen-
sura multitudo hominum quanta multi-
tudo remansit angelorum superest ut
ipsi quoque homines qui ad celestem
patriam redeunt ex eis agminibus aliquid
illuc revertentes imitentur. Distincte
namque conversationes hominum singulorum
agminum ordinibus congruunt ut in eorum
sortem per conversationis similitudinem
deputentur. Nam sunt plerique qui
parva capiunt sed tamen eadem parva
pie annunciare fratribus non desistunt.
Isti itaque in angelorum numero currunt.
Et sunt nonnulli qui divine lar-
gitatis munere refecti secretorum cele-
stium summa et capere prevalent et nun-
ciare. Quo ergo isti nisi inter archan-
gelorum numerum deputantur. Et sunt alii
qui mira faciunt signa valenter
operantur. Quo ergo isti nisi ad super-
narum virtutum sortem et numerum con-
gruunt. Et sunt nonnulli qui etiam
de obsessis corporibus malignos spiritus
fugant eosque virtute orationis et vi
accepte potestatis eiciunt. Quo itaque isti
nisi inter potestatum celestium nu-
merum sortiuntur. Et sunt nonnulli qui
acceptis virtutibus etiam electorum hominum
merita transcendunt cumque et bonis
meliores sint electis quoque fratribus principantur.
Quo ergo isti sortem suam nisi inter prin-
cipatuum numeros acceperunt. Et sunt non-
nulli qui sic in semetipsis cunctis
vitiis omnibusque desideriis dominantur
ut ipso iure munditie dii inter ho-
mines vocentur. Unde et ad moysen
dicitur: Ecce constitui te deum pharaonis.
Quo ergo isti nisi inter numeros dominationum
currunt. Et sunt nonnulli qui dum
sibimet ipsis vigilanti cura dominantur
dum se sollicita intentione discutiunt
divino timore semper inherentes hoc
munere virtutis accipiunt ut iudicare
recte et alios possint. Quorum profecto
mentibus dum divina contemplatio
presto est in hiis velud in throno
suo dominus presidens aliorum facta exa-
minat et cuncta mirabiliter de sua

sede dispensat. Throni quoque isti nisi thro-
ni sui conditoris sunt velut quo nisi
ad superiorem animi mores ascribuntur.
Per quos dominus sua etiam regit pre-
cepta. Quibusdam sinus infirmis actibus
etiam electi mirantur. Et sunt nonnulli qui tanta dei ac proximi dilec-
tione pleni sunt ut cherubin nomine no-
minentur. Quia enim nos prefati sumus cheru-
bin plenitudo scientie dicitur. Et paulo di-
cente didicimus quia plenitudo legis
est caritas. omnes qui dei et proximi
caritatis ceteris amplius pleni sunt
meritorum suorum sortem inter cherubin
numeros perceperunt. Et sunt nonnulli qui
superne contemplationis igne accensi
in solo conditoris sui desiderio anhelant
nichil iam in hoc mundo cupiunt
solo eternitatis amore pascuntur ter-
rena quecumque abiciunt cuncta temporalia men-
te transcendunt. amant et ardent atque
in ipso suo ardore requiescunt. Ama-
do ardent loquendo et alios accendunt
et quos verbo tangunt ardere protinus
in dei amore faciunt. Quos ergo
istos nisi seraphyn dixerim quorum
cor in igne conversum lucet et urit
et mentium oculos ad superna illu-
minant et compungendo in fletibus
viciorum rubigine purgant. Qui ergo
ita ad amorem sui conditoris infla-
mati sunt quo nisi inter seraphim
numerum sortem sue vocationis acceperunt.
Sed hec fratres karissimi me loquente intror-
sus vos ad vosmetipsos reducite
secretorum vestrorum merita cogitationesque
discutite. Videte si quid iam boni
nobiscum intus agitis. videte si in nu-
mero horum agminum que breviter tangendo
perstrinximus sortem vestre vocationis in-
venitis. Ve autem anime que in se de
hiis bonis que enumeravimus minime
aliquid recognoscit. Cui adhuc
ne deterius imminet si et privatam
se donis intelligit et nequaquam

gemit. Quisquis ergo talis est status
miseri gemendus est valde quia non ge-
mit. Pensemus ergo accepta electorum
munera et votive quantum possumus ad amorem
tante sortis anhelemus. Qui in se
donorum gratiam minime recognoscit ge-
mat. Quia et superne ille distinc-
tiones beatorum spirituum ita sunt condi-
te ut alie aliis sint prelate. Fertur
vero dyonisius ariopagita antiquus
videlicet et venerabilis pater dicere quod ex mino-
ribus angelorum agminibus foras ad explen-
dum ministerium vel visibiliter vel in-
visibiliter mittuntur scilicet quia ad humana
solatia aut angeli aut archangeli
veniunt. Nam superiora illa agmina
ab intimis nunquam recedunt. Quia ea
que preeminent usum exterioris ministerii
nequaquam habent. Cui rei videtur illud esse contra-
rium quod ysaias dicit. Et volavit ad me
unus de seraphyn et in manu eius
calculus quem forcipe tulerat de altari
et tetigit os meum. Sed in hac prophe-
te sententia vult intelligi quia hii spiritus qui
mittuntur eorum vocabulum percipiunt quorum
officium gerunt. Quia enim ut peccata
locutionis incenderat de altari angelus
carbonem portat. Seraphyn vocatur
quod incendium dicitur. Sunt autem quibus
et illud creditur non inconvenienter
opitulari quod per danielem dicitur. Milia
milium ministrabant ei et decies milies
centena milia assistebant ei. Aliud
namque est ministrare aliud assistere. quia
administrant deo qui et ad nos nuncian-
do exeunt. Assistunt vero qui sic con-
templatione intima perfruuntur ut ad ex-
plenda foras opera minime mittantur.
Sed quia in quibusdam scripture lo-
cis. quedam vero per seraphin agi di-
dicimus. utrum per se hec faciant an
per subiecta agmina agant. Nunc pre-
dicitur in eo quod a maioribus venientes ma-
iora vocabula sortiuntur nos affir-
mare nolumus quod aptis testimoniis

non applicamus. Hoc tamen citissime sci-
mus quia ad explendum de supernis
ministerium alii spiritus alios mittunt, Zacha-
ria scilicet propheta testante qui ait: Ecce an-
gelus qui loquebatur in me egrediebatur,
et alius angelus egrediebatur in occursum
eius. Et dixit ad eum: Curre et loquere
ad puerum istum dicens: Absque muro
habitabitur Ierusalem. Dum enim angelus
ad angelum dicit: Curre et loquere, dubium
non est quin alius alium mittit. Sed infe-
riora vero sunt que mittuntur, superiora que
mittunt. Sed quoque de ipsis agminibus
que mittuntur certum tenemus quod et
cum ad nos veniunt, sic exterius implent
ministerium ut tamen numquam desint intus
per contemplationem. Et mittuntur igitur
et assistunt, quia et si circumscriptus est
angelicus spiritus, summus tamen spiritus ipse
qui deus est circumscriptus non est. Angeli
itaque et missi ante ipsum sunt, quia quolibet
missi veniant intra ipsum currunt. Sci-
endum quoque est quod plerumque ipsi beatorum
spirituum ordines vicinorum sibi ordinum
vocabula sortiuntur. Thronos etenim,
scilicet sedes dei, specialem beatorum spirituum ordinem
diximus. Et tamen per psalmistam dicitur:
Qui sedes super cherubim, appare. Quia inde
dum in ipsis distinctionibus agminum cheru-
bim thronus iungitur, sedem etiam
super cherubim deum quoque ex vicini agminis
equalitate perhibetur. Sic quippe in illa
summa trinitate spiritualia quedam singulorum
sunt, ut tamen sint communia omnium. Et que in se
quisque ex parte habet, hoc in alio ordine
totum possidet. Sed ideo uno eodem-
que vocabulo communiter non censentur, ut ille
ordo vocari privato unius cuiusque rei no-
mine debeat qui hanc in munere plenius
accepit. Seraphin namque incendium dixi-
mus, et tamen amore conditoris simul
omnes ardent. Cherubim vero plenitu-

dinem scientie, et tamen quis ibi aliquid
nesciat, ubi omnes ipsum simul fontem
scientie deum vident. Throni illa agmina
quoque quibus conditor presidet vocantur.
Sed beatus esse quis potest nisi creatorem
suum eius mente presideat? Nunc ergo
ex parte ab omnibus habetur in primato
eius dicta sunt nomine qui habet in mu-
nere plenius accepit. Nam et si
quedam talia sit aliis habent ut habere
ab aliis nequaquam possunt, sicut
speciali nomine dominationes et principa-
tus vocantur. Cuncta quippe singulorum
sunt, quia caritate spiritus ab aliis in
aliis habentur. Sed ecce dum celestium
civium secreta rimamur, ab expositionis
nostre ordine longe digressi sumus.
Taceamus interim. Suspiremus
ergo ad illos de quibus loquimur, sed redea-
mus ad nos. Meminisse etenim debe-
mus quia caro sumus. Taceamus
interim de secretis celi. Sed ante con-
ditoris oculos manus penitentie tergamus
pulverem nostre. Ecce ipsa divina misericordia
pollicetur dicens: Gaudium erit in celo
super uno peccatore penitentiam agente.
Et tamen per prophetam dominus dicit:
Quacumque die iustus pecca-
verit, omnes iusticie eius in oblivione
erunt coram me. Pensemus si pos-
sumus dispensationem superne pietatis.
Minatur penam lapsis, vero insur-
gere appetant, promittit veniam. Illos
terret ne presumant in bonis, istos re-
fovet ne desperent in malis. Iustus
es, iram pertimesce, ne corruas. Pecca-
tor es, presume de misericordia ut sur-
gas. Ecce autem iam lapsi sumus, stare
nequaquam valemus, in pravis nostris
desideriis iacemus. Sed qui nos con-
didit rectos expectat et provocat ut sur-
gamus, sinum sue pietatis aperit. Nos
quoque ad se recipere per penitentiam querit.

penitenciam agere est

Sed penitenciam agere digne non possumus
nisi modum quoque eiusdem penitencie
cognoscamus. penitenciam quippe agere
est et perpetrata mala plangere et pla
genda non perpetrare. Nam qui sic
alia deplorat. et tamen alia comit
tit adhuc penitenciam agere aut ignorat
aut dissimulat. Quid enim prodest si quis
peccata luxurie defleat. et tamen adhuc
avaricie estibus anhelat. Aut quid prodest
si ire culpas iam lugeat. et tamen
adhuc invidie facibus tabescat. Sed
minus est valde quod dicimus. ut qui peccata
deplorat ploranda minime committat.
Et qui plangit vicium perpetrare vicia
timeat. Nam cogitandum summo
pere est. ut qui se illicita meminit com
misisse a quibusdam eciam licitis studeat
abstinere quatenus per hoc conditori suo sa
tisfaciat. ut qui commisit prohibita
sibimetipsi abscidere debeat eciam
concessa. Et se reprehendat in minimis
qui se meminit in maximis deli
quisse. Minima sunt que loquor
si sic ex sacri eloquii testimoniis
non affirmo. Lex etenim veteris testamen
ti alienam uxorem concupisci prohibet.
A rege vero fortia imberi militibus
vel desiderare aquam non penaliter ve
tat. Et cuncti novimus quod david
concupiscencie incentione transfixus alienam
coniugem concupiuit et abstulit. Cuius
culpam digna verba sunt secuta et
malum quod perpetravit per penitencie lamen
tum correxit. Qui cum longe post
contra hostium cuneos sederet aquam bibere
ex cisterna ex desiderio voluit. Cuius
electi milites inter catervas adversan
tium medias erumpentes aquam quam
rex desideraverat illesi detulerunt.
Sed vir flagellis eruditus semet
ipsum protinus cum periculo militum
aquam desiderasse reprehendit

eamque domino fundens libavit
sic illic scriptum est. Libavit eam domino.
In sacrificio quippe domini effusa est
quia culpam concupiscencie mactavit
per penitenciam reprehensionis sue. Qui er
go aliquando concupiscere alienam coniugem
non timuit. quia aquam concupiscere
expavit. Qui enim se illicita perpetrasse
meminerat. contra semetipsum iam ri
gidus eciam a licitis abstinebat. Sic
sic agamus penitenciam si ea que commi
simus perfecte deploramus. Pensemus
super nos divicias conditoris nostri
peccare nos videt et pertulit. qui nos
ante culpam peccare prohibuit. eciam
post culpam adventam non desistit.
Ecce ipse nos quem despeximus vocat
aversi ab illo sumus et tamen non avertitur.
Unde bene per ysaiam dicitur. Et erunt oculi
tui videntes preceptorem tuum. et aures
tue audient vocem post tergum mo
nentis. Quasi in faciem homo est
monitus. qui ad iusticiam conditus
precepta rectitudinis accepit. Sed cum
hec eadem precepta contempsit quasi con
ditori suo dorsum mentis in faciem
dedit. Sed ecce adhuc post tergum
sequitur et monet. quia iam et a nobis
contemptus est. et tamen adhuc nos vo
care non cessat. Quasi dorsum ei in
faciem dedimus cuius verba despicimus
cuius precepta calcavimus. Sed stans
post tergum nos adversos revocat qui
et videt quod despicitur. et tamen per precep
ta clamat per penitenciam paciens ex
pectat. Pensate ergo fratres karissimi si cuiuslibet
vestrum loquenti famulus suus subito
superbiret. terga in faciem mitteret numquid
non contemptus dominus eius superbiam
feriret vulnera districte animadversionis
infligeret. Ecce nos peccando auctori nostro

Victorinus presbiter

terga in faciem reddimus et tamen
sustinemur. Superbe auctor benigne
revocat. Et qui ferire nos ad insultus
potuit ut redeamus omnia permittit.
Tanta enim conditoris nostri misericordia dul-
ciam mee reatus emolliat. et hic
qui malum quod fecit experiri percussus
potest saltem ex peccatis erubescat.
Rem fratris breviter refero quam viro ve-
nerabili Maximiano tunc monasterii
mei atque presbytero nunc autem Siracusa-
no episcopo narrante cognovi. Hanc ita-
que si solerter auditis caritati vestre
non breviter suffragari credo. Nostris
modernis temporibus Victorinus quidam exti-
tit qui alio quoque nomine Emilia-
nus appellatus est. Non inops re-
bus iuxta mediocritatem vite sed quia
plerumque regna in rerum opulen-
tia carnis culpa in quoddam facinus
lapsus est quod debuisset valde per-
timescere ac de fine mortis immani-
tate cogitare. Beatus quoque sui con-
sideratione compunctus erexit se contra se.
mundi huius omnia reliquit mona-
sterium petiit. In quo nimirum
monasterio tante se districtionis exer-
cuit suam cogeret vitam despicere
dum illius penam videret. Studu-
it namque toto mentis adnisu cru-
ciare carnem voluptates proprias fran-
gere furtivas orationes querere co-
tidianis se lacrimis lavare despec-
tum sui appetere oblatam a fratribus
venerationem timere. Hic itaque noctur-
nas fratrum vigilias prevenire con-
sueverat et quia mons in quo mona-
sterium situm est ex uno latere in se-
cretiore parte prominebat illuc con-
suetudinem orandi fecerat ante vigi-
lias egredi ut se cotidie in fletu
penitentie quanto secretius tanto liberius

Contemplabatur namque districtio-
nem venienti iudicis sui et eidem iu-
dici concordans puniebat in lacri-
mis reatum facinoris sui. Quadam
vero nocte abbas monasterii vi-
gilans hunc latenter egredientem
intuitus lento foras pede secutus
est. Quem cum in secreto montis
latere cerneret in oratione prostratus
prostratum expectare voluit quando
surgeret. ut ipsam quoque longa-
nimitatem orationis eius exploraret.
tum subito celitus lux emissa
super eum fusa est qui in oratione
prostratus iacebat tantaque se illo
in loco claritas sparsit. ut tota pars
regionis illius ex eadem luce ut
ignis candesceret. Quam abbas ut
vidit intremuit et fugit. Cumque
post longum hore spacium isdem
frater ad monasterium reddisset abbas
eius disceret. An frater se effusionem
tanti luminis agnovisset. requirere
studuit dicens Ubi fuisti frater. At
ille latere se posse credens in mo-
nasterio se fuisse respondit. Quo ne-
gante abbas compulsus est dicere
quod vidisset. At ille videns
se esse deprehensum hoc quoque quod abba-
tem latebat aperuit adiungens
Quando frater me vidisti lucem de celo
descendere. vox etiam pariter venit di-
cens. Dimissum est peccatum tuum.
Et quod omnipotens deus peccatum eius
potuit tacendo laxare. sed loquendo
vocem radiando per lucem exemplo
sue misericordie nostra corda ad penitentiam vo-
luit concitare. Miramur fratres karissimi
quod persecutorem suum Saulum dominus
de celo prostravit. de celo allocutus
est. Ecce nostris quoque temporibus peccator
et penitens vocem de celestibus
audivit. Illi dictum est quid me persequeris

iste vero audire meruit. Dimissum
est peccatum tuum. Longe et inferioris
meritis peccator iste penitens quam pa-
ulus. Sed quia adhuc in te de
saulo loquimur crudelitate necis
anhelante, liceat audacter dicere
quia saulus propter superbiam vocem
increpationis, iste propter humilitatem
vocem consolationis audivit. Hunc
quia humilitas straverat, divina
pietas erigebat. Illum quia super-
bia erexerat, divina severitas humilia-
bat. Habete ergo fiduciam fratres de
misericordia conditoris nostri. Recogitate
que fecistis, largitatem superne
pietatis aspicite, et ad misericordem iudi-
cem, dum adhuc expectat, cum
lacrimis venite. Considerantes namque
quod iustus sit, peccata vestra nolite ne-
gligere. Considerantes vero quod pius sit,
nolite desperare. Prebet apud deum homini
fiduciam deus homo. Est nobis spes
magna penitentibus, quia advocatus
noster factus est iudex noster, qui vivit
et regnat cum patre in unitate
spiritus sancti deus per omnia secula
seculorum. Amen. Secundum Lucam
In illo tempore dicebat ihesus disci-
pulis suis: Cum audieritis prelia
et seditiones, nolite terreri. Oportet
hec primum fieri, sed non dum statim fi-
nis. Et reliqua. Omelia beati
Gregorii pape de eadem lectione
Quia longius ab urbe digressi
sumus, ne ad revertendum nos tar-
dior hora prepediat, necesse est ut exposi-
tionem sancti evangelii brevior sermo
transcurrat. Dominus ac redemptor
noster perituri mundi precurrencia mala de-
nunciat, ut eo minus perturbent
venientia quo fuerint prescita. Mi-
nus autem iacula feriunt que previdentur.
Et nos tollerabilius mundi mala

suscipimus si contra hec per scientie clipeo mu-
nimur. Ecce etenim dicit: Cum audieritis
prelia et sediciones nolite terreri. Oportet
primum hec fieri, sed non dum statim finis.
Pensanda sunt verba redemptoris nostri
per que nos interius aliud, aliud exterius
passuros esse denunciat. Bella quippe
ad hostes pertinent, sediciones ad cives.
Ut ergo nos indicet interius exteri-
usque turbari, aliud fatetur nos ab hosti-
bus, aliud a fratribus perpeti. Sed his
malis prevenientibus, quia non statim fi-
nis sequatur, adiungit: Surget
gens contra gentem, et regnum adversus re-
gnum, et terre motus magni erunt per
loca, et pestilencie et fames, terroresque
de celo, et signa magna erunt. Vel
sicut in quibusdam codicibus invenitur:
terroresque de celo et tempestates.
Atque paulo post subditur: Et signa magna
erunt. Ultima tribulacio multis tribu-
lacionibus prevenitur. Et per crebra mala
que preveniunt indicantur mala perpetua
que subsequuntur. Et ideo post bella
et sediciones non statim finis, quia multa
debent mala precurrere, ut malum
valeant sine fine nunciare. Sed cum
tot signa perturbationis dicta sint, oportet
ut eorum consideracionem breviter per singula
perstringamus, quia necesse est ut alia e ce-
lo, alia e terra, alia ab elementis, alia
ab hominibus paciamur. Ait enim: Surget
gens contra gentem: ecce perturbacio hominum.
Erunt terre motus magni per loca:
ecce respectus ire desuper. Erunt pe-
stilencie: ecce inequalitates corporum.
Erit ~~fames~~ fames: ecce sterilitas terre.
Terroresque de celo et tempestates: ec-
ce inequalitates aeris. Quia ergo
consummanda sunt, ante consummacionem

omnia perturbat. Et quia in cunctis
delinquimus, in cunctis ferimur, ut im-
pleatur quod dicitur: Et pugnabit pro eo
orbis terrarum contra insensatos. Omnia
namque que ad usum vite accepimus
ad usum convertimus culpe. Sed cuncta
que ad usum pravitatis infleximus
ad usum nobis vertuntur ultionis. Tran-
quillitatem quippe humane pacis
ad usum vertimus vane securitatis, per-
egrinationem terre pro habitatione dileximus,
per salutem corporum redigimus in usum
vitiorum. Ubertatis habundantiam non ad
necessitatem carnis, sed ad perversitatem
intorsimus voluptatis. Ipsa serena
blandimenta ad amorem nobis servire
coegimus terrene habitationis delectationis.
Iure ergo restat ut simul nos omnia
feriant, que simul omnia vitiis nostris
male subacta serviebant. Et quot
prius in mundo incolumes ha-
buimus gaudia, tot de ipso postmodum
cogamur sentire tormenta. Notandum
vero est quod dicitur: Terrores quoque de celo et tem-
pestates. Cum tempestates hyema-
les venire ex ordine temporum soleant,
cur hoc loco tempestates venire in predi-
cationis signo perhibentur, nisi quod eas tempe-
states dominus venire denuntiat
que nequaquam ordinem temporis
servant? Que ordinate veniunt
signa non sunt. Sed tempestates
in signo sunt que ipsa quorum temporum
statuta confundunt. Quod nos quoque
nuper experti sumus, quia estivi tempore
ecce comisimus in pluviis hyema-
libus vidimus. Terra autem cuncta
hec non de iniustitia ferientis sunt,
sed de merito mundi patientis. Fa-
cta pravorum hominum permittunt. Tunc dicitur:
Sed ante hec omnia inicient vobis
manus suas et persequentur
et tradent vos in synagogis du-

centes ad reges et presides propter nomen
meum. Ac si aperte dicat: Prius
corda hominum et post elementa turba-
buntur, ut cum rerum ordo confunditur,
ex qua iam retributione veniat de-
monstretur. Nam quamvis finis mundi
ex ipso suo ordine pendeat, perversio-
res tamen quosque inveniens, quo
digne terminus illius appropinquat,
innotescit. Et subditur: Trahen-
tes ad reges et presides propter nomen
meum. Contingent hec vobis
in testimonium. In testimonium videlicet
eorum ipsi corum qui aut persequendo
mortem inferunt aut videndo
non imitantur. Mors quippe iustorum
bonis in adiutorium est, malis in
testimonium. Ut inde perversi sine
excusatione pereant, unde instru-
Ponite ergo in cordibus vestris non
premeditari quemadmodum respondeatis.
Ego enim dabo vobis os et sapientiam
cui non poterunt resistere et contradicere
omnes adversarii vestri. Ac si aperte mem-
bris suis infirmantibus dicit: No-
lite terreri, nolite pertimescere. Vos
ad certamen accedistis, sed ego prelior.
Vos verba editis, sed ego sum qui
loquor. Sequitur: Trademini autem
a parentibus et fratribus et cognatis et
amicis et morte afficient ex vobis.
Minore dolore mala ingerimur
que ab extraneis inferuntur. Plus
vero in nobis ea tormenta seviunt
que ab aliis patimur de quorum amore
presumebamus. Quia cum dam-
no corporis mala nos cruciant a-
misse caritatis. Hinc est enim quod de
traditore suo per psalmistam dominus
dicit: Et quidem si inimicus meus
maledixisset utique michi, suppor-
tassem utique. Et si is qui oderat

me super me magna locutus fu-
isset, abscondissem me utique ab eo.
Tu vero homo unanimis dux meus
et notus meus. Qui simul mecum
dulces capiebas cibos, in domo
domini ambulavimus cum consensu.
Et rursum: Homo pacis meae
in quo speravi, et qui edebat pa-
nes meos, ampliavit adversum
me supplantationem. Ac si de tra-
ditore suo apertis vocibus dicat:
Eius confessionem eius gravius pertu-
li, quanto contra me ab eo qui meus vi-
debatur sensi. Omnes ergo electi
quia summi capitis membra sunt, ca-
put quod suum in passionibus secuti
sunt, ut ipsos adversarios in sua morte
sentiant, de quorum vita proficiebant.
Et tanto eis eis crescit. intus
operis quanto eis virtutis lucrum proficit
ex aliena dampno caritatis. Sed
quia dura sunt que perferuntur de
afflictione mortis consolatio perci-
piatur de gaudio resurrectionis subditur cum dicitur:
Capillus de capite vestro non peribit.
Scimus fratres quia caro incisa dolet,
capillus incisus non dolet. Ait
ergo martyribus: Capillus de capite
vestro non peribit. Ac si aperte dicatur:
Cur timetis ne pereat quod incisum
dolet, quando et illud in vobis perire
non potest quod incisum non dolet. Sequitur:

De patientia

In patientia vestra possidebitis animas
vestras. Ideo possessio animae in
virtute patientiae ponitur, quia et
radix omnium custosque virtutum pa-
tientia est. Per patientiam vero possidebi-
mus animas vestras, quia dum nobis
ipsis dominari discimus, hoc ipsum
incipimus possidere quod sumus. Pa-
tientia vera est aliena mala aequanimiter perpeti,
contra eum quoque qui mala irrogat
nullo dolore morderi. Nam qui
sic proximi mala portat ut ta-
citus doleat, ipse dignae retributi-
onis quaerat, patientiam non habet sed ostendit.
Scriptum est: Caritas patiens est, be-
nigna est. Patiens namque est ut
aliena mala toleret. Benigna vero
ut ipsos etiam quos portat amet.
Hinc namque veritas dicit: Diligi-
te inimicos vestros, benefacite his qui vos
oderunt, orate pro persequentibus et
calumniantibus vos. Virtus itaque
est coram hominibus adversarios tolerare,
sed virtus coram deo diligere. Quia
hoc solum sacrificium deus accipit
quod ante eius oculos in altari boni
operis flamma caritatis incendit. Scien-
dum vero est quod plerumque ideo patientes esse
videmur quia retribuere mala non
possumus. Qui ergo idcirco malum
non retribuit quia nequaquam valet, pro-
culdubio ut praediximus patiens non
est, quia patientia non in ostensione quaeritur
sed in corde. Per patientiam autem mali-
tia ipsa virtutum doctrina dissipatur.
Scriptum namque est: Doctrina viri per
patientiam noscitur. Tanto ergo quisque
minus ostenditur doctus quanto convincitur
minus patiens. Neque enim potest veraciter
docendo bona impendere si vivendo
nesciat aequanimiter aliena mala tol-
lerare. Quanto enim culmine virtus
patientiae polleat, Salomon
indicat dicens: Melior est patiens
viro forti, et qui dominatur animo
suo expugnatore urbium. Minor est
victoria urbes expugnare, quia extra
sunt quae vincuntur. Magnus autem est
quod per patientiam vincitur, quia ipse a se
animus superatur et semetipsum sibimet
ipsi subicit, quando eum patientia in humili-
tate tolerantiae sternit. Sciendum vero est
quod plerumque evenire patientibus solet
ut eo quidem tempore quo adversa pati-
untur vel contumelias audiunt nullo
dolore pulsentur, et sic patientiam

exhibeant ut custodire etiam cordis
innocentiam curant Sed cum post
paululum hec ipsa que pertulerunt
ad memoriam revocant igne vehe-
mentissime doloris instigantur Ar-
gumenta ultionis inquirunt et man-
suetudinem quam tolerantes habuerunt
in retractatione sua semetipsos diiu-
dicantes perdunt Callidus namque
adversarius bellum contra duos mo-
vet Unum videlicet inflammans ut con-
tumelias prior inferat Alterum vero
provocans ut contumelias lesus
reddat Sed eius iam victor exti-
tit quem ad proferendas contumelias
commovit Contra illum acrius dolet
quem ad reddendas iniurias commovere
non potuit Unde fit ut tota se virtute
contra eum erigat quem contumelias for-
titer pertulisse considerat quem ergo commovere
iniuriarum iaculatione non potuit ab
aperto certamine interim recedens in se-
creta cogitatione deceptionis insidiatur
tempus Et qui publicum bellum perdidit
exercendas occulte insidias exardescit
Quietis namque iam tempore ad victoris
animum redit et iam vel dampna rerum
vel iniuriarum iacula ad memoriam
reducit Cuncta ergo que sibi illata sunt
vehementer exaggerat fuisse intolerabilia
ostendit Et mesticie animum tanto merore
conturbat Ut plerumque vir patiens is
se captivum tolerare etiam post victoriam
captus erubescat seque non reddidisse
contumelias doleat et deteriora repen-
dere si occasio prebeatur querat Cui er-
go isti sunt similes nisi hiis qui
per fortitudinem in campo victores sunt
Sed per negligentiam postmodum intra
urbis claustra capiuntur Cui isti
sunt similes nisi hiis quos irru-
ens gravis languor a vita non
subtrahit Sed leviter veniens re-
diviva febris occidit Ille vero patien-
tiam servat qui et ad tempus
aliena mala sine dolore tolerat et
hec eadem retractans pertulisse se
talia exultat ne bonum patientie quietis
tempore perdat quod in perturbationibus cu-
stodivit Sed quia natale martiris
hodie colimus fratres mei nequaquam
nos a virtute eius patientie estimare
extraneos debemus Si enim adiu-
vante nos Domino virtute patientie ser-
vare contendimus et in pace ecclesie
vivimus et tamen martirii palmam
tenemus Duo quippe sunt martirii
genera unum in publico aliud in men-
te simul et actione Itaque esse martires
possumus etiam si nullo ferro persequen-
tium trucidemur Mori quippe
a persequente martirium in aperto opere est
ferre vero contumelias odientem dilige-
re martirium est in occulta cogitatione
Nam quia duo sunt martirii genera
unum in occulto opere aliud in publi-
co testatur veritas que Zebedei filios
requirit dicens Potestis bibere cali-
cem quem ego bibiturus sum Cui cum
protinus responderent possumus illico
Dominus respondit dicens Calicem quidem
meum bibetis Quid enim per calicem
nisi dolorem passionis accipimus De
quo alibi dicit Pater si fieri potest tran-
seat a me calix iste Et Zebedei filii
id est Iacobus et Iohannes non uterque
per martirium occubuit et tamen quia uterque
calicem biberet audivit Iohannes
namque nequaquam per martirium vitam
finivit sed tamen martir extitit quia
passionem quam non suscepit in corpore ser-
vavit in mente Et nos ergo hoc ex-
emplo sine ferro esse martires possumus
Si patientiam veraciter in animo custodi-
amus Non abre arbitror fratres
karissimi si unum vobis exemplum suadende
patientie ad edificationem loquor Sunt quidam

Stephanus vir sanctus et valde paciens

Diebus vero nostris Stephanus nomine presbyter in monasterio iuxta Reatine urbis menia constitutus. Vir valde sanctus patiencie virtute singularis. Et supersunt multi qui illum noverunt ex quibus vel vitam vel obitum narravit. Erat autem huic lingwa rustica sed docta vita. Hic pro amore celestis patrie cuncta despexerat possidere aliquid in hoc mundo fugiebat. Tumultus devitabat hominum crebris ac prolixioribus oracionibus intentus erat. Virtus tamen paciencie in eo vehementer excreverat ita ut eum sibi amicum crederet qui ei molestie aliquid irrogasset. Reddebat contumeliis gracias. Si quod in ipsa sua inopia ei dampnum fuisset illatum hoc maximum lucrum putabat. Omnes suos adversarios nichil aliud quam adiutores estimabat. Hunc cum dies mortis eius egredi de corpore urgeret convenerunt ut tam sancte anime de hoc mundo recedenti suas animas commendarent. Cumque circa lectum illius hii qui convenerant omnes assisterent alii corporeis oculis ingredientes angelos viderunt sed dicere aliquid nullo modo potuerunt. Alii omnino nichil viderunt. Sed omnes qui aderant tam vehementissimus timor perculit ut nullus egrediente sancta anima illic stare potuisset. Et hii ergo qui viderant et qui omnino nichil viderant uno omnes timore perculsi et territi fugerunt. Nullus ergo illic assistere illo moriente potuit. Pensate fratres omnipotens deus quam terribilis erat cum districtus iudex venturus est si sic assistentes terruit cum gratus remunerator venit. Aut qualis timor post cum videri potuit si sic mentes presencium stravit et quidem videri non potuit. Ecce fratres huius sinata illa in ecclesiastica pace paciencia ad quantum huius retribucionis culmen excrevit quid hunc conditor intus dedit dignum nobis tam gloriam in die eius et foris innotuit. Cum huic credimus ingressi sancte virtutibus sociatum quod attestantibus corporis quoque oculis abditis spiritibus constat esse susceptum. Nullo iste gladio percussus occubuit et tamen corona paciencie coronatus pervenit quam in mente tenuit ingressione percepit. Probamus cotidie verum esse quod per eum nos dictum est quia sancta ecclesia electorum floribus plena est in pace lilia in bello rosas. Paciencia vero tribus modis exerceri solet. Alia namque sunt que a deo alia que ab antiquo adversario alia que a proximo sustinemus. A proximo namque persecuciones dampna et contumelias ab antiquo vero adversario temptamenta a deo autem flagella toleramus. Sed in omnibus hiis tribus modis vigilanti oculo se mens circumspicere debet ne contra mala proximi pertrahatur ad retribucionem mali ne contra temptamenta adversarii seducatur ad delectacionem vel consensum delicti ne contra flagella opificis ad excessum prorumpat murmuracionis. Perfecte enim adversarium vincit quem mens nec temptamenta eius ad delectacionem atque consensum non traxerit et nec contumelias proximi custodit ab odio et nec flagella dei compescit a murmuracione. Nec hic agentes retribucionem nobis presencia bona requiramus. Nam pro labore paciencie bona speranda sunt sequentis vite ut tunc primum nostri laboris incipiat quando omnis iam labor funditus cessat. Unde et per psalmistam dicitur: Non in fine oblivio erit pauperis paciencia pauperum non peribit in finem. Quasi enim perire paciencia pauperum cernitur cum nichil pro illa in hac vita temporalibus recompensatur. Sed paciencia pauperum non peribit quia tunc eius gloria percipitur cum simul omnia laboriosa-

timiant. Servate ergo fratres in mente patientiam, eam que cum res exigit exercete in operatione. Nullum vestrum ad odium proximi contumeliosa verba commoveant, nulla peritura rerum perturbent. Si enim fixa mente mansura pertimescitis, dampna rerum transeuntium gravia non putatis. Si eterne retributionis gloriam conspicitis, de temporali iniuria non doletis. Tolerate ergo adversarios nostros, sed ut fratres diligite quos toleratis. Eterna premia pro dampnis temporibus querite. Nec quisquam vestrum suis viribus hanc implere posse confidat, sed obtinete precibus ut ipse hanc impleat qui precepit. Et scimus quia petentes libenter exaudiet quando hoc petitur largiri quod iubet. Cum cotidie pulsatur in presenti cordis opitulatur in temptatione. Per Christum dominum nostrum qui cum deo vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen. Secundum Lucam

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos. Et misit servum suum hora cene dicere invitatis ut venirent quia parata sunt omnia. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Hoc distare fratres karissimi inter delicias corporis et cordis solet, quod corporales delicie cum non habentur grave in se desiderium accendunt, cum vero habite eduntur comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spirituales delicie cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio. Tantoque a comedente amplius esuriuntur, quanto ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet. In istis appetitus vilis est et experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat. In istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales delicie desiderium in mente dum satiant. Quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod avidius ametur. Et idcirco non habite amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Proinde psalmista nos admonet dicens: Gustate et videte quoniam suavis est dominus. Ac si aperte dicat: Suavitatem eius non cognoscitis si hanc minime gustatis. Sed cibum vite ex palato cordis tangite, ut probantes eius dulcedinem amare valeatis. Has autem homo delicias tunc amisit cum in paradiso peccavit. Extra exiit cum a cibo interne dulcedinis clausit. Unde nos quoque nati in huius peregrinationis erumpna huc fastidiosi iam venimus, nescimus quid desiderare debeamus. Tantoque se amplius fastidii nostri morbus exaggerat, quanto magis ab esu illius dulcedinis animus elongat. Et eo iam internas delicias non appetit, quo eas comedere diu longeque desuevit. Fastidio ergo nostro tabescimus, et longa inedie peste fatigamur. Et quia gustare intus paratam nolumus dulcedinem, amamus foris miseri famem nostram. Sed superna nos pietas nec deserentes se deserit. Contemptas enim illas delicias ad memorie nostre oculos revocat, easque nobis proponit in promissione, et torporem excutit atque ut fastidium nostrum repellere debeat invitat. Nam dicit: Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos. Quis homo iste est nisi ille de quo per prophetam dicitur: Et homo est, et quis cognoscet eum? Qui fecit cenam magnam, quia satietatem nobis dulcedinis interne preparavit. Qui multos vocavit, sed pauci veniunt, quia non

Hec cena vocatur et non prandium

iniquum ipsi qui ei per fidem subiecti
sunt ex eius convivio male vi-
vendo contradicitur. Quid est autem hora
cene nisi finis est mundi
In quo nimirum Deus invitatos ut ve-
nirent. Quid hora cene nisi finis
est mundi. In quo nimirum nos su-
mus sicut iam dudum Paulus testa-
tur dicens. Nos sumus in quos
fines seculorum devenerunt. Si ergo
iam hora cene est cum vocamur tanto
minus debemus excusare a convivio
Dei. Quanto appropinquasse iam termi-
nus finem seculi cernimus pensa-
mus quid nichil est quod restat
eo debemus pertimescere ne tempus gratie
quod prius est pereat. Recte autem hoc con-
vivium Dei non prandium sed cena
nominatur quia post prandium cena
restat. Post cenam vero convivium
nullum restat. Et quia eternum Dei
convivium nobis extremo preparabitur. rec-
tum fuit ut hoc non prandium
sed cena vocaretur. Sed quis per
hunc sunt qui a patrefamilias mit-
titur ad invitandum nisi predica-
torum ordo signatur. Quem nos vero
ordine quamvis adhuc indigni exi-
stimamus quamvis peccatorum nostrorum pon-
deribus gravamur et nos tamen in isto
diebus sumus. Et cum de edifica-
tione vestra vobis aliquid loquor hoc
est quod ago. Servus enim sum summi
patrisfamilias cum vos admoneo
a contemptu seculi invitare vos venio
ad cenam Dei. Nemo me prop-
ter hoc in loco despiciat. Et si ad
invitandum nequaquam dignus appareo
sed tamen magne sunt delicie quas
promitto. Sepe fratres mei solet evenire
quod dico ut persona potens famu-
lum habeat despectum. Cumque per
eum suis forte vel extraneis aliqua
quod rursum mandat non despicit
persona loquentis famuli servatur
in corde reverentia mittentis. Dum

nec pensant qui audiunt personam
sed quod illa que audiunt. Ita ergo
fratres ita vos agite et si vos forsi-
tan non despicitis in nuncio
tamen vestra vocantis Domini reverentia
servate. Domino si summi patrisfami-
lias libenter obedite corda vestra di-
scutite atque ex eis mortale fastidium
pellite. Sed repellendum namque
fastidium mundi iam parata sunt omnia.
Sed si adhuc carnales estis fortas-
se epulas carnales inquiritis. Ecce
ipse carnales epule in spirituali nobis
alimento converse sunt. Ad abstergen-
dum namque mentis nostre fastidium in ce-
na Dei ille nobis singularis agnus
occisus est. Sed quid agimus qui
hoc quod subiungitur adhuc sicut audivimus
Et ceperunt simul omnes excusare
Offert Deus quod rogari debuit
non rogatus dare vult quod vix sperare
poterat quia dignatur largiri po-
stulatus. Contemptoribus non paratas
delicias refectionis eterne denuntiat
et tamen simul omnes excusant. Po-
namus ante oculos mentis mi-
nima ut possimus digne pensare
maiora. Si quis prepotens aliquem ad in-
vitandum quemlibet pauperem mitteret. quid
fratres rogo quid pauper ille fecisset
nisi de eadem sua invitatione
gauderet. Rursum humiliter redderet
vestem mutaret vix quam totius festi-
naret ne prior se ad potentis con-
vivium alter occurreret. Homo ergo
dives invitat et pauper occurrere
festinat ad Dei invitamur convivium
et excusamus. Et certe nunc habet esti-
mare possumus quod sub corda nostra
rudescant. Occultis enim fortasse
sub cogitationibus dum excusare no-
lumus. Ad illud enim sive refectionis
convivium et vocari et pervenire postulamus

loquentes nobis talia inlectos inve
nium dicit. Qui non plus terrena quam
celestia diligunt. Qui non amplius
rebus corporalibus quam spiritualibus occupantur
Unde hic quorum ipsa excusancium
causa subiungitur. cum infertur Primus
dixit Villam emi et necesse habeo exire
et videre illam rogo te habe me ex
cusatum. Per villam nisi terrena substancia
designatur. Exit ergo videre villam
qui sola exteriora cogitat propter substanciam
Alter dixit Iuga boum emi
quinque. et eo probare illa Rogo te habe
me excusatum. Quid in quinque iugis
boum. nisi quinque corporis sensus ac
cipimus. Qui recte quoque nominati
iuga vocati sunt. quia in utroque
sexu geminantur. Qui videlicet corporales sensus
quia intima comprehendere nesciunt
sed sola exteriora cognoscunt et dese
rentes intima exteriora solum tangunt
recte per eos curiositas designatur. Que
dum alienam querit vitam discutere
semper sua intima nesciens studet
exteriora cogitare. Grave namque curio
sitatis est vicium que dum cuiuslibet
mentem ad investigandam vitam proximi
exterius ducit. semper ei sua intima
abscondit. Ut aliena sciens se ne
sciat. et curiosi animus quanto peritus
fuerit alieni meriti tanto fiat igna
rus sui. Propter hoc et de hiisdem
quinque iugis boum dicitur Eo probare
illa rogo te habe me excusatum
Ipsa enim excusantis verba amici
sui significatione non discrepant
Dum dicit eo probare. quia videlicet
aliquando pertinere probatio ad curiositatem
solebat Sed notandum quod et is qui propter
villam et is qui propter probanda iuga
boum cenam sui invitatoris excu
sat humilitatis verba permiscet di
cens. rogo te habe me excusatum

Dum enim rogo. et tamen venire
contempnit humilitas sonat in voce
superbia in actione. et ecce hoc dum
dicat pravus quisque cum audit
nec tamen ea que diiudicat agere
desistit. Nam dum cuilibet perverse
agenti dicimus conuertere. deum seque
re. mundum relinquere. nisi hunc
nisi ad dominicam cenam vocamus
Sed cum respondeat ora pro me quia
peccator sum hoc facere non possum
quid aliud agit. nisi rogat et ex
cusat. Dicens namque peccator sum
humilitatem insinuat. subiungens ac
converti non possum. Superbiam demon
strat. Rogando ergo excusat qui
et humilitatem pretendit in voce et
superbiam exercet in actione. Alius
autem dixit Uxorem duxi et ideo
non possum venire. Quid per uxorem
nisi voluptas carnis accipitur.
Nam quamvis bonum sit coniugium
atque ad propagandam sobolem pro
videncia divina constitutum. non
nulli tamen. non per hoc fecundita
tem prolis. Sed desideria expetunt
voluptatibus. Et ideo per rem iustam
signari potest non incongrue res in
iusta. Ad cenam nos eterni ergo
convivii summus paterfamilias invitat
Sed dum alius voluptati. alius
curiositati. carnis est deditus. nu
mine respondit pro hiis omnibus excusat
Quem hinc terrena cura occupat
illum alieni actus sagax cogi
tacio devastat. Alterius etiam men
tem voluptas carnalis inquinat
fastidiosus quisque ad eterne vite epu
las non festinat. Sequitur Et reversus
servus nunciavit hec domino suo
Tunc iratus paterfamilias dixit
servo suo Exi cito in plateas et

uxorem duxi

et vicos civitatis. et pauperes ac debiles. cecos et claudos introduc huc. Ecce qui terrene substantie plus incubat. venire ad cenam refugit. Quia qui carnalibus desideriis insistit. spiritualis convivii epulas respuit. Quia qui labori curiositatis insudat. parata vite alimenta fastidit. Quia ergo venire contempnunt. pauperes eliguntur. Cur hoc nisi quia iuxta Pauli vocem. infirma mundi elegit deus ut confundat fortia. Sed notandum nobis est quomodo describantur. qui ad cenam vocantur et veniunt pauperes et debiles. Qui debiles quia iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Nam pauperes quasi fortes sunt. qui et positi in paupertate superbiunt. Ceci vero sunt qui nullum ingenii lumen habent. Claudi quoque sunt qui rectos gressus in opere non habent. Sed dum morum vitia in membrorum debilitate signantur. profecto liquet quia sicut illi peccatores fuerunt qui vocati venire noluerunt. ita hii quoque peccatores sunt qui invitantur et veniunt. Sed peccatores superbi respuuntur. ut peccatores humiles eligantur. Hos itaque elegit deus. quos despicit mundus. Quia plerumque ipsa despectio hominem revocat ad semetipsum. Nos enim qui patrem reliquit et partis substantiam quam perceperat prodige expendit postquam esurire cepit in se reversus dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei habundant panibus. Longe quippe a se discesserat. qui peccabat. et si non esuriret in semetipsum minime redisset. Quia postquam terrenis rebus indiguit. tunc cogitare cepit quod de spiritualibus amisit. Pauperes et debiles. ceci et claudi vocantur et veniunt. quia infirmi quique in hoc mundo despecti plerumque tanto celerius dei vocem audiunt. quanto

In domo patris mei multi sunt mercenarii

non habent in quo delectentur. Quod bene Amalechitarum puer ille egyptius designat. qui Amalechitis predantibus atque currentibus. eger remansit in via. fame sitique aruit. Quem talem David invenit ei cibum potumque prebuit. qui illo illico convalescentes dux David factus est comitatus Amalechitas reperit. et eos qui se debilem reliquerant cum magnitudine prostravit. Amalechita quippe populus lambens vocatur. Et quid per lambentem populum. nisi mentes secularium designantur. Que terrena cuncta ambiendo quasi lambunt. dum solis temporalibus delectantur. Quasi enim populus lambens predam facit. dum terrena diligentes lucra de alienis dampnis exaggerant. Sed puer egyptius quem in via reliquit. quia peccator quisque dum infirmari abhinc mundi statu cepit. mox secularibus mentibus in despectum venit. Quem tamen David invenit. ei quoque cibum et potum prebet. Quia manu fortis dominus abiecta mundi non despicit. et plerumque qui secundum mundum minime valentes. quasi in via remanet. ad amorem suum gratiam convertit eisque verbi sui cibum potumque porrigit. et quos duces sibi in via elegit. dum nos etiam predicatores facit. Dum enim Christum peccatorum cordibus inferunt. quasi David per hostes ducunt. Quem comitatus Amalechitas. velut David gladio feriunt. quia superbos quosque qui se in mundo desperexerunt. verbi virtute prosternunt. Puer ergo egyptius qui in via remanserat. Amalechitas interficit. quia plerumque ipsi mentes secularium predicando superat. qui prius cum secularibus in hunc mundum non valebant currere. Sed deductis ad cenam pauperibus quid puer subiungat audiamus. Domine factum est ut imperasti. et adhuc locus est. Multi tales ad cenam ducuntur

Debiles regnum dei implet

ex iudea colligi potuit. Sed multitudo
que ex israelitico populo credidit, locum
superni convivii non implevit. Intrat
iam frequentia iudeorum, sed adhuc locus
vacat in regno, nisi suscipi debeat
numerositas gentium. Unde eidem servo
dicitur: Exi in vias et sepes et com-
pelle intrare, ut impleatur domus
mea. Cum de vicis et plateis ad ce-
nam quosdam dominus invitat, illum
vero populum designat qui tenere legem
sub urbana conversatione noverat. Cum
vero convivas suos colligi ex viis et
sepibus precipit, nimirum agrestem populum
colligere, id est gentilem, querit. De cuius
significatione per psalmistam dicitur:
Tunc exultabunt omnia ligna sil-
varum ante faciem domini, quia venit.
Ligna enim silve gentes vocate sunt,
quia in infidelitate sua torte et infru-
ctuose semper fuerunt. Qui enim ergo ex illo
agresti usu commissi sunt ad cenam
quasi ex sepibus veniunt. Notandum
vero est quod in hac invitatione tertia
non dicitur invita, sed compelle in-
trare. Alii enim vocantur et venire
contempnunt. Alii vocantur et veni-
unt. Alii autem nequaquam dicitur quod vocantur,
sed compelluntur ut intrent. Voca-
tur et venire contempnunt qui donum
quidem intellectus percipiunt, sed eius
intellectum operibus non sequuntur. Vocantur
et veniunt qui acceptam intellectus
graciam operando perficiunt. Quidam vero
sic vocantur ut etiam compellantur.
Nam sunt nonnulli qui bona fa-
cienda intelligunt. Sed hec facere
desistunt. Vident que agere debeant,
sed hec ex desiderio non sequuntur. Hos
ut sepius diximus plerumque contingit
ut eos in carnalibus desideriis suis
mundi huius adversitas feriat. Ap-
prehendere temporalem gloriam conatur conantur
et nequeunt, et dum per alta pelagi
quasi ad grandiores cursus huius seculi

navigare proponunt, semper adversis flu-
ctibus ad deiectionis sue littora repel-
lantur. Cumque se frangi in desi-
deriis suis adversitate modo mundi
conspiciunt, quod deo se auctori non debeant
commemorat, ita ut ad deum erubescen-
tes redeant, qui enim superbientes
pro mundi amore deseruerant. Sepe
namque nonnulli ad temporalem gloriam
proficere volentes aut longa egritudine
tabescunt, aut afflicti iniuriis con-
cidunt, aut percussi gravibus dampn-
nis affliguntur, et in mundi dolore
vident quia nichil confidere de eius
voluptate debuit, seque ipsos in suis
desideriis reprehendentes ad deum
corda convertunt. De huius quippe deus
per osee prophetam dicit: Ecce ego sepiam
vias tuas spinis, et sepiam eas
maceria, et semitas suas non inveniet.
Et sequetur amatores et non apprehendet
eos, queret et non inveniet eos et di-
cet: Vadam et revertar ad virum
meum priorem, quia michi bene
erat tunc magis quam nunc. Vir
enim eius quod fidelis anime deus est,
quod huic vero ei est coniuncta per fidem. Sed
illa que commutata deo fuerat anima
amatores suos sequitur, quia mens
que iam per fidem credidit, ad hunc
se immundis spiritibus in operatione subster-
nit, mundi gloriam querit, carnali de-
lectatione pascitur, exquisitis volup-
tatibus innititur. Sed plerumque omnipo-
tens deus electam animam misericorditer re-
spicit, et eius voluptatibus amaritu-
dines permiscet. Unde dicit: Ecce ego
sepiam vias tuas spinis. Vie enim
nostre spinis septe sunt, quia in hoc
quod male cupimus dolorum permittaciones
invenimus. Et sepiam eas maceria
et semitas suas non inveniet. Vi-
e maceria sepiuntur tunc desideriis

uris dure in hoc mundo obiectionis
resistunt. Et semitas invenire non
possumus, quia hoc quod male querimus
adipisci prohibemur. Et sequetur
amatores suos et non apprehendet eos.
Queret et non inveniet eos, quia mali-
gnos spiritus, quibus se in pravis desideriis
anima subdidit, ad desideriorum suorum effectum
minime comprehendit. Sed dicat salubri
adversitate quanta utilitas vastat adiun-
git, tunc subditur: Et dicit: Vadam
et revertar ad virum meum priorem, quia
bene michi erat tunc magis quam
nunc. Postquam vias spinis septas
invenit, postquam amatores suos
apprehendere non valet, ad amorem
viri prioris redit, quia plerumque postquam
in hoc mundo non possumus obtinere
que volumus, postquam in terrenis de-
sideriis de impossibilitate lassamur, tunc
ad mentem Deum reducimus, tunc pla-
cere incipit quod displicebat. Et ibi que
nobis amara fuerant precepta repente
dulcescit in memoria, et peccatrix
anima que adultera conata est, Et ut
tam apto ope potuit decernit esse
fidelis coniux. Cum huius mundi
adversitatibus fracti ad Dei amorem re-
deunt atque appetitus vite desiderens
se corrigunt, quid isti fratres karissimi nisi
compelluntur ut intrent? Sed valde
est tremenda sententia que protinus subinfertur:
Intenta hanc cordis aure percipite,
fratres, et Dominum nostrum ingratis peccatores
fratres mei in contitum misti Dominum nostrum
Intenta hanc aure percipite, ut tanto
eam minus sentiatis in examine, quan-
to nunc auditis formidolosius in
predicatione. Ait enim: Dico autem vobis
quod nemo virorum illorum qui vocati
sunt gustabunt cenam meam. Ecce
vocat per se, per angelos vocat, per patriar-
chas vocat, per prophetas vocat, per
apostolos, per pastores vocat, etiam per nos
vocat, plerumque per miracula vocat,
plerumque per flagella vocat, aliquando
per mundi huius prospera vocat, aliquando
per adversa. Nemo contempnat, ne dum
vocatus excusat, cum voluerit intrare
non valeat. Audite quid sapientia per Salomonem
dicit: Tunc invocabunt me et non
exaudiam; mane consurgent et non
invenient me. Hinc est quod fatue vir-
gines tarde venientes clamant: Domine
domine, aperi nobis. Sed iam tunc adi-
tum querentibus dicitur: Amen dico vobis,
nescio vos. Rogamus ergo, fratres karissimi,
nisi relinquere omnia debemus, curas
mundi postponere, solis desideriis inhi-
are. Sed hec paucis data sunt. Ad-
monere vos volo ut relinquatis
omnia. Sed non presumo. Si ergo cuncta
mundi relinquere non potestis, sic
tenete que huius mundi sunt, ut tamen
per ea non teneamini in mundo, ut terre-
na res possideatur, non possideat, ut
sub mentis vestre sit dominio quod possi-
detis, ne si mens vestra terrenarum rerum
amore vincit, a rebus suis magis
ipsa possideatur. Sit ergo res temporalis
in itinere, desideretur eterna in perven-
cione. Quasi ex latere respiciatur quidquid
quod in hoc mundo agitur. Ante nos
autem tendant mentis oculi, dum tota
intentione illa conspiciunt ad que perve-
nimus. Extirpentur funditus vitia,
non solum ab actu operis, sed etiam
a cogitatione cordis abscissa. Non
nos voluptas carnis, non sollicitudo
curiositatis, non estus ambitionis ad
dominicam cenam impediat. Sed ipsa quoque
que in mundo agimus quasi ex gnada-
late tangamus, ut terrena que libent
sic nostro corpori serviant, quod cordi minime
obsistant. Non ergo, fratres, audemus
nobis dicere ut omnia relinquatis,
sed tamen si vultis omnia retinendo
relinquitis, si sic temporalia geritis ut tamen
tota mente ad eterna tendatis. Hic

Et enim Paulus dicit: Tempus breve, reliquum est ut qui habent uxores tanquam non habentes sint, et qui flent tanquam non flentes, et qui gaudent tanquam non gaudentes, et qui emunt tanquam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur; preterit enim figura huius mundi. Uxorem namque habet sed quasi non habens est qui sic scit debita carnis solvere et tamen propter eam in mundo tota mente non ligatur in hac re. Nam cum idem rursum egregius predicator dicat: Qui habet uxorem cogitat que sunt huius mundi, cogitat quomodo placeat uxori. Ille uxorem habens est quasi non habens qui sic studet placere coniugi ut tamen non displiceat conditori. Fflet quis sed tanquam non fleat qui sic temporalibus dampnis affligitur ut tamen de eternis lucris semper animus consoletur. Gaudet quis sed tanquam non gaudeat qui sic temporalibus bonis hilarescit ut tamen semper perpetua tormenta considerat. Et in hoc quod mente gaudio sublevat, hac cautissimo pondere per medium timoris premat. Emit autem sed quasi non possidens qui et ad usum terrena non preparat et tamen tanta cogitatione providet quod habet citius relinquat. Hoc mundo quis utitur sed quasi non utatur qui et necessaria cuncta exterius ad vite sue ministerium redigit et tamen hec eadem sunt sue menti dominari, ut subiecta foris famulant, et nunquam intentionem animi ad alta tendentis frangat. Cunctaque quidem tales sunt eis profecto terrena omnia non ad desiderium sed ad usum sunt, quia rebus quibus indigent utuntur. Sed nichil habere tamen pectore capiunt. De ipsis quoque rebus habitis cotidie mercedes acquirunt et plus in bono opere quam in bona possessione. At ne aliquibus ista difficilia esse videantur, rem de persona refero qui multi vestrum noverunt. Quam vero verum ipse ante triennium in cetum tellensi

urbe a personis fidelibus didici. Vir namque in eadem civitate Stephanus comes fuit, vir in actibus deditus, bonis operibus nitentus, hospitalitati precipue studens extendi, comitatus actibus occupatus agebat terrena et temporalia. Sed ut plus ex fine eius claruit, magis ex debito quam ex intentione. Nam imminente mortis eius tempore gravissima aeris tempestas obsistet ne ad sepeliendum duci potuisset, cumque coniux sua cum fletu vehementissimo requireret dicens: Quid faciam, quo te ad sepeliendum citius, que hostium domus huius egredi pre nimia tempestate non possum? Tunc ille rudit: Noli multum flere, quia mox ut ego defunctus aeris serenitas rediet. Cuius protinus ac pedes podagre humore tumescentes et dissi in vulneribus fluebant et profluenti sanie fetebant. Sed cum corpus illius ex more ad lavandum fuisset detectum, ita manus pedesque illius sani reperti sunt ac si nunquam vulneris nichil habuisset. Ducta itaque ac sepulta est eius quoque coniugi visum est ut quarto die in sepulcro alius marmor quod super positum fuerat mutari debuisset. Quod ut marmor corpori eius suppositum dum fuisset ablatum, ex eius corpore flagrantia odoris emanavit ac si ex putrescenti carne illius pro vermibus aromata ferbuissent. Hec quod dixi ut eminus exemplo ondere possim nonnullos et seculare animum non habere. Quos enim tales in mundo necessitas ligat ut ex omni parte exui a mundo non possint, sic debent ea que mundi sunt tenere ut tamen eis nesciant ex mentis fructione succumbere. Hec quidem cogitate, quia cum relinquere cuncta que mundi sunt non potestis, exteriora bene exterius agite sed ardenter interius ad eterna

Stephanus comes vir egregius

fetebat

festinate. Nichil est quod desiderium
nostre mentis retardet. nullius nos iam
in hoc mundo delectatio implicet.
Si bonum diligit mens in bonis
melioribus idest in celestibus delectetur.
Si malum metuit mala eterna
proponantur. Ut dum illic esse
conspicit et amplius quod diligat et
amplius quod pertimescat. Hic omnino
non adhereat. Ad hec agenda habe-
mus mediatorem dei et hominum ad
adiutorem nostrum per quem citius cuncta
obtinebimus, si ad illum vero amore
flagramus. Qui vivit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum
Amen. *Secundum Lucam*

In illo tempore dixit Ihesus di-
scipulis suis. Si quis venit ad
me et non odit patrem suum et matrem
et uxorem et filios et fratres et sorores
adhuc autem et animam suam non po-
test meus discipulus esse. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Si consideremus fratres karissimi que
et quanta sunt que nobis promittuntur
vilescunt animo omnia que habentur
in terris. Terrena namque substantia superne
felicitati comparata pondus est non sub-
sidium. Temporalis vita eterne vite
comparata mors est potius dicenda [dicenda]
quam vita. Ipse enim cotidianus de-
fectus corruptionis quid est aliud
quam quedam prolixitas mortis. Que
autem lingua dicere vel quis intellectus
capere sufficit. illa superne civitatis
quanta sunt gaudia angelorum choris
interesse cum beatissimis spiritibus glorie
conditoris assistere presentem dei vul-
tum cernere incircumscriptum lumen
videre. nullo mortis metu affici
incorruptionis perpetue letari. Sed
ad hec audita inardescit animus

iam que illic cupit assistere ubi se
sperat sine fine gaudere. Sed ad
magna premia perveniri non potest
nisi per magnos labores. Unde
et Paulus egregius predicator dicit
Nemo coronabitur nisi qui legitime cer-
taverit. Delectet ergo mentem mag-
nitudo premiorum. sed non deterreat certamen
laborum. Unde et ad se venientibus
veritas dicit. Si quis venit ad me
et non odit patrem suum. et matrem et
uxorem et filios et fratres et sorores
adhuc autem animam suam non potest
meus esse discipulus. Sed percunc-
tari libet quomodo parentes et carnaliter
propinquos precipimur odisse. qui iube-
mur et inimicos diligere. Et certe
de uxore veritas dicit. Quod deus
coniunxit. non separet homo. Et Paulus
ait. Viri diligite uxores vestras
Sicut et Christus ecclesiam dilexit. Ecce
discipulus uxorem diligendam pre-
dicat. cum magister dicat. qui uxorem
non odit. non potest meus esse discipulus.
Numquid aliud iudex nuntiat. aliud
preco clamat. An simul et odisse
possumus et diligere. Sed tamen huius
precepti pensantes utrumque agere per
discretionem valemus. ut eos qui
nobis carnis cognatione coniuncti sunt
et quos proximos novimus dili-
gamus. et quos adversarios in via
dei patimur odiendo et fugiendo ne-
sciamus. Quasi enim per odium diligitur
qui carnaliter sapiens dum prava
nobis ingerit non auditur. Ut autem
dominus demonstraret hoc erga proximos
odium non de affectione procedere
Sed de caritate addidit protinus dicens
Adhuc autem et animam suam. Odis-
se itaque precipimur proximos. odisse
et animam nostram. Constat ergo
quia amando debet odisse proximum

quis sic eum odit sic semetipsum. Hinc etenim bene nostram animam odimus, cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus, cum eius appetitum frangimus, eius voluptatibus reluctamur. Que ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium amatur. Sic nimirum exhibere proximis nostris odii discretionem debemus, ut et diligamus quod sunt, et habeamus odio quod in Dei nobis itinere obsistunt. Certe enim Paulus in Ierusalem pergeret, propheta Agabus zonam illius apprehendit, suis sibi pedibus alligavit dicens: Virum cuius hec zona est sic alligabunt in Ierusalem Iudei. Sed qui animam suam perfecte oderat, quid dicebat? Ego non solum alligari, sed etiam mori in Ierusalem paratus sum pro nomine Domini Iesu. Nec facio animam meam preciosiorem me. Ecce quam animam amando oderat, immo odiens amabat, quam cupiebat pro Iesu morti tradere, ut hanc ad vitam de peccati morte suscitaret. Ab hac ergo discretione odii in trahamus formam ad odium proximi. Diligatur quilibet in hoc mundo adversarius, sed in via Dei extra patrem, extra matrem, extra uxorem, extra filios, extra cognatos, extra semetipsum, scilicet ut eo verius cognoscat Deum, quo in eius causa neminem recognoscat. Multum namque est quod carnales affectus intentionem mentis vexant eiusque aciem obscurant. Quos tamen nequaquam nostros patimur, si eos premendo temperamus. Amandi ergo sunt proximi, impendenda caritas omnibus et propinquis et extraneis, nec tamen pro eadem caritate a Dei amore flectendum. Extremus autem, quia cum de terra Philistinorum archa Domini ad terram Israelitarum rediret, plaustro superimposita

et vacce plaustro subiuncte sunt que fete fuisse memorantur, quarum filios clauserunt domi. Et scriptum est: Ibant autem in directum vacce per viam que ducit Bethsames, uno itinere gradiebantur pergentes et mugientes, et non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram. Quid igitur vacce nisi fideles quique in ecclesia designantur? Qui dum sacri eloquii precepta considerant, quasi superimpositam Dei archam portant. De quibus est etiam notandum quod vacce fete fuisse memorantur, quia sunt plerique qui in via intus positi foris carnalibus affectibus carnalibus ligantur. Sed non declinat a recto itinere qui archam Dei portat in mente. Ecce etenim vacce Bethsames pergunt. Bethsames quippe dicitur domus solis. Et propheta ait: Vobis autem qui timetis Dominum orietur sol iustitie. Si igitur ad eternam solis habitationem tendimus, dignum est profecto ut de Dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus. Tota enim virtute pensandum est quod vacce Dei plaustro supposite pergunt et gemunt. Dant a visceribus mugitus, et tamen de itinere non deflectunt gressus. Sic nimirum portatores Dei, sic fideles quique esse intra sanctam ecclesiam debent, ut compatiantur proximis per caritatem et tamen de via Dei non exorbitent per compassionem. Hoc ipsum vero quod modo odium quasi exhiberi decet, intus subdendo manifestat dicens: Qui non baiulat crucem suam et venit post me non potest meus esse discipulus. Crux quippe a cruciatu dicitur. Et duobus modis crucem Domini baiulamus, cum aut per abstinentiam carnem affligimus

Qui non baiulat crucem suam

ac per compassionem proximi necessitate
illius nostram putamus. Qui enim
dolorem exibet in aliena necessitate
crucem portat in mente. Sciendum
vero est quod sunt nonnulli qui carnis
abstinentiam non pro deo sed pro inani
gloria exibent. Et sunt plerique qui
compassionem proximo non spirituali
sed carnali impendunt ut ei non
ad virtutem sed quasi miserando ad
culpas faveant. Hii itaque crucem
quidem videntur ferre sed dominum
non sequuntur. Unde recte hic eadem
veritas dicit: Qui non baiulat cru-
cem suam et venit post me non
potest meus esse discipulus. Baiu-
lare etenim crucem et post modum
dominum ire est vel carnis abstinen-
tiam vel compassionem proximo
studio eterne intencionis exibere.
Nam quisquis hec pro temporali inten-
cione exibet qui crucem baiulat
sed ire post dominum recusat. Quia
vero sublimia precepta data sunt
protinus compositio edificande sublimi-
tatis adiungitur cum dicitur: Quis enim
ex vobis volens turrem edificare non
prius sedens computat sumptus
qui necessarii sunt si habeat ad perficien-
dum, ne posteaquam posuerit fundamentum
et non potuerit perficere omnes qui vide-
rint incipiant illudere ei dicentes
quia hic homo cepit edificare
et non potuit consumare. Omne quod
agimus prevenire per studium con-
sideracionis debemus. Ecce enim iuxta
veritatis vocem qui turrem edificat
prius edificii sumptus parat. Si igitur
humilitatis turrem construere cupi-
mus prius nos parare ad adversa
huius seculi debemus. Hoc enim inter
terrenum et celeste edificium distat
quod terrenum edificium expensas
colligendo construitur, celeste

vero edificium expensas dispergendo.
Ad illud sumptus facimus si non
habita colligamus, ad istud sumptus
facimus. Dives ille non potuit habere
qui multas possessiones possidens
magistrum requisivit: Magister bone
quid faciens vitam eternam posside-
bo. Qui cum precepta relinquendi
omnia audisset tristis abscessit. Et
inde est angustatus in mente unde
foris fuit lacior in possessione. Quia
enim in hac vita amabat sumptus
colligendo, tendendo ad eternam patriam
habere noluit sumptus humilitatis. Con-
siderandum vero quod dicitur omnes qui vide-
rint incipient illudere ei. Quia iuxta vo-
cem Pauli spectaculum facti sumus mundo
angelis et hominibus. Et in omni quod
agimus considerare occultos nostros adver-
sarios debemus qui semper nostris operibus
insistunt, semper ex nostro defectu gra-
tulantur. Quos propheta intuens ait:
Deus meus in te confido non erube-
scam neque irrideant me inimici
mei. In bonis enim operibus insi-
diatores malignos spiritus sollicite vigile-
mus, ipsos irrisores habemus. Sed quia
de construendo edificio comparacio data est,
mox ex minore admirabilis similitudo
subditur, ut ex rebus minimis maiora
pensentur. Nam sequitur: Aut quis
rex iturus committere bellum adversus
alium regem non sedens prius
cogitat si possit cum decem milibus
occurrere ei qui cum viginti milibus
venit ad se. Alioquin illo longe agente
legacionem mittens rogat ea que pacis
sunt. Rex contra regem ex quo venit
ad prelium et tamen si se perpendit non
posse sufficere legacionem mittit et ea
que pacis sunt postulat. Quibus
enim nos lacrimis sperare veniam de-
bemus qui in illo tremendo examine

cum rege nostro ex quo ad iudicium non venimus. quos nimirum conditio infirmitatis et causa inferiores exhibet. Sed fortasse iam mala opera culpas abscidimus. iam prava quaeque exterius declinamus. necdum ad reddendam rationem cogitationum nostrarum sufficimus. Nam cum viginti milibus venire dicitur contra eum qui nunc sufficit iste qui cum decem milibus venit. Decem milia quippe ad viginti milia simplum ad duplum sunt. Nos autem si multum proficimus vix exteriora nostra opera in rectitudine servamus. Nam et si iam luxuria carnis abscisa est. Ille autem qui iudicaturus venit tamen adhuc a corde funditus abscisa non est. Ille autem qui iudicaturus venit exteriora simul et interiora iudicat facta pariter et cogitationes pensat. Cum duplo ergo exercitu contra simplum venit. quia nos vix in solo opere parati sumus. Ille opera et cogitationes discutit. Quid ergo agendum est fratres nisi ut dum nos cum simplo exercitu contra duplum illius non posse sufficere conspicimus dum adhuc longe est legationem mittamus. rogemus ea quae pacis sunt. Longe enim esse dicitur quia adhuc praesens per iudicium non videtur. Mittamus ad hunc legationem lacrimas nostras. mittamus misericordiae opera. mactemus in ara eius hostias placationis. Cognoscamus nos cum eo in iudicio non posse contendere. Pensemus virtutem eius fortitudinis. rogemus igitur ea quae pacis sunt. Haec est nostra legatio quae regem venientem placat. Pensate fratres quam benignus sit quod is qui pro adventu nos valet opprimere tardat venire. Mittamus adhuc ut diximus legationem nostram

flendo tribuendo sacras hostias offerendo. Singulariter namque absolutionis nostrae oblatum cum lacrimis et benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur. Quia is qui in se surgens a mortuis iam non moritur adhuc per hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quotiens ei hostiam suae passionis offerimus totiens nobis ad absolutionem nostram passionem illius reparamus. Quidam autem ut arbitror nostrum fratres eum contigit nosse hoc quod volo ad memoriam vestram narrando revocare. Non longe annis fertur temporibus fieri quod quidam ab hostibus captus est et longe deductus est. Cumque diu teneretur in vinculis eius uxor pia cum eadem ex captivitate non reciperet extinctum putavit. Pro quo iam velud mortuo hostias ebdomadibus singulis curabat offerri. cuius totiens vincula solvebantur in captivitate quotiens ab eius coniuge oblatae fuissent hostiae pro eius absolutione. Nam longa post tempora reversus admirans valde piae indicavit uxori quod diebus certis ebdomadibus singulis eius vincula solvebantur. Quos videlicet dies eius uxor atque horas discutiens tunc eum recognovit absolutum cum pro eo sacrificium meminerat oblatum. Hinc ergo fratres karissimi hinc certa consideratione colligite oblata a nobis sacra hostia quantum in nobis solvere valeat ligata cordis si oblata ab aliis potuit in aliis solvere vincula corporis. Multum nostrum fratres karissimi Cassium Narniensis urbis episcopum noverunt cui mos erat cotidianas deo hostias offerre. ita ut pene nullus dies vitae eius abscederet quo non omnipotenti domino hostiam placationis immolaret. Cui cum sacrificio valde etiam concordabat vita. Nam cuncta quae habebat in elemosinas tribuens cumque ad horam offerendi sacrificii

Exemplum de oblatione hostiarum pulchrum pro captivo

Cassius episcopus singulis diebus offerebat hostias

venisset velut totus in lacrimis defflu-
ens. semet cum magna cordis con-
tritione mactabat. Cuius et vitam et
exitum quodam venerabilis vite dia-
cono qui ab eo fuerat nutritus referente
cognovi. Dicebat enim quod quadam nocte
eius presbiteri per visum dominus astitit
dicens. Vade et dic episcopo. age quod agis
operare quod operaris. non cesset pes tuus
non cesset manus tua. natale apostolorum
venies ad me et retribuo tibi mercedem
tuam. Surrexit presbiter sed quia continuo
iam apostolorum natalicius dies immine-
bat tam propinqui exitus diem episcopo
nunciare pertimuit. Alia nocte dominus
rediit eiusque inobedientiam vehementer
increpavit atque eadem visionis sue verba
retexuit. Tunc presbiter surrexit ut
pergeret. sed rursus infirmitas cor-
dis impedimento facta est. iudicande
relationis ad admonitionem quoque iterate vi-
sionis obduruit. pergere et que viderat
manifestare neglexit. Sed quia mag-
nam mansuetudinem contempte gratie
maior sequi solet ira vindicte visione
tercia dominus apparens iam verbis addidit
verbera. Et tam districta cede mactatus
est. ut in eo duriciam cordis emol-
lissent vulnera corporis. Surrexit
ergo eruditus ex verbere. perrexit ad episcopum
eumque iam ex more beati iuvenalis
martiris sepulcrum ad offerendum sacrificium
consistentem reperit secretum a circum-
stantibus petiit. seque eius pedibus stra-
vit. Cumque eum vultum flentem episcopus
vix a terra levare potuisset lacrimarum
causas cognoscere studuit. Ille vero
relaturus ordine visionis prius vesti-
mento eximus devoluto detexit pla-
gas corporis. ut ita dictum testes in-
tatis. et culpe monstravit. quanta cir-
cumspectione districtionis membra illius
attrita verba livore inflicto sulcaverit
Sicut mox ut episcopus vidit exhorruit
et quis vir talia presumpsisset cum

Lud Rota

magne obstupefactionis vocibus inquisivit
At ille videlicet se ipso fuisse perpes-
sum extremuit cum timore admiratio-
sed nullas iam presbiter inquisitioni
eius moras adiciens secretum reve-
lationis aperuit. eique visionis ordinem
per ea que audiat verba intimavit dicens
Age quod agis. operare quod operaris. non cesset
manus tua. non cesset pes tuus. nata-
le apostolorum venies ad me et retribuo
tibi mercedem tuam. quibus auditis episcopus
in orationem se cum magna cordis contritione
prostravit. Et qui oblaturus sacrificium
ad horam terciam venerat. hoc pro-
tense orationis magnitudine ad horam
nonam usque protelavit. atque ex illo iam
die magis quod ei acta sunt lucra
pietatis operatus est fortis in opere
[illegible]. Tempore quo enim
cui ipse debitor fuerat. ex ea promissione
iam reparat habere debitorem. Hunc autem
consuetudo fuerat annis singulis na-
talicia apostolorum die romam venire
mox more voluit. Eodem ergo tempore
sollicitus fuit. Secundo quoque anno
vel tercio in mortis sue expectatione
suspensus. quarto quinto et sexto simili-
ter desperare iam de veritate revela-
tionis poterat si verbis fidem verba non
fecissent. tum ecce anno septimo nisi
ad expectati natalis sacratas vigilias
incolumis pervenit. sed lenis hunc
in vigiliis calor attigit. atque ipso
die natalicio solus suis expectantibus
missarum sollempnia implere se posse
recusavit. Illi vero quia de eius
cura erant propter cessionem suspecti simul ad
eum omnes venerunt et se orarunt
a beatitudine tua. ut die eodem neque magis
attingerent missarum sollempnia cele-
brare. nisi pereis apud dominum idem
antistes suus intercessor suus accederet
Tunc ille compulsus in episcopi oratorio

missas fecit et manu sua corpus do-
minicum pacemque omnibus exhibuit. Ex-
pleto misterio oblati sacrificii, pacto ad
lectulum rediit. Ubique iacens omnibus
sacerdotes suos atque ministros circumstetisse
se cerneret, quos vale ultimum dicens,
de servando eius vinculo caritatis
admonebat, et quanta debuissent con-
cordia inter se vivere praedicabat. Cum subi-
to inter ipsa sancta exhortationis
verba voce terribili clamat dicens: Hora
est. Moxque assistentibus ipse suis manibus
linteamen dedit, quod ex more morientium
super faciem tenderetur. Quo tempore
spiritum emisit. Sicque sancta illa anima
ad gaudia eterna perveniens a carnis
corruptione soluta est. Quem fratres karissimi
quam mire iste in morte sua imitatus
est, nisi eum quem in vita sua fideliter
contemplatus. Dicens enim Hora est
de corpore exiit. Quia et illius pacis
omnibus cum dixisset: Consummatum est,
inclinato capite tradidit spiritum. Ecce
quod dominus ex potestate hoc egit, famulus
ex invitatione. Ecce cotidiane hostie
illa cum clamoribus et lacrimis missa legatio
quantum cum rege veniente [illegible]
pacem fecit. Relinquat ergo omnia
qui potest. Qui autem relinquere omnia non
potest, cum adhuc longe rex est legationem
mittat, lacrimarum elemosinarum hostiarum
munera offerat. Vult enim placari pietas
quod sentit quia portari non possit iratus.
Et ad hunc moram facit venire, faciente
legatione pacis sustinet. Venisset iam
namque si vellet et cunctos suos ad
supplicium trucidasset. Sed et quam terri-
bilis veniat indicat, et tamen adveni-
endum tardat, quia invenire quos
puniat reatus nobis contemptum inter
denuntiant dicens: Sic ergo omnis ex
nobis qui non renuntiat omnibus que
possidet suis non potest meus esse discipulus

Et tamen per paucos salutis remedium
confert. Quia qui per iram non potest
ferri, per postulationem pacis vult legatorum
placari. Clamate ergo, fratres karissimi, macu-
las peccatorum elemosinis tegite, sacris
hostiis expiate. Nolite possidere
per desiderium que adhuc per usum
minime reliquistis. Spem in celo re-
demptore figite, ad eternam patriam
mente transite. Si enim nihil in hoc
mundo amando possidetis, etiam possi-
dendo cuncta reliquistis. Ipse nobis
gaudia desiderata concedat, qui nobis
eterne pacis remedia contulit Ihesus
Christus dominus noster, qui vivit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum.
Amen. Secundum Matheum

In illo tempore dicebat Ihesus turbis
parabolam hanc: Simile factum est regnum
celorum homini regi, qui fecit nup-
tias filio suo. Et misit servos suos
vocare invitatos ad nuptias, et no-
lebant venire. Et reliqua. Omelia
beati Gregorii pape de eadem lectione

Sermonem lectionis evangelice, fratres
karissimi, volo si possum sub brevi-
tate discutere, ut et in sermone eius
valeam ad loquendum largius vacare.
Sed querendum prius est an haec apud
Matheum ipsa sit lectio, que apud
Lucam sub appellatione cene describitur.
Et quidem sunt non nulla que sibi
dissona esse videantur. Quia hic prandium,
illic cena memoratur. Hic
qui ad nuptias non dignis vestibus
intravit, repulsus est; illic quilibet qui
intrasse dicitur repulsus esse prohibetur.
Quia ex re recte colligitur quod et hic per
nuptias presens ecclesia, et illic per cenam
eternum et ultimum convivium designatur.
Quia et hunc non nulli exituri intrant

et ad illud quis quis semel intrauit
vltimo non exibit Ut si quis forte
contendat hanc eandem esse lectionem
Ego melius puto salua fide aliena
intellectu credere quam contentionibus desi-
nire Quam et intelligi congrue for-
sitan potest quia de prandio eo qui nup-
tiali veste non venerat quod lucas tacuit
matheus dixit Quod vero per illud
cena prandium autem prandium dicit ne-
quaquam nostre intelligentie obsistit quia
cum ad horam nonam apud anti-
quos cotidie prandium fieret prandium
quoque prandium cena vocabatur
ipse iam dixisse me memini
quod plerumque in sancto evangelio celorum
presens ecclesia nominatur Congregatio
quippe iustorum regnum celorum dicitur
Quia enim per ysaiam prophetam dominus
dicit celum mihi sedes est Et
salomon ait Anima iusti sedes est
sapientie Paulus etiam dicit Christum
dei virtutem et dei sapientiam liquido
colligere debemus quia si deus sapientia
anima iusti sedes autem sapientie dum
celum dicitur sedes dei celum ergo est
anima iusti Hinc per psalmistam
de sanctis predicatoribus dicitur Celi
enarrant gloriam dei Regnum ergo
celorum est ecclesia iustorum quia dum
eorum corda in terra nichil ambiunt
per hoc quod ad superna suspirant iam in
eis dominus quasi in celestibus regnat
Dicatur ergo Simile est regnum celorum
homini regi qui fecit filio suo Iam
intelligit caritas vestra quis est rex
regis filii pater Deus iudicium tuum
regi da et iustitiam tuam filio regis
Qui fecit nuptias filio suo Tunc
enim deus pater deo filio suo nuptias
fecit quando hunc in utero virginis
humane nature coniunxit quando deum ante
secula fieri voluit hominem in fine seculorum

Sed quia et ex duabus personis fieri
solet ista coniunctio Absit hoc ab
intellectibus nostris ut personam dei et
hominis redemptoris nostri ihesu christi ex dua-
bus personis credamus unitam Ex
duabus quippe atque in duabus hunc
naturis existere dicimus Sed ex duabus
personis compositum credi ut nefas
est vitamus Apertius ergo atque securius
dici potest quia in hoc pater regi filio
nuptias fecit quo ei per incarnationis
misterium sanctam ecclesiam sociavit
Uterus autem genitricis virginis huius
sponsi thalamus fuit Unde et per
psalmistam dicit In sole posuit
thabernaculum suum et ipse tamquam
sponsus procedens de thalamo suo
Tamquam sponsus quippe de thala-
mo suo processit quia ad coniungendam
sibi ecclesiam incarnatus deus de in-
corrupto utero virginis exivit Misit
ergo servos suos ut ad istas nuptias
amicos invitaret Misit semel
misit iterum quia incarnationis
dominice predicatores et prius prophetas
et postmodum apostolos fecit Bis
itaque servos ad invitandum misit
quia incarnationem unigeniti et per
prophetas dixit futuram et per apostolos
nuntiavit factam Sed quia hii qui
prius invitati sunt ad nuptiarum
convivium venire noluerunt in secunda
invitatione iam dicitur Ecce prandium
meum paravi tauri mei et altilia
occisa sunt et omnia parata Quid
in tauris vel altilibus fratres karissimi
nisi novi ac veteris testamenti patres
accipimus quia enim vulgo loquimur
etiam ipsa nunc nobis est vita evan-
gelice lectionis evangelice explanare
Altilia enim saginata dicimus Ab eo
enim quod est alere Altilia quasi altalia

vocavimus. Tauri vero in lege scripti
sunt. Diliges amicum tuum, et odio habebis
inimicum tuum. Accepta tunc iustis
licentia fuerat, ut Dei suosque adversarios
quanta possent virtute comprimerent, eosque
~~iure~~ iure gladio ferirent. Quod in novo
procul dubio testamento compescitur,
cum per semetipsam veritas predicat dicens:
Diligite inimicos vestros, benefacite
his qui oderunt vos. Quid ergo
per tauros testamenti veteris signantur?
Nam dum ex permissione legis ac-
ceperant quod adversarios suos odii
retributione perculerint, ut ita dicam
quid aliud quam tauri erant, qui
inimicos suos virtutis corporee cornu
figurantur. Qui dum gratiam pingue-
dinis superne perceperint, a terrenis de-
sideriis innitentes ad sublimia con-
templationis sue penna sublevantur.
In uno quippe cogitationum ponere
quid est aliud quam quedam altitas
mentis. Quum autem intellectum celestium
iam per ista desidia, ex supernis delecta-
tionis interne cibis pascuntur, quasi lar-
giori alimento pinguescunt. Hanc
enim pinguedinem signari psalmista
concupierat cum dicebat: Sicut
adipe et pinguedine repleatur anima
mea. Quia ergo predicatores dominice
incarnationis missi persecutionem ab
infidelibus et prius prophete et postmodum
sancti apostoli pertulerunt, invitatis
et venire nolentibus dicitur: Tauri mei
et altilia occisa sunt et omnia parata.
Ac si apertius diceret: Priorum precedentium patre
tium mortes aspicite et remedia
vite vestre cogitate. Notandum vero
quod post invitationem nihil de tauris
et altilibus dicitur, in secunda iam tauri
et altilia mactata memorantur.
Quia omnipotens Deus, cum verba eius
audire nolumus, adiungit exempla,

ut omne quod impossibile credimus, tanto
nobis ad superandum fiat facilius, quanto
per hoc transisse iam et alios audi-
mus. Sequitur: Illi autem neglexerunt
et abierunt alius in villam suam,
alius in negotiationem suam. In villa
quippe ire est labori terreno immoderate
incumbere. In negotiationem vero
ire est actionum secularium lucris inhiare.
Quia enim alius intentus labori ter-
reno, alius vero mundi huius actibus
deditus, misterium incarnationis do-
minice pensare et secundum illud vivere
dissimulat, quasi ad villam vel nego-
tium pergens venire ad regis nup-
tias recusat. Et plerumque quod est gra-
vius, nonnulli vocantis gratiam
non solum respuunt, sed etiam persequuntur.
Unde et subditur: Reliqui vero
tenuerunt servos eius et contumeliis
affectos occiderunt. Sed rex ista co-
gnoscens, missis exercitibus suis perdi-
didit homicidas illos et civitatem
illorum succendit. Homicidas perdidit
quia persecutores interemit. Civitatem
eorum igni succendit, quia illorum non
solum anime, sed caro quoque in qua ha-
bitaverant eterne gehenne flamma
cruciatur. Missis vero exercitibus exs-
tinxisse homicidas dicitur, quia in hominibus
omne iudicium per angelos exhibetur.
Quid namque sunt illa angelorum
agmina, nisi exercitus regis nostri?
Unde et idem rex Dominus sabaoth dicitur.
Sabaoth quippe exercituum interpretatur.
Ad perdendos ergo adversarios suos exer-
citum mittit, quia omnem vindictam
Dominus per angelos exercet. Quam vindicte
penam tunc nostri patres audierunt,
nos autem iam cernimus. Ubi illi qui
contra conditorem suum cervicem cordis
erexerant et de luxu mundi gloria mor-
tifera tumebant? Ecce iam mortis

martirum florem in fide vincentium et hi qui contra illos de crudelitate sua gloriati sunt nequaquam ad memoriam mentium veniunt nec in numero mortuorum. Hoc ergo recognoscimus quod in parabolis audivimus. Sed is qui invitatum se contempni conspicit regis filii sui nuptias vacuas non habebit. ad alios mittit. Quia et si apud aliquos laborat verbum dei. quandoque tamen sermo dei inventurus est ubi requiescat. Unde et subditur. Tunc ait servis suis. Nuptie quidem parate sunt. et qui invitati erant. non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum. et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias. Si in scriptura sacra vias actiones accipimus. exitus viarum intelligimus defectus actionum. Quia illi plerumque facile ad deum veniunt quos in terrenis actibus prospera comitantur. Unde et sequitur. Et egressi servi eius in vias congregaverunt omnes quos invenerunt malos et bonos. et implete sunt nuptie discumbentium. Ecce iam ipsa qualitate convivantium aperte ostenditur. quia per has regis nuptias presens ecclesia designatur. in qua cum bonis et mali conveniunt. Permixta quippe est diversitate filiorum. quia sic omnes ad fidem generat. ut tamen omnes per immutationem vite ad libertatem spiritualis gratie culpis exigentibus non perducat. Quousque namque hic vivimus necesse est ut viam presentis seculi permixti pergamus. Tunc autem discernimur cum pervenimus. Boni enim nusquam soli sunt nisi in celo. Et mali nusquam sunt nisi in inferno. Hec autem vita que inter celum et infernum sita est. Sicut in medio subsistit ita utrarumque partium cives communiter recipit. tamen

Ecclesia ex bonis et malis est congregata

quos sancta ecclesia. et nunc indiscrete suscipit. et postmodum in egressione discernit. Si ergo boni estis. quamdiu in hac vita subsistitis equanimiter tollerate malos. Nam quisquis malos non tolerat ipse sibi per intolerantiam testis est. quia bonus non est. Abel enim esse renuit. quem Caym malitia non exercet. Sic in area grana sub paleis premuntur. Sic flores inter spinas oriuntur. Et rosa que redolet. crescit cum spina que pungit. Duos quippe filios habuit primus homo. unus horum electus est. alter reprobus fuit. Tres filios noe archa continuit. sed ex his electi sunt duo. et unus reprobus fuit. Duos abraham filios habuit. sed unus electus est. alter reprobus fuit. Duos ysaac filios habuit. sed unus electus est. alter reprobatus. Duodecim filios habuit iacob. sed unus ex his pro innocentia venditus est. alii vero per maliciam venditores fratris fuerunt. Duodecim apostoli sunt electi. sed unus in his admixtus est qui probaret. undecim qui probarentur. Septem sunt diacones ab apostolis ordinati. sed sex in fide recta permanentibus. unus extitit auctor erroris. In hac ergo ecclesia nec mali esse sine bonis. nec boni sine malis possunt. Antiqua itaque tempora fratres karissimi ad mentem reducite. et nos ad malorum tolerantiam roborate. Si enim filii electorum sumus restat necesse est. ut per eorum exempla gradiamur. Bonus

enim non fuit qui malos tolerare recusat.
Hinc namque est quod de semetipso beatus
Iob asserit dicens: Frater fui draconum
et socius strucionum. Hinc per Salomonem
sponsi voce sancte ecclesie dicitur: Sicut
lilium inter spinas sic amica mea inter
filias. Hinc et ad Ezechielem
dominus dicit: Fili hominis increduli et sub-
versores sunt tecum et cum scorpionibus
habitas. Hinc Petrus beati Loth vitam
glorificat dicens: Et iustum Loth oppressum
a nefandorum iniuria conversatione eripuit.
Aspectu enim et auditu iustus erat
habitans apud eos qui de die in diem
animam iustam iniquis operibus cruciabant.
Hinc Paulus discipulorum vitam et lau-
dat et roborat dicens: In medio
nationis prave et perverse inter quos
lucetis sicut luminaria in mundo verbum
vite continentes. Hinc Iohannes
Pergami ecclesiam attestatur dicens: Scio
ubi habitas, ubi sedes est sathane, et
tenes nomen meum et non negasti
fidem meam. Ecce fratres karissimi pene
omnia percurrendo cognoscimus quia bonus
non fuit qui malorum pravitates non
pertulit. Ut enim ita loquar ferrum
nostre anime nequaquam perducitur ad sub-
tilitatem acuminis si non hoc eraserit
aliene lima pravitatis. Terrere ergo
nos non debet quod in ecclesia et multi
mali et pauci sunt boni quia ar-
cha in undis diluvii que huius ecclesie
typum gessit et ampla in inferioribus
et angusta in superioribus fuit. Que
in summitate etiam sua ad unius
cubiti mensuram excrevit. Inferius
quippe quadrupedia atque reptilia,
superius vero aves et homines ha-
buisse credenda est. Ibi lata extitit
ubi bestias habuit, ibi angusta ubi
homines servavit. [illegible]ma nimirum sancta
ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritua-
libus angusta. Ubi enim bestiales ho-
minum mores tolerat illic latius sinum
laxat. Ubi autem eos habet qui spirituali

ratione suffulti sunt, illic quidem ad pri-
mum dilatatur. Sed tamen quia pauci
sunt angustatur. Lata quippe via
est que ducit ad perditionem et multi
sunt qui vadunt per eam. Et angusta
est que ducit ad vitam et pauci sunt
qui inveniunt eam. Eo autem usque archa
angustatur in summis quousque ad
mensuram unius cubiti perducatur.
Quia in sancta ecclesia quanto sanctiores
quique sunt tanto pauciores. Usque in
summo ad illum perducitur qui solus
homo in hominibus et sine alterius
comparatione natus est sanctus qui ipse
psalmiste voce factus est sicut passer
unicus in edificio. Tanto ergo tolerandi
sunt mali quanto et amplius habundant
quia et in area ecclesie pauca sunt grana
que servantur horreis et grandes acervi
palearum qui ignibus comburuntur. Sed
iam quia largiente domino nuptiarum do-
mum id est sanctam ecclesiam intrastis sollicite
fratres aspicite ne aliquid de mentis vestre
habitu rex ingrediens reprehendat.
Cum magno enim cordis timore pe-
sandum est quod protinus subditur: Intra-
vit autem rex ut videret discumbentes
et vidit ibi hominem non vestitum
veste nuptiali. Quid fratres karissimi ex-
[illegible] per nuptialem vestem putamus
Si enim vestem nuptialem baptisma
vel fidem dicimus quis sine baptisma-
te et fide has nuptias intravit
Eo enim ipso foris est quo necdum cre-
didit. Quid ergo intelligere debemus nup-
tialem vestem caritatem. Intrat enim
ad nuptias sed nuptiali veste non
intrat qui in sancta ecclesia assistens fidem
habet sed caritatem non habet. Recte enim cari-
tas vestis nuptialis vocatur quia hanc
in se conditor noster habuit dum ad sociande
sibi ecclesie nuptias venit. Sola quippe di-
lectione dei actum est ut eius unigenitus
mentes sibi hominum electorum uniret. Unde
et Iohannes dicit: Sic enim deus

dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret pro nobis. Quia ergo per caritatem venit ad homines, eandem caritatem innotuit esse vestem nuptialem. Omnis ergo qui intus in ecclesia positus Deo credit iam ad nuptias intravit, sed cum nuptiali veste non venit, si caritatis gratiam non custodit. Et certe fratres si quis ad nuptias carnales esset invitatus vestem mutaret, congaudere se sponso et sponse ex ipso sui habitus decore ostenderet, inter gaudentes et festa celebrantes despectis vestibus apparere erubesceret. Nos ad Dei nuptias venimus et cordis vestem mutare dissimulamus. Congaudent angeli cum ad celum assumuntur electi. Qua ergo mente hec spiritualia festa conspicimus, qui nuptialem vestem, id est caritatem, que sola nos speciosos exhibeat, non habemus? Sciendum vero est quod sicut in duobus lignis, superiori videlicet et inferiori, vestis texitur, ita in duobus preceptis caritas habetur, in dilectione scilicet Dei et dilectione proximi. Scriptum quippe est: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua, et diliges proximum tuum sicut teipsum. Qua in re notandum est quia in dilectione proximi mensura ponitur amoris, cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dei autem dilectio nulla mensura coangustatur, cum dicitur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota virtute tua. Non enim iubetur quisque quantum diligat, sed ex quanto, cum dicitur: ex toto corde. Quia ille veraciter Deum diligit qui sibi de se nichil relinquit. Duo ergo huic necesse est ut caritatis precepta custodiat quisquis in nuptiis habere vestem nuptialem curat. Hinc est enim quod apud Ezechielem prophetam porte ipsius civitatis in monte constitute vestibulum duobus cubitis mensuratur, quia nimirum accessus nobis celestis civitatis non panditur si in hac ecclesia, que pro eo quod adhuc foris est vestibulum dicitur, Dei et proximi dilectio non tenetur. Hinc est quod cortinis tabernaculi intexi coccus bistinctus iubetur. Vos estis fratres, vos estis cortine tabernaculi, qui per fidem in vestris cordibus secreta celi velatis. Sed cortinas tabernaculi bistinctus coccus debet ornare. Coccus quippe ignis speciem tenet. Quid est vero caritas nisi ignis? Sed ista caritas bistincta esse debet, ut tingatur per amorem Dei, tingatur et per amorem proximi. Qui enim sic amat Deum ut per contemplationem illius negligat proximum, coccus quidem est, sed bistinctus non est. Rursum qui sic amat proximum ut tamen contemplationem Dei per huius amorem relinquat, coccus est, sed bistinctus non est. Ut ergo caritas vestra bistincta coccus esse valeat, et ad amorem se Dei et ad amorem proximi attendat, quatenus nec ex compassione proximi contemplationem relinquat Dei, nec plus quam decet inherens contemplationi Dei compassionem abiciat proximi. Omnis itaque homo inter homines vivens sic ad eum anhelat quem desiderat, ut tamen hunc non deserat cum quo tolerabat. Et sic huic adiutorium ferat, ut ab illo nullatenus torpeat ad quem festinabat. Sciendum quoque est quod ipsa dilectio proximi in duobus preceptis subdividitur, cum quidam sapiens dicit: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu alteri ipse facias. Et per semetipsam veritas precipiat dicens: Que vultis ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis. Si enim et quod impendi nobis a ceteris volumus aliis impertimur, et quod nobis fieri nolumus hoc aliis facere ipsi devitamus, caritatis iura illesa servamus. Sed nemo tamen quempiam diligere se caritate perfecta putet nisi prius ipsam vim sue dilectionis examinet. Nam si quis quemlibet amat sed propter Deum non amat, caritatem non habet

sed habere se putat. Caritas autem vera est ut et in deo diligatur amicus et propter deum diligatur inimicus. Ille enim propter deum diligit eos quos diligit qui iam et eos diligere a quibus non diligitur scit. Probari enim caritas per solam adversitatem solet. Unde et per semet ipsum dominus dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite hiis qui oderunt vos. Ille ergo securus sanctus amat qui propter deum et illum amat a quo se intelligit non amari. Magna sunt hec alta [illegible] et multis ad exhibendum difficilia, sed tamen est ista vestis nuptialis. Quisquis hanc recumbens in nuptiis non habet iam sollicitus metuat ingrediente rege qui mittatur foras. Ecce enim dicitur: Intravit rex ad nuptias ut videret discumbentes et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Nos sumus fratres qui in nuptiis verbi discumbimus, qui iam fidem in ecclesia habemus, qui scripture sacre epulis pascimur, qui connectimur deo etiam congaudemus. Considerate ergo rogo si cum nuptiali veste ad has nuptias venistis, cogitationes vestras sollicita inquisitione discutite. De rebus singulis corda vestra trutinate, si iam contra ullius odium habetis, si contra felicitatem alienam nulla vos invidie face accenditis, si per occultam malitiam nemini nocere festinatis. Ecce rex ad nuptias ingreditur et cordis nostri habitum contemplatur atque ei quem caritate vestitum non invenit protinus iratus dicit: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Mirandum valde est fratres karissimi quod hunc et amicum vocat et reprobat ac si ei apertius dicat: Amice et non amice, amice per fidem sed non amice. Amice per fidem sed non amice per operationem. At ille obmutuit. Quia quod dici sine gemitu non potest, in illa districtione

ultime increpationis omne quod argumentum cessat excusationis. Quippe quia ille foris increpat qui testis conscientie intus animum accusat. Sed inter hec sciendum est quia qui hanc vestem virtutis habet, sed tamen adhuc perfecte non habet, ad presentiam regis ingressum desperare de venia non debet. Quia propheta quoque spem nobis per psalmistam tribuit dicens: Imperfectum meum viderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur. Sed quia pauca hec in consolatione habentis et infirmantis diximus, nunc ad eum qui hanc omnino non habet verba vertamus. Sequitur: Tunc rex dixit ministris: Ligatis pedibus eius et manibus mittite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium. Ligantur tunc pedes et manus per districtionem sententie qui modo a pravis operibus ligari noluerunt per meliorationem vite. Vel certe tunc ligat pena quos modo a bonis operibus ligavit culpa. Pedes enim qui visitare egrum negligunt, manus que indigentibus nichil tribuunt, a bono opere iam ex voluntate ligate sunt. Qui ergo nunc sponte ligantur in vitio, tunc in supplicio ligantur invite. Bene autem dicitur quod in exteriores tenebras proiciatur. Interiores quippe tenebras dicimus cecitatem cordis, exteriores vero tenebras eternam noctem dampnationis. Tunc dampnatus quisque non in interiores sed in exteriores tenebras mittitur, quia illic invitus proicitur in noctem dampnationis qui hic sponte cecidit in cecitatem cordis. Ubi fletus quoque et stridor dentium esse perhibetur, ut illic dentes strideant qui hic de voracitate gaudebant. Illic oculi defleant qui hic per illicitas concupiscentias versabantur in mundo. Quatenus singula queque membra supplicio subiaceant que

hic singulis quibusque vitiis subiecta serviebant. Sed repulso uno in quo videlicet omnium malorum corpus exprimitur, generaliter protinus cuncta submittit quae adiungit: Multi autem sunt vocati pauci vero electi. Tremendum valde est hoc quod audivimus. Ecce nos omnes iam vocati per fidem ad celestis regis nuptias venimus, incarnationis eius misterium et credimus et confitemur, divini verbi epulas sumimus; sed futuro die iudicii rex intraturus est. Et quia vocati sumus novimus; si sumus electi nescimus. Tanto ergo necesse est ut unusquisque nostrum in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt, nonnulli vero in bonis quae inceperunt minime persistunt. Alius pene totam vitam ducere in pravitate conspicitur, sed iuxta finem vitae a pravitate sua districtae penitentiae lamenta revocatur. Alius electam videtur vitam ducere, et tamen hunc contingit ad erroris nequitiam in ipso fine vitae declinare. Alius bonum bene inchoat, melius consummat. Alius in malis actibus a prima etate se deicit, et in eisdem operibus semper se ipso deterior consummatur. Tanto ergo unusquisque sollicite metuat, quanto ignorat quid restat. Quia quod sepe dicendum est et sine oblivione retinendum: multi sunt vocati pauci vero electi. Sed quia nonnumquam mentes audientium plus exempla fidelium quam docentium verba convertunt, volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda vestra tanto formidolosius audiant, quanto eis hoc de propinquo sonat. Neque enim res longe ante gestas dicimus. Sed eis dignis testibus exstitisse eas quae interfuisse se referunt indicamus. Tres pater

Exemplum pulcre de tribus sororibus

meus sorores habuit, quae cunctae tres sacrae virgines fuerunt. Quarum una Tharsilla, alia Gordiana, alia Emiliana dicebatur. Uno omnes ardore conversae, uno eodemque tempore sacratae, sub districtione regulari degentes, in domo propria socialem vitam ducebant. Cumque iam diutius in eadem conversatione persisterent, coeperunt cotidianis incrementis in amore conditoris sui Tharsilla et Emiliana succrescere. Et cum solo corpore cotidie alia ad eterna transire. At contra Gordianae animus coepit a calore amoris intimi per cotidiana detrimenta tepescere, et paulisper ad huius seculi amorem redire. Crebro autem Tharsilla dicere Emiliane sorori sue cum magno gemitu solebat: Video Gordianam sororem nostram nostrae sortis non esse. Perpendit enim quia foras defluit, et cor ad quod proposuit non custodit. Eam cotidie blanda cotidie redargutione corripere, atque a levitate morum ad gravitatem sui habitus reformare. Quae quidem respondebat vultum subite gravitatis inter verba correptionis. Sed cum hora eiusdem correptionis transisset, transibat protinus et predicta gravitas honestatis, moxque ad lenia verba redibat. Puellarum gaudebat societate laicarum, eique persona valde honerosa erat quaecumque huic mundo dedita non erat. Quadam vero nocte Tharsille amitae meae, quae inter sorores suas virtute continue orationis, afflictionis studio, abstinentie singularis gravitate vitae venerabilis in honore et culmine sanctitatis excreverat, sicut ipsa narravit, per visionem attavus meus Felix huius Romane ecclesie antistes apparuit, eique mansionem perpetue claritatis ostendit dicens: Veni quia in hac lucis mansione te suscipio

Nocte subsequenti mox febre correpta
ad diem pervenit extremum. Et sicut
nobilibus feminis viris morientibus mos est
convenerunt qui earum proximos consolentur
eadem hora eius exitus multi vi-
ri atque femine eius lectulum circumsteterunt. Inter
quas mater quoque mea affuit. Tunc subito
sursum illa respiciens Ihesum venientem
vidit. et cum magna animadversione
cepit circumstantibus clamare dicens Re-
cedite recedite Ihesus venit. Cumque in
eum intenderet quem videbat illa sancta
anima a carne soluta est. Tantaque subi-
to fragrantia miri odoris aspersa est
ut ipsa quoque suavitas cunctis ostenderet
illuc auctorem suavitatis venisse. Cumque
corpus eius ex more mortuorum ad la-
vandum esset nudatum. longe orationis
usu in cubitis eius et genibus came-
lorum more inventa est. obdurata
cutis excrevisse. Et quid vivens
eius spiritus egit. caro mortua testabatur.
Hec autem gesta sunt ante dominici
natalis diem. Quo transacto. mox
Emiliane sorori sue per nocturnam
visionem apparuit dicens. Veni
quia natalem domini sine te feci
theophanie iam tecum faciam. Cui
illa protinus de sororis sue Gordiane
salute sollicita reddidit. Et si sola ve-
nio sororem meam Gordianam cui
dimitto. Cui sic afficiebat tristis vultu
iterum dixit. Veni Gordiana etenim
soror mea inter laicas deputata est.
Quam visionem mox molestia corporis
est secuta. atque ita ut dictum fuerat
ante dominice apparitionis diem eadem
molestia ingravescente defuncta
est. Gordiana autem mox ut sola se
remansisse repperit. eius pravitas ex-
crevit. Et quod prius latuit in desiderio
cogitationis. hoc post effectum prave
actionis exivit. Nam oblita dominici
timoris. oblita pudoris. et reverentie
oblita consecrationis sue. conductorem
agrorum suorum. postmodum maritum
duxit. Ecce omnes tres. uno prius ar-
dore conversae fuerunt. Sed non in uno eodem-
que studio permanserunt. Quia iuxta in-
dicatam vocem. multi vocati pauci
vero electi. Hec ergo dixi ne quis in bono
opere positus sibi vires boni operis tribuat
ne quis de ipsa actione confidat. Quia
et si iam novit hodie qualis sit
adhuc tamen quis futurus sit nescit.
Nemo ergo de suis iam operibus securus
gaudeat. quia adhuc in huius vite
incertitudine quis se finis sequatur
ignorat. Sed quia rem veterem quam
nox ex divina districtione protulit
alius adhuc eminus refero.
Quod ex diva mea presentia mea conceda
contigisse. quod tamen in sermone alio iam
dixisse me memini. sed vos nequaquam
affuistis. Ante biennium frater quidam
in monasterium meum quod iuxta
beatorum martirum Iohannis et Pauli
ecclesiam situm est. gratia conversionis venit.
qui diu postulans protractus. quoque
susceptus est. Quem frater suus ad
monasterium non conversionis studio
sed carnali amore secutus est. Sed
qui ad conversionem venerat. valde fratri-
bus placebat. At contra frater illius lon-
ge a vita eius ac moribus discrepa-
bat. Vivebat tamen in monasterio
necessitate potius quam voluntate. Et cum
in cunctis actibus perversus existeret pro fra-
tre suo ab omnibus equanimiter tolerabatur.
Erat enim levis eloquio. pravus actione.
cultus vestibus. moribus incultus. Ferre
vero non poterat. si quisquam illi de sancti
habitus conversatione loqueretur. Frater autem fuit
vita eius cunctis fratribus in usu gravius.
sed tamen ut dictum est. pro fratre suo quo
erat cunctis tolerabilis. aspernabat valde

Exemplum de quodam Monacho

si quis ei aliquid de pravitate sue con-
versatione loqueretur. Bona non solum
facere sed etiam audire non poterat.
Numquam se ad sancte conversationis ha-
bitum venire iurando irascendo de-
ridendo testabatur. In hac autem pesti-
lentia que nuper huius urbis populum
magna ex parte consumpsit percussus.
Percussus in inguine est perductus ad
mortem. Cum extremum spiritum ageret
convenerunt fratres ut egressum illius ora-
de protegerent. Iam corpus eius ab
extrema fuerat parte premortuum in solo
tamen pectore calor vitalis adhuc
anhelabat. Cuncti autem fratres tanto
pro eo ceperunt enixius orare quanto
eum iam videbant sub celeritate
discedere. Cum repente cepit eisdem
fratribus assistentibus ad eos in quantum poterat
clamare et orationes eorum interrumpere
dicens. Recedite recedite. ecce dra-
coni ad devorandum datus sum
qui propter vestram presentiam devorare
me non potest. Caput meum in suo ore
iam absorbuit. Date locum ut non
me amplius cruciet. sed faciat quod
facturus est. Si ei ad devorandum
datus sum. quare propter vos moras
patior. Tunc fratres ceperunt ei dice-
re. Quid est quod loqueris frater. Signum
tibi sancte crucis imprime. Respondebat
ille ut poterat dicens. Volo me
signare. sed non possum. quia a dracone
premor. Cumque hoc fratres audis-
sent prostrati ad terram cum lacrimis
ceperunt pro ereptione illius vehemen-
tius orare. Et ecce subito cepit me-
lioratus eger. quibus valebat vocibus
exultare dicens. Gratias ago Deo. ecce
draco qui me ad devorandum acce-
perat fugit orationibus vestris expulsus
est. stare non potuit. Pro peccatis meis
modo intercedite. quia converti paratus
sum et secularem vitam funditus
relinquere. Homo ergo qui sicut iam
dictum est ab extrema corporis fuerat
parte premortuus reservatus ad vitam
toto ad Deum corde conversus est.
Longis et continuis in conversione eadem
flagellis eruditus. atque ante paucos
dies excrescente corporis molestia de-
functus est. Qui iam draconem mo-
riens non vidit. quia illum vincendo
per cordis immutationem vicit. Ecce
fratris mei Gordiana quam superius
dixi a sanctimonialis habitus excellen-
cia corruit ad penam. Et frater hic
de quo ista narravi ab ipso mortis
articulo rediit ad eternam vitam.
Nemo ergo sciat quid de se in occultis
Dei iudiciis agatur. Quia multi
vocati pauci vero electi. Quia igitur
nulli de se certum est electus sit ce-
restat ut omnes trepident. omnes
de sua formident. Omnes in sola
divina misericordia gaudeant. nullus de
suis viribus presumat. Est qui prestat
fiduciam nostram. ille scilicet qui in
se dignatus est suscipere naturam
nostram. Qui vivit et regnat cum
patre in unitate spiritus sancti Deus
per omnia secula seculorum Amen.

In illo tempore Secundum Lucam.
Cum appropinquasset Ihesus Ierusalem
videns civitatem flevit super illam
dicens. Quia si cognovisses et
tu. Et quidem in hac die tua
que ad pacem tibi. Nunc autem ab-
scondita sunt ab oculis tuis. Et
Reliqua. Omelia beati Gregorii pape.

Lectionem brevem sancti de eadem lectione
evangelii si breviter possum nollo
sermone percurrere. ut lectis in ea
prolixior detur intentio. qui scivit
ex paucis multa cogitare. Quod
flente domino illa Ierosolimorum subver-
sio describebatur. que a Vespasiano
et Tito Romanis principibus facta est

nullus qui historiam eversionis eius legit ignorat. Romani enim principes devastant eam. Cum dicitur: Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te, et filios tuos qui in te sunt. Hoc quoque quod additur: Et non relinquent in te lapidem super lapidem, etiam iam ipsa eiusdem civitatis transmigratio testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam fuit crucifixus dominus, illa urbs ut dicitur funditus est eversa. Cui ex qua eversionis sue culpa pena fuit illata, subiungitur: Eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. Creator quippe omnium per incarnationis sue misterium hanc visitare dignatus est, sed ipsa timoris et amoris illius recordata non est. Unde etiam per prophetam in increpatione cordis humani aves celi ad testimonium deducuntur, cum dicitur: Milvus in celo cognovit tempus suum, turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui, populus autem meus non cognovit iudicium domini. Sed querendum prius est, quis sit quod dominus in eadem civitate flevit super illam dicens: Quia si cognovisses et tu. Flevit enim pius redemptor ruinam civitatis perfide, quam ipsa civitas non cognoscebat esse venturam. Cui flens dominus recte dicitur: quia si cognovisses et tu, subaudis fleres, que modo quia nescis quid imminet exultas. Unde et subditur: Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi sunt.

Cum enim carnis se voluptatibus dabat et ventura mala non prospiceret, in die sua que ad pacem esse poterant habebat. Cur vero bona presentia ad pacem habuit manifestatur cum subditur: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim cordis eius oculis mala que imminent abscondita non essent, leta in presentibus prosperis non fuisset. Unde mox eam pena que de Romanis principibus imminebat adiuncta est. Ruina descripta quid dominus fecerit subditur: Et ingressus templum cepit eicere vendentes in illo et ementes, dicens illis: Scriptum est quia domus mea domus orationis est, vos fecistis autem illam speluncam latronum. Qui enim narravit mala ventura, et protinus templum ingressus est ut de illo vendentes et ementes eiceret, profecto innotuit quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Eversionem quippe describens, et vendentes in templo eiciens, in ipso effectu sui operis unde radix perditionis prodiret ostendit. Sicut autem evangelista alio teste didicimus, in templo columbe vendebantur. Et quid per columbas nisi sancti spiritus donum accipitur? Sed vendentes et ementes de templo eiciuntur, quia vel eos qui per impositionem manuum tribuunt, vel eos qui donum spiritus emere nituntur dampnat. De quo templo mox subditur: Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Qui enim ad accipienda munera in templo residebant, profecto quia quibusdam non dantibus lesiones exquirerent, dubium non erat. Domus ergo orationis spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo assistere noverant, ut aut non dantes munera studerent tollere per sequi, aut dantes spiritualiter negare. Cum non redemptor noster sic predicationis verba nec indignis et ingratis subtrahit. Per quem discipline

negotiatores in eiciendo expulsos templi. Quorum mox quae sequitur ostendit. Nam subditur: Et erat docens cotidie in templo. Haec nos historiam breviter tractando transcurrimus. Sed quia eversam iam Ierusalem nominis atque eversione sua in melius commutatam, quia expulsos latrones e templo atque iam ipsum templum ecclesiae scimus. Debemus de rebus exterioribus interiorum aliquam similitudinem trahere atque earum constitutis pictura morum ruinam timere. Videns autem civitatem flevit super illam dicens: Quia si cognovisses et tu. Hoc semel egit cum perituram civitatem esse nuntiavit. Hoc cotidie redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cum quosdam ex bona vita ad pravos mores pervenisse cognoscit. Plangunt enim eos qui nesciunt cur plangantur. Qui iuxta Salomonis verba laetantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis. Qui si damnationem suam quae eis imminet agnovissent, semetipsos cum lacrimis electorum plangerent. Sequitur: pertinere animae suae quae subditur convenit. Et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quam hic die sua habet anima perversa quae transitorio gaudet in tempore. Cui ea quae sunt ad pacem sunt quia dum ex rebus temporalibus laetatur, dum honoribus extollitur, dum carnis voluptate, dum nulla venturae poenae formidine terretur, pacem habet in die sua quae grave damnationis suae scandalum in die habebit aliena. Ibi enim affligenda est ubi iusti laetantur. Et cuncta quae modo ei ad pacem sunt, tunc in amaritudinem vertuntur. Quia rixam secum incipit cur damnationem quam patitur non expavit cum sua sponte prospiciendis malis sequentibus oculos mentis clausit. Unde ei dicitur:

Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Perversa quippe anima rebus praesentibus dedita in terrenis voluptatibus resoluta abscondit sibi mala sequentia, quia providere futura refugit quae praesentem laetitiam perturbet. Dumque se in praesentis vitae oblectatione resolvit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit? Unde bene scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum. Et unde per Paulum dicitur: Qui gaudent tamquam non gaudentes sint. Quia et si qua est praesentis temporis ita est agenda laetitia, ut numquam amaritudo sequentis iudicii recedat a memoria. Quatenus dum mens pavida extremae ultionis timore transfigitur, quanto nunc praesentis laetitia tenetur, post ira subsequentis temperetur. Hinc namque scriptum est: Beatus homo qui semper est pavidus. Qui vero mentis est durae corruet in malum. Sequentis enim ira iudicii tanto tunc districtius portabitur quanto nunc et mentis culpas minime timetur. Sequitur: Quia venient dies in te et circumdabunt te inimici tui vallo. Qui inimici nequiores sunt humanae animae maiores quam maligni spiritus? Qui hanc a corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam deceptis delectationibus foverunt. Quam vallo circumdant, quia mentis eius oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, hanc ad societatem suae damnationis trahentes coartant, ut ipsa iam in extremitate vitae deprehensa et a quibus hostibus circumclausa sit videat, et tamen evadendi aditum invenire non possit, quia operari iam bona non licet quae tunc licuit agere contempsit. De quibus adhuc apte sequitur intelligi valet: Circumdabunt te et coangustabunt te undique. Maligni quippe spiritus undique animam angustant, quam ei non solum operis verum etiam locutionis atque insuper cogitationis iniquitates replicant. Quae ne

primus se multa per dilatavit in tribulatione
ad extremum de omnibus angustiis in re-
tributione deprimitur. Et ad terram consternent
te et filios tuos qui in te sunt.
Tunc anima per cognitionem reatus sui
ad terram consternitur. cum caro quam
vitam suam credidit redire ad pulverem
urgetur. Tunc in morte filii illius
cadunt. cum cogitationes illicite que
modo ex illa prodeunt. in extrema vite
ultione dissipantur. Sicut scriptum est
In illa die peribunt omnes cogitationes
eorum. Que etiam dure cogitationes intelli-
gi etiam per lapidum significationem valent
Nam sequitur. Et non relinquent
in te lapidem super lapidem. Perversa
enim mens cum perverse cogitationi
adhuc perversiorem addit quid aliud
quam lapidem super lapidem ponit.
Sed in destructa civitate super lapidem
lapis non relinquitur. quia cum ad ultionem
suam anima ducitur. omnis ab illa cogi-
tationum suarum constructio dissipatur.
Que tamen hec patitur admittit. Eo
quod non cognovisti tempus visitationis
tue. Perversam namque animam omnipotens
deus multis modis visitare consuevit.
Nam assidue hanc visitat precepto
aliquando flagello aliquando autem miraculo
ut vera que nesciebat audiat. et tamen
ad hec superbiens atque contempnens
aut dolore compuncta redeat. aut be-
neficiis devicta malum quod fecit
erubescat. Sed quia visitationis
sue tempus minime cognoscit illis in
extremo vite inimicis traditur cum
quibus in eterno iudicio dampnationis
perpetue societate colligitur. Sicut scriptum est
Cum vadis cum adversario tuo ad
principem in via da operam liberari ab
illo ne forte tradat te iudici. Et iudex
tradat te exactori. Et exactor mittat
te in carcerem. Adversarius quippe noster
est in via sermo dei contrarius nostris
carnalibus desideriis in presenti vita. A
quo ipse liberatur qui preceptis eius humi-
liter subditur. Alioquin adversarius iu-
dici. et iudex tradet exactori. quia

ex sermone domini contempto peccator te-
nebitur in examine iudicis. Quem
iudex exactori tradet. quia hunc
maligno spiritui ad ultionem trahere permit-
tit. ut compulsam animam ipsam ad pe-
nam de corpore. que ei sponte ad cul-
pam consensit. Et exactori mittet
in carcerem. quia per malignum spiritum in
inferno retruditur. quousque iudicii
veniat. ex quo iam infernis ignibus
ipse simul cruciatur. Expleta ergo perdi-
tione civitatis quam nos ad penitentie
animae similitudinem traximus protinus
subditur. Et ingressus in templum ce-
pit eicere vendentes et ementes de illo.
Sicut templum dei in civitate est
ita in plebe fideli vita religiosorum.
Et sepe non nulli religionis officium
habitum sumunt. et dum sacrorum
ordinum locum percipiunt sancte religio-
nis officium in commercium terrene nego-
tiationis trahunt. Vendentes quippe
in templo sunt. qui hoc quod quibusdam
iure competit ad premium largiuntur.
Iusticiam enim vendere est. hanc pro
premii acceptione servare. Ementes
vero in templo sunt qui dum hoc
persolvere primo quod iustum est nolunt
dumque rem iure debitam facere con-
temprunt dato patronis premio emunt
peccatum. Quibus hic dicitur. Domus mea
domus orationis est. Vos autem fecistis
illam speluncam latronum. Quia dum
non nulli perversi homines locum religio-
nis tenent ibi malitie sue gladiis
occidunt ubi vivificare proximos ora-
tionis sue intercessione debuerunt. Tem-
plum quoque dei et domus dei est
ipsa mens atque conscientia fidelium. Que
si quando in lesione proximi perversas cogi-
tationes profert quasi in spelunca la-
trones resident simpliciter gradientes
interficiunt. quia in eos qui in nullo rei
sunt lesionis gladios defigunt. Mens
enim fidelium non iam domus orationis
sed spelunca latronum est. quia relicta

innocentia simplicitate sanctitatis
illud conatur agere. unde valeat proximis
nocere. Sed quia contra pravos hec
omnia verbis redemptoris nostri per sacras
paginas indesinenter instruimur. mox
namque hoc agit. quod fecisse perhibetur
cum dicitur. Erat docens cotidie in
templo. Cum enim mentem fidelium
ad cavenda mala subtiliter erudit coti-
die veritas templo docens. Sed sci-
endum nobis est. quia veritas ubi
vacat erudire. si extrema mala nostra
formidolose et indesinenter aspicimus.
unde hoc quod per quendam sapientem dicitur
In omnibus operibus tuis memorare no-
vissima tua. et in eternum non peccabis.
Pensare quippe debemus cotidie quod ex
eiusdem voce nostri redemptoris au-
divimus. Et quidem in hac die tua
que ad pacem tibi. nunc autem abscondita
sunt ab oculis tuis. Dum enim di-
strictus iudex sustinet. et adhuc ma-
num non exerit in percussionem. dum ad
retributionem ultionis ultime esse que-
dam temporis securitas videtur. debemus
pensare malum quod sequitur. Pensan-
tes gemere gementes vitare ea que
commisimus. peccata indesinenter aspicere
aspicientes flere. flentes abstergere
Nulla nos tunc temporis laudis letitia
quod dissonat. nec mentis nostre oculos
ea que sunt transitoria obstinant
nec ceteros adiungere dicat. Si enim
districte presentis temporis sit ponderis
inspiciat ex ore veritatis cognoscitur
cum negligenti. et futura non prospi-
cienti dicitur. Et quidem in hac die
tua. que ad pacem tibi. nunc autem abscondita
sunt ab oculis tuis. Nam cogitatio
valde est quietum nobis erit tribu-
latio nostre resolutionis. quis pavor
mentis. quanta tunc omnium malorum
memoria. que oblivio transacte felici-
tatis. que formido et consideratio iu-
dicis. quid ergo esse nobis de perditionibus
ad delectationem dicere intelligi. qui ceteris

sunt transeuntibus non valet cernere quod
imminet. Quando et hoc sensibus sentitur
quod colligitur diligitur. et illud quod ca-
pitur. ubi dolor magnum sentitur.
Tunc maligni spiritus inquirentes anima
sua opera requirunt. tunc mala que
suasi sunt replicant ut socia ad tormen-
ta trahant. Sed cur hoc de prava
solummodo anima aliquid requirunt.
Unus autem in hominibus extitit. qui
ante passionem suam libera voce dixit
Iam non multa loquar vobiscum
Venit princeps mundi huius. et in me
non habet quicquam. Quia enim hunc mor-
talem hominem vidit sine in illo mundi
princeps. aliquid invenire posse cre-
didit. Sed sine ullo peccato a mundi huius
corruptione exiit. qui sine peccato ad mundum
venit. Hoc de se contra mundi principem
nec petrus dicere presumit. qui audire
meruit. quecumque ligaveris super terram erit
solutum et in celis. Hoc nec paulus
dicere presumpsit. qui prius quam mortis
debitum solveret. ad celi tertii secreta per-
venit. Hoc nec iohannes dicere ausus
est. qui per amorem precipuo in redemptoris
sui pectore in cena recubuit. Nam
cum propheta dicit. Ecce enim in iniqui-
tatibus conceptus sum. et in peccatis
peperit me mater mea. sine culpa
in mundo esse non potuit. qui cum mundo
cum culpa venit. Hinc namque idem
propheta ait. Non iustificabitur in conspectu
tuo omnis vivens. Hinc salomon ait
Non est homo iustus in terra qui faciat
bonum. et non peccet. Hinc iohannes
dicit. Si dixerimus. quia peccatum non habemus
ipsi nos seducimus. et veritas in nobis
non est. Hinc iacobus ait. In multis
enim offendimus omnes. Constat enim
quia omnes. qui de carnis delectatione
concepti sunt. in corde procul dubio vel ac-
tione. vel locutione. vel cogitatione aliquid

sum princeps huius mundi habet. Sed
d(omi)n(u)s illos vel post rapere. vel premis
tenere non potuit. quia eos adebitis ille
prius eripuit. qui pro nobis sine debito
mortis debitum soluit. ut nos iam pre-
mere hostis nostri debita nostra non teneant.
quia pro nobis mediator dei et hominum
homo christus ihesus gratuito reddi-
dit quod non debebat. Semel enim pro nobis
mortem carnis indebitam reddidit.
nos adebita morte anime liberauit.
Ait ergo. Venit enim princeps huius
et in me non habet quicquam. Sed tamen
nobis est / et cum magno cotidie fle-
tibus cogitandum quam rapidus. quam ter-
ribilis sua in nos opera requirens in die
nostre exitus huius mundi veniat. Si
etiam ad deum carne morientem ve-
nit et in illo aliquid quesiuit in quo
inuenire nichil potuit. Quid itaque
nos miseri dicturi. quid acturi sumus
quod in innumera mala commisimus
Quid requirere aduersarius. et multa sua
inuenienti in nos opera dicens. nisi
solum quod nobis est. certe refugium
solida spes. quia unum cum eo facti
sumus. in quo princeps huius mundi
et suum aliquid requisiuit. et inue-
nire minime potuit. qui solus est inter
mortuos liber. Et a peccati iam seruitio
vera libertate soluimur. quia et qui
vere liber est unimur. Constat enim
nec negare possumus. Sed veraciter
fatemur. quia princeps huius mundi
habet in nobis multa. Sed tamen mortis
nostre tempore iam nos rapere non valet
quia eius membra effecti sumus. in
quo non habet quicquam. Sed quid prodest
quod eidem redemptori nostro per fidem
iungimur. si ab eo moribus disiungamur.
Ipse etenim dicit. Non omnis qui
dicit michi domine domine. intrabit in
regnum celorum. Recta ergo opera fidei iure
iungenda sunt. Mala que fecimus
per cotidiana lamenta diluamus. Laf-
actas nostras nequitias per gratiam

ab amore dei et proximi recta opera sup-
erit. Nulla que possimus fratribus
impendere bona retulerimus. Nec alie
redemptoris nostri membra efficimur
nisi inherendo deo et compaciendo
proximis. Sed quia ad amorem dei
et proximi plerumque corda audientium
magis exempla quam excitant
caritati nostre meditare studeo. Ex
is qui presto est filius meus epipha
nius diaconus isaurie prouincie
exortus in urbana sermo terra lacionis
solet narrare miraculum. Ait enim
quod in ea quidam marturius nomine
vite valde venerabilis monachus
qui ex suo monasterio visitationis
gratia ad aliud monasterium tendebat. Cui
spalis peccat pro. Pergens itaque leprosum
quendam qui dicitur elephantino morbo
per membra fedauat inuenit in via
volentem ad suum hospitium redire
et pre lassitudine non valentem. In
ipso non itinere se hic proferebat hospi-
cium. quo ydem marturius monachus
ire festinabat. Vir autem dei eius
leprosi lassitudine misertus pallium
quo vestiebatur protinus proiecit et ex-
pandit. ac desuper leprosum posuit cum
quo suo pallio undique constrictum super
humeros leuauit. secumque veniens
detulit. Cumque iam monasterii ianue
ueniret clamare cepit. Currite ia-
nuas monasterii foribus propinquaret
spiritalis pater eius aperite frater mar-
turius ad monasterium venit deum
portans. Statimque vero ut marturius
ad monasterii aditum peruenit is qui
leprosus esse putabatur. de collo eius
exiliens et in ea (uidelicet) specie apparens qua
recognosci ab omnibus solet redemp-
tor humani generis. deus et homo
christus ihesus ad celum marturio aspi-
ciente rediit. eique ascendens dixit
Marturi tu me non erubuisti

Epiphanius diaconus

Marturius deum portat

Quantum sūma copassio va

pr tiam· ego te nō erubescam sup
celos Cum sanctꝰ vir mox ut est
mōstrum ingressus pr eius mona
stij dixit ffr martyri· ubi est
quem portabas Cui ille dixit
Si ego scissem quis eet pedes il
lius tenuissem Tunc ipse marti
rius narrabat· quia cum eum
portasset· pondus eius minime
sensisset Nec mirū quō em pōdꝰ
sentire potuit eius qui portātē
portabat Qua in re pensandū
nobis est· quantum sūma copassio
valeat· quantum nos omnipotenti do
mine opa coniungant Unde em illi
qui e sr omnia· ppinquauit unde
nos per compassionem proximi etiā sup
nosmetipos deponimus In rebꝫ
corlibꝫ nemo alta tangit· nisi qui
tendit In rebus vō spualibus
ctum ē quia quanto plus copassiōe
attrahimur tanto altius vius ppi
quamus Hinc est cum redemptor genus
humam ad edificacōem inuenit
sufficit· qd in extremo iudicio dictum
se esse phibuit Cum uni fecistis
uni de his fribus meis· michi
fecistis· nisi et an iudiciū hoc in
se ondēt qd dixisset Ut videlic
demonstret qd quisquis inut exige
tibus bona opa exhibet ei h' ffpt
impendit· cuius h' amore exhibuit
Et tanto plusquamsoz maiore mcedē
recipit· quāto nec eum despicit
qui amplius despiciendus ut Ecind
cū in humam carnē sublimius car
ne copū· que ē super anglos exal
tata Et quod est in humana carne
subiectius carne lepsi· que tumesce
tibus scindit exaltantibꝫ fetoribꝫ
impletur Sed ecce in spē lepsi
apparuit· et is qui est venerāds sup
omnia, Unde despectus infra omnia
dedignatus nō est Cur hoc nisi
ut nos sensu tardiores admoneret

quatenus quisquis ei qui in celo ē
festinat assistere Humiliari in terra
et compati etiā abiectis et despitabi
bus frībus nō recuset Loquitur cari
tati vrē sub breuitate decernam
qua nō est in homine via eius de
currens sermo retinei nō pot quī
disposuit ipē Regna largitur Qui
vivit et regnat in secula seclorū
Amen Secundum Lucam

In illo tempore Dixit ihūs di
scipulis suis Homo quidā erat dives
et induebatur pp̄ura et bysso· et
epulebatur cotidie splendide Et erat
quidam mendicus nomine lazarus
qui iacebat ad ianuam eius vlceribꝫ
plenus· cupiebat saturari de micis
que cadebant de mensa divitis· et
nemo illi dabat Sed et canes ve
niebant· et lingebant vlcera eius
Et Reliqua Omelia bti greg

In vbis sacri ppē de eadem lectōne
euangelii frs kmi· prius serua
da ē ueritas hystorie· et postmod
requirenda spūalis intelligēcia alle
gorie Tunc naqz allegorie fructus
suauit carpitur· cum prius per historiam
ueritatis radice solidatur Sed quia
nō nunquam allegoria fidem edificat
et hystoria moralitatē· nos quia
auctore deo iam fidelibꝫ loquimur
nō abre credimus Si ipm loquendi
ordinē· postponamus· quatenus quia
fidem iam rectam· tenetis prius de alle
goria aliud breuiter audire debeatis
Et quod nobis de moralitate hystorie
valde ē necessarium hoc in expōnis nrē
ordine seruetur extremum Quia ea
plerūqz solent melius recoli· que
contingit postmodum audi Sensus
allegoricos sub breuitate transcur
rimus· ut moralitatis latitudinē
cicius venire valeamus Homo
quidam erat dives qui induebatur
purpura et bysso· et epulebatur cotidie

splendide. Quem ergo fratres karissimi quod dives
iste qui induebatur purpura et bysso
et epulabatur cotidie splendide nisi iu-
daicum populum signat. Qui cultum
vite exterius habuit legis delicias ad
nitorem usus est non ad utilitatem.
Quem vero lazarus ulceribus plenus nisi
gentilem populum figuraliter exprimit.
Qui dum conversus ad deum peccata
sua confiteri non erubuit huic vulnus
in cute fuit. In cutis quippe vulnere
virus a visceribus trahitur et foras
erumpit. Quid est ergo peccatorum confessio
nisi quedam vulnerum ruptio. Quia
peccati virus salubriter aperitur in confessione quod
pestifera latebat in mente. Vulnera
etenim cutis in superficie trahunt humo-
rem putredinis. Et confitendo peccata
quid aliud agimus nisi malum quod
in nobis latebat aperimus. Sed lazarus
vulneratus cupiebat saturari de micis
que cadebant de mensa divitis et nemo
illi dabat. quia gentilem quemque ad co-
gnitionem legis admittere superbus ille populus
despiciebat. Qui cum doctrinam legis
non ad caritatem habuit sed ad elationem
quasi de acceptis opibus tumuit. Et
quia ei verba defluebant de scientia qui-
mice cadebant de mensa. Atque con-
iacentis pauperis vulnera lingebant
canes. Non numquam solent in sacro
eloquio per canes intelligi predicatores.
Canis etenim cum lingua vulnus dum
lingit curat. Quia et doctores sancti
dum in confessione peccati nostri nos instruunt
quasi vulnus mentis per linguam tangunt.
Et quia nos loquendo a peccatis eripiunt
quasi vulnera tangendo ad salutem redu-
cunt. Quia enim canum nomine predica-
torum lingua signatur. dum per psal-
mistam dicitur. lingua canum tuorum
ex inimicis ab ipso. Ex iudeis quippe
infidelibus sancti predicatores electi sunt
qui in assertionem veritatis contra infideles
venientes magnos pro domino ut ita
dicam latratus dederunt. Quo contra

quosdam increpatione dicitur. Canes
muti non valentes latrare. Qui igitur
predicatores sancti peccata damnant
confessionem vero peccatorum approbant dicen-
tes. Confitemini alterutrum peccata vestra
et orate pro invicem ut salvemini. ulcera
lazari canes lingunt. Sancti etenim
doctores dum gentilium confessiones
accipiunt medicinam vulneribus saluti re-
stituunt. Unde et bene lazarus
interpretatur adiutus. Quia ipsi hunc ad
susceptionem curant. Possunt etiam per
lingentium canum lata adulancium lin-
gua signari. Adulantibus etenim
vulnera nostra lingere est. Quod plerumque
solent etiam ipsa mala que nos in
nobis reprehendimus. in verbo favoris
laudare. Contigit vero ut uterque
moreretur. Dives qui induebatur
purpura et bysso sepultus est in infer-
no. In sinum vero abrahe lazarus
ab angelis ductus est. Quid abrahe
sinus nisi secretam requiem signi-
ficat patris. De qua veritas dicit. Multi
venient ab oriente et occidente
et recumbent cum abraham et ysaac
et iacob in regno celorum. filii autem
regni huius eicientur in tenebras ex-
teriores. Qui vero purpura et bysso
indutus dicitur. recte filii regni vocantur.
Qui de longinquo ad videndum lazarum
oculos levat. quia dum per dampna-
tionis sue supplicia infideles in imo
sunt. fideles quosque ante diem extremi
iudicii super se in requie attendunt
quorum post gaudia contemplari nulla-
tenus possunt. Longe vero est quod con-
spiciunt. quia illuc pertingendo non atti-
gunt. In lingua autem amplius
ardere cognoscitur cum dicitur. Mitte laza-
rum ut intingat extremum digiti sui
in aquam et refrigeret linguam meam
quia crucior in hac flamma. Infidel-
is populus verba legis in ore tenuit que opere
servare contempsit. Ibi ergo amplius
ardebat. ubi se vidit scire quod facere

Luc. pulc

noluit. Quia scilicet bene de doctis et
negligentibus per Salomonem dicitur: Omnis
labor hominis in ore eius, sed anima
illius non implebitur. Quia quisquis
hoc solum invigilat ut sciat quid
loquatur dicat, ab ipsa refectione sue scientie
mente vacua ieiunat. Ab extremo
digiti se tangi desiderat. Quia etiam
suppliciis datus, optat operacione minimorum
vel ultima participari. Cui videlicet
Quod in hac vita bona recepit
quia omne gaudium suum felicita-
tem transitoriam putavit. Habuerunt
etiam pii et iusti bona. Nec tamen
hoc in recompensatione recipere. Quia
divini meliora videlicet eterna appetunt cor-
dis, quamvis bona assumunt, cum sanctis
desideriis estuant, bona minime sunt.
Unde David propheta: Cum regni di-
vitiis multis obsequiis fulciebatur
quasi et hec ad necessitatem bona
esse conspiceret, unum tam singulariter
bonum inhians estuabat dicens:
Michi autem adherere deo bonum est.
Notandum hec non nondum est quod ei dicitur:
memento fili. Ecce enim Abraham
filium vocat, quem tamen a tormento
non liberat. Quoniam huius infidelis populi
precedentes patres fideles, quia multos
a sua fide deviasse considerant, eos
nulla compassione a tormentis eripi-
unt, quos tamen per carnem filios re-
cognoscunt. In tormentis autem di-
ves positus quinque fratres habere se perhi-
bet. Quia superbus idem iudaicus populus
qui ex magna iam parte dampnatus
est, sequaces suos quos super terram
reliquit, quinque sensibus corporis dedi-
tos novit. Cum vero eos quinque
fratres quos reliquerit respicit, quia
eos ad spiritalem intelligentiam non assur-
gere petit ut ad eos Lazarum mittat.
Cui quia Moysen et prophetas habent
dicitur. Sed ait: Quia non credunt nisi
si quis ex mortuis resurrexerit.

Cui protinus videtur: Si Moysen et
prophetas non audiunt, neque si quis ex mor-
tuis resurrexerit credent ei. Certe de
Moyse veritas dicit: Si crederetis Moysi
crederetis utique et michi. De me enim
ille scripsit. Impletur ergo quod Abrahe
responsione dicitur: Ex mortuis enim dominus
surrexit, sed iudaicus populus quia Moysi
credere noluit, ei etiam qui resurrexit
ex mortuis credere contempsit. Cumque Moy-
si verba spiritualiter intelligere contempsit, ad
eum de quo Moyses locutus fuerat
non pervenit. Hec nos fratres karissimi
pro indicandis allegorie mysteriis suc-
cincte tetigisse sufficiat. Nunc ad eluci-
Hystoria lit. dandam latius rei geste moralitatem
animus recurrat. Homo quidam erat
dives et induebatur purpura et bys-
so et epulabatur cotidie splendide. Et
erat quidam mendicus nomine Laza-
rus qui iacebat ante ianuam divitis
ulceribus plenus. Nonnulli putant
precepta veteris testamenti districtiora
esse quam novi. Sed hii nimirum impro-
vida consideratione falluntur. In illo
enim non tenacia sed rapina multatur.
Ubi res iniuste sublata restitutione
quadrupli punitur. Hic autem dives
iste non abstulisse aliena reprehenditur
sed propria non dedisse. Nec dicitur quia
in quempiam oppressisset. Sed quia in acceptis
rebus se extulit. Hinc ergo ~~hec~~ summo-
pe colligendum est, quia pena mul-
tandus sit qui aliena diripit, si inferni
dampnatione percutitur qui propria
non largitur. Nemo itaque securum
se existimet dicens: Ecce aliena non
rapio, sed licite concessis rebus fruor.
Quia iste non ideo punitus est quia
aliena abstulit, sed quia acceptis
rebus semetipsum male dedit. Hoc
est quod eum inferno tradidit, quia
in sua felicitate timidus fuit. Quia
percepta dona ad usum arrogantie
inflexit, quod viscera pietatis ignoravit.
Quia peccata sua redimere etiam tunc

humidaret primum noluit. Et sunt non
nulli qui cultum subtilium preciosarum
vestium non putant esse peccatum. Sed si vestium
culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam
vigilanter exprimeret quod dives qui torquebatur
apud inferos bysso et purpura indu-
tus fuisset. Nemo quippe vestimenta
precipua nisi ad manem gloriam querit,
videlicet ut honorabilior ceteris esse videatur.
Nam quia pro sola inani gloria vestimen-
tum preciosius queritur, res ipsa testatur
quod nemo vult ibi preciosis vestibus indui
ubi ab aliis non possit videri. Quam
culpam possumus melius eciam ex di-
verso colligere. Quia abieccio vilis indu-
menti virtus non esset, si ewangelista
vigilanter de Iohanne non diceret: Erat
indutus pilis camelorum. Sed notan-
dum nobis magnopere est more veritatis
de superbo divite et humili paupere quan-
tus sit ordo narracionis. Ecce enim dicitur:
Homo quidam erat dives, et protinus
subinfertur: Et erat quidam mendicus no-
mine Lazarus. Certe in populo plus solent
nomina divitum quam nomina pauperum
sciri. Quid est ergo quod Dominus de paupere
et divite verbum faciens, nomen
pauperis dicit et nomen divitis non
dicit, nisi quod Deus humiles novit atque
approbat et superbos ignorat? Unde et quibusdam
de miraculorum virtute superbientibus in fine
dicturus est: Nescio vos unde sitis.
Discedite a me omnes operarii iniquitatis.
At contra Moysi dicitur: Novi te ex no-
mine. Ait ergo de divite: Homo quidam.
Ait de paupere: Egenus nomine Lazarus.
Ac si aperte dicat: Pauperem humilem
scio, superbum divitem nescio. Illum cog-
nitum per approbacionem habeo, hunc per iudicium
reprobacionis ignoro. Pensandum nobis
est eciam conditor quanta omnia con-
sideracione dispensat. Una etenim res
non pro una re agitur. Nam ecce plenus
ulceribus mendicus Lazarus ante ianuam
divitis iacet. Una de re una Dominus
duo iudicia tunc explevit. Habuisset
enim fortasse aliquam excusacionem
dives, si Lazarus ulcerosus pauper
ante ianuam eius non iacuisset. Rur-
sum si longe esset dives ab oculis
ulcerosi pauperis, minorem tolerasset
in animo temptacionem pauper. Sed
dum egenum et ulcerosum ante ianuam
divitis et deliciis affluentis posuit,
in una eademque re et ex visione
pauperis non miseranti cumulum damp-
nacionis intulit. Et rursum ex vi-
sione divitis temptatum cotidie pau-
perem probavit. Quantas huic egeno
et vulneribus obsessum temptaciones
creditis in mente tolerasse,
cum ipse egeret pane et non haberet eciam
salutem, atque ante se divitem cerneret
salutem et delicias habere cum voluptate,
se dolore et frigore affici, illum gau-
dere conspiceret bysso et purpura
vestiri, se deprimi vulneribus, illum
defluere acceptis rebus, se egere, illum
nolle largiri. Quantus putamus
fuerit tunc in corde pauperis
tumultus temptacionis fuit. Cui
certe poterat ad penam sufficere paupertas
eciam si sanus fuisset. Et rursum
sufficeret egritudo eciam si subsidium
adesset. Sed ut probaretur amplius
pauper, simul hunc paupertas et egritudo
tabefecit. Atque insuper videbat pro-
cedentem divitem obsequentibus cum fulciri,
et se infirmitate et inopia nullo
visitari. Nam quia ei nemo ad visita-
dum aderat, testantur canes qui
libenter eius vulnera lingebant. Ex una ergo
re omnipotens Deus duo iudicia exhi-
buit, dum Lazarum pauperem ante ianuam
divitis iacere permisit, ut et dives
impius dampnacionis sibi augeret
ulcionem, et temptatus pauper esset
ad remuneracionem. Conspiciebat ille
cotidie cui non misereretur, videbat
iste de quo probaretur. Duo inferius
corda, sed unus, sed unus desuper

inspectori qui et hunc temptando excecabat ad gloriam, et illum tollerando expectabat ad penam. Nam sequitur: Factum est autem ut moreretur lazarus, et portaretur ab angelis in sinum abrahe. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno. Iam nunc dives enim qui in hac vita misereri non voluit, in proprio supplicio positus patronum querit. Nam ecce subiungitur: Elevans oculos suos cum esset in tormentis, vidit abraham a longe et lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater abraham miserere mei, et mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quanta est subtilitas iudiciorum dei, quam districte agitur bonorum actuum malorumque retributio. Certe superius dictum est quia in hac vita lazarus cadentes micas de mensa divitis cupiebat et nemo illi dabat. Nunc de supplicio divitis dicitur quia de extremo digito lazari distillari aquam in ore suo concupiscit. Hinc ergo hinc fratres colligite quanta sit districtio severitatis dei. Dives enim iste qui vulnerato pauperi necessaria sue vel minima dare noluit, in inferno positus usque ad minima querenda pervenit. Nam guttam aque petiit, qui micas panis negavit. Sed notandum valde est quod sitiens dives in igne positus linguam suam refrigerari petit. Mos quippe est epularum eloquium, ut aliquis dicat, sed excedendo aliud innuat. Epulis autem hunc superbum divitem deditum non loquacitati vacantem dixerat, sed superflue convivantem. Neque hunc de loquacitate narravit, sed tantum elatione et tenacia vel avaricia de edacitate peccasse. Sed quia habundare in conviviis loquacitas solet, ibi qui hic male convivatus dicitur

apud inferni gehennis in lingua ardere perhibetur. Prima namque male conviviantibus famulatur culpa loquacitatis, post loquacitatem lubrica levitas sequitur. Nam quod edacitatem luxuria sequitur, testatur sacra scriptura, que ait: Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. Sed prius quam ad luxuriam moveatur cor, ad iocos vel verba inania movet lingua. Quid est ergo quod in tormentis positus dives linguam refrigerari postulat, nisi quod is qui convivando magis de loquacitate peccaverat, pro retributione iusticiam in lingua atrocius ardebat. Sed tunc graviter valde est pavore pensandum hoc quod ei per abrahe responsionem dicitur: Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, et lazarus similiter mala. Nunc hic consolatur, tu vero cruciaris. Ista fratres karissimi sunt pavore potius indigent quam expositione. Nam si qui estis qui in hoc mundo exterioris boni aliquid accepistis, ... ut ita dicam dominum exterius pertimescite. Verendum est ne vobis pro quorundam bonorum actuum recompensatione sit datum. Ne iudex qui hic bona exteriora restituit, a retributione boni interni repellat. Ne honor hic vel divicie non adiumentum virtutis fuerit, sed remuneratio fuerit laboris. Ecce cum dicitur: quia recepisti bona in vita tua, indicatur et dives iste boni aliquid habuisse ex quo in hac vita bona reciperet. Rursum quod de lazaro dicitur: recepit mala, profecto monstratur et lazarus habuisse malum aliquid quod purgaretur. Sed mala lazari purgavit ignis inopie, et bona divitis remuneravit felicitas transeuntis vite. Illum paupertas afflixit et tersit, istum habundantia remuneravit et repulit

Vos autem fratres qui bene in hoc seculo habetis cum
vos bona egisse recolitis de ipsis pertime-
scite ne concessa vobis prosperitas eorum
remuneratio sit bonorum. Sed cum quoslibet
pauperes non nulla reprehensibilia perpe-
trare conspicitis nolite despicere noli-
te desperare quia fortasse quos superfluitas
tenuissime pravitatis inquinat caminus
paupertatis purgat. De vobis omnino
pertimescite quia non nulla etiam male
acta prospera vita secuta est. De illis
vero sollicite pensate quia eorum vitium
magis paupertas cruciat quos usque ad
rectitudinem perducat. Sequitur. Et in hiis
omnibus inter nos et vos magnum chaos
firmatum est ut hii qui volunt tran-
sire ad nos non pnt possint neque tunc
hinc transmeare. Quia vero valde queren-
dum est quomodo dicatur hii qui volunt tran-
sire ad nos non possunt. Certum enim est hii qui in
inferno sunt ad bonorum sortem transire cupi-
unt. Dubium non est. Cum non iam in
beatitudinis sorte suscepti sunt quo pacto
dicitur quia transire ad eos qui in inferno
cruciantur volunt. Sed sicut transire
reprobi ad electos cupiunt id est ad suppli-
ciorum suorum afflictione migrare ita ad
afflictos atque in tormentis positos transire
iustorum est mente ire per misericordiam eosque velle
liberare. Sed qui volunt de beatorum sede
ad afflictos atque in tormentis positos
transire si possunt quia iustorum anime quamvis
in sue nature bonitate misericordiam habeant
iam tunc auctoris sui iusticie coniuncte
tanta rectitudine constringuntur ut nulla
ad reprobos compassione moveantur.
Ipsi quippe iudici concordant cui inherent.
Sed eos et eos quos eripere non possunt nec
ex misericordia condescendunt. Quia tamen illos
tunc esse videbunt extraneos quanto
ab eo quem diligunt auctore suo con-
spiciunt per nullatenus esse repulsos.
Nec iniusti ad bonorum sortem ergo transeunt
quia dampnatione perpetua constringuntur
nec iusti transire ad reprobos possunt quia
recti iam per iusticiam iudicii eis nullo

ex aliqua compassione inherentur.
Sed postquam ardenti diviti de se
spes tollitur eius animus convertitur ad propin-
quos quos reliquerat recurrit. Quia
reproborum mentem pena sua quandoque inutiliter
erudit ad caritatem ut iam tunc suos
suos etiam spiritualiter diligat qui hic
dum peccata diligeret nec se amabat.
Unde mox dicitur Rogo ergo pater ut mit-
tas eum in domum patris mei habeo
enim quinque fratres ut testificetur illis ne
et ipsi veniant in hunc locum tormen-
torum. Qua in re notandum est ut
ardenti diviti cumulata ad suppli-
cium cumulantur. Ad penam namque
et ei cognitio servatur et memoria.
Cognoscit enim Lazarum quem despe-
xit fratrum quorum memoriam meminit quos
reliquit. Perfecta ei quippe ultio de
paupere non esset si non in hoc quem ipse
patitur etiam suis timet. Ut ergo
peccatores in supplicio amplius puniantur
et eorum vident gloriam quos contemp-
serunt et de illorum etiam pena tor-
quentur quos inutiliter amaverunt. Cre-
dendum vero est quod ante retributionem
extremi iudicii iniusti in requie
quosdam iustos conspiciunt ut eos vi-
dentes in gaudio non solum de suo
supplicio sed etiam de illorum bono cruciantur.
Iusti vero semper in tormentis ~~pauper~~
intuentur iniustos et hinc eorum gau-
dium crescit quia malum conspiciunt
quod misericordie evaserunt. Tanto que ma-
iores ereptori suo gratias referunt
quanto vident in aliis quod ipsi perpeti
si essent relicti potuerunt. Nec illam tan-
te beatitudinis claritudinem apud
iustorum animum fuscat aspecta pena re-
proborum quia ibi iam compassio miserie
miserie non erit. Minuere procul dubio
beatorum leticiam non valebit. Quamvis autem
mirum si dum iusti iniustorum tormen-
ta conspiciunt hoc eis veniat in obsequium
quo gaudiorum quando et in pictura
niger color substernitur ut albus

Nota
Iusti in tormentis vident
esse iniustos

vel rubeus clarior inveniatur. Et
quamuis eis sua gaudia ad perfruendum
plene sufficiant, mala tamen reproborum
absque dubio semper aspiciunt. Et enim
quia qui creatoris sui claritatem
vident nichil in creatura agitur
quod videre non possint. Peteti autem di-
viti ut lazarus mittatur ab abra-
ham rudetur. habent moysen et prophetas
illos audiant. Sed qui dei verba de-
spexerant hec audire non posse eos
sequaces estimabat. Unde et rudi-
bus. Non pater mi. si quis ad eos
ex mortuis ierit credent. Cui mox
verba sua dicitur. Si moysen et prophetas
non audiunt. neque si quis ex mortuis
resurrexit credent ei. Et enim vim-
verum. qui verba legis despiciunt
redemptoris precepta, qui ex mortuis
surrexit, quanto subtiliora tanto
hec difficilius implebunt. Quamuis
est enim quod quiunt per legem dicitur
quam hec quod per dominum iubetur. Illa
enim dare decimas precepit. redemp-
tor noster uos abhiis qui perfectionem
sectantur. omnia dimitti iubet. Illa
peccata carnis resecat. redemptor no-
ster illicitas etiam cogitationes dam-
nat. Si ergo moysen et prophetas non
audiunt. neque si quis ex mortuis
resurrexit credent ei. Et enim hii
qui villioris legis precepta implere
negligunt salvatoris nostri mandatis
altioribus obedire quomodo convalescunt
Et nimirum constat. quia cuius imple-
re dicta renuunt. ei procul dubio credere
recusavit. Hec nos de ipsa rei geste
consideratione dixisse sufficiat. Sed vos
fratres karissimi. et requiem lazari et penam
divitis cognoscentes sollerter agite.
culparum vestrarum intercessores querite
ad atque ad te advocatos vobis in
diem iudicii pauperes procurate. Mul-
tos etenim nunc lazaros habetis. ante
ianuas vestras. iacent atque hiis indi-
gent. que vobis iam saciatis coti-
die de mensa cadunt. Verba sacre
lectionis debent nos instruere
ad implenda mandata pietatis coti-
die lazarum. si requirimus invenimus.
Cotidie si lazarum si non querimus cer-
nimus. Ecce importune se pauperes
offerunt. rogant nos qui tunc pro
vobis intercessores veniant. Certe
nos omnino rogare debemus quod peti-
mur. qui prouinciant qui petunt.
Nolite ergo vide ... pro deo. nolite ac-
cepta remedia dissimulare. Ante sup-
plicium cogitate de supplicio. Cum
quosdam in hoc mundo conspicimus
aspicitis. abiectos etiam si qua eorum
reprehensibilia esse videantur. Nolite
despicere. quos mox infirmitas in-
quinat medicina paupertatis curat.
Quorum si qua sunt talia, que de-
beant iure reprehendi. hec si vultis
ad usum vestre mercedis inflectitis ut
et corpus eorum vitiis cumulantur
vobis nutrimenta pietatis. quatenus
pariter panem detis et verbum. panem
refectionis cum verbo correctionis. Et
duo a vobis alimenta percipiant qui
unum querebant. dum et exterius cibo
intus satientur eloquio. Pauper ergo
cum reprehensibilis cernitur non sit de
Si non reprehensibilis nichil habet. ve-
neratur summope. petit intercessor. de
Sed certe multos cernimus qui cuius
sit minime nescimus. Omnes ergo venerandi
sunt. Tantoque necesse. ut omnibus te hu-
miliare debeas quanto cui sit ignotum
ignoras. Rem fratres refero quam
bene is qui presens est frater et compresbi-
ter meus speciosus novit. Eodem tem-
pore quo monasterium petii. anus quedam
redempta nomine sanctimoniali
habitu constituta in urbe hac. iux-
ta beate marie virginis ecclesiam manebat.
Hec illius eruditionis discipula
fuerat. que magnis virtutibus polles
super palestinos notes vitam he-
remitice dixisse fertur. Hinc
due in eodem habitu discipline ma-
gistre romula et altera. que nunc
adhuc superest. quam quidem

Sem pulcs doctula

faciem scio · sed nomen nescio. Tres ita-
que hec in uno habitaculo commanentes
morum quidem diuitiis plene · sed
tamen rebus pauperem uitam ducebant.
Hec autem quam prefatus Romula · aliam
predixi condiscipulam suam · magnis
uite meritis anteibat. Erat quippe
mire patientie · summe obedientie · custos
oris sui ad silentium · studiosa valde
ad continue orationis usum. Sed quia
plerumque hi quos iam perfectos ho-
mines · nec dum perfecte sculpentes
sigilla conspicimus · et iam quasi perfecta
laudamus que adhuc artifex considerat
et limat et laudare eum audent iam
et tamen ea tundendo meliorando non
desinit · hec quam prediximus Romula
ea quam greco vocabulo medici pa-
ralisin vocant molestiam corporis
percussa est. Multisque annis in lectulo
decumbens pene omni iacebat
membrorum officio destituta. Nec
tamen hec eadem eius mentem ad
impatientiam flagella perduxerant. Nam
ipsa ei detrimenta membrorum facta
fuerant incrementa virtutum. Quia
quanto sollicitius ad usum orationis
excreverat · quanto et aliud · quod agere
nequaquam valebat. Nocte igitur quadam
eandem Redemptam quam prefatus sum
que utrasque discipulas suas loco
filiarum nutriebat vocavit dicens ·
Mater veni · mater veni. Que mox
cum alia discipula surrexit. Sicut
utrisque referentibus · et multis res eadem
claruit et ego quoque eodem tempore agnovi.
Cumque noctis medio lectulo iacentis
assisterent · subito celitus lux emissa
omne illius cellule spatium implevit.
Et splendor tante claritatis emicuit
ut corda assistentium · inestimabili
pavore constringeret atque ut post ipse
referebant · omne in eis corpus obri-
gesceret · et in subito obstupore re-
maneret. Cepit namque quasi cuiusdam
magne multitudinis ingredientis
sonitus audiri · hostium cellule con-
cuti · ac si ingredientium turba pre-
meretur. Atque ut dicebant intran-
tium multitudinem sentiebant.
Sed nimietate timoris · et luminis
videre nihil poterant · quia oculos
et pavor depresserat · et ipsam tanti
luminis claritatem reverberabat reverberabat.
Quam lucem protinus miri odoris est
fragrantia subsecuta ita ut earum
animum · quia lux emissa terruerat odoris
suavitatis refoveret. Sed cum vim
claritatis illius ferre non possent · ce-
pit eadem Romula · assistentem
et trementem Redemptam morum mox
magistram · blanda voce consolari
dicens. Noli timere mater · non morior
modo. Cumque hoc crebro diceret
Paulatim lux que fuerat emissa
subtracta est · sed is qui subsecutus
est odor remansit. Sicque dies secundus
transiit · ut aspersa fragrantia odoris
remaneret. Nocte vero quarta · eandem
magistram suam iterum vocavit. Qua
veniente viaticum petiit et accepit.
Nec dum vero eadem Redempta
vel alia eius discipula a lectulo ia-
centis abscesserant · et ecce subito
in platea ante eiusdem cellule hostium
duo chori psallentium constiterunt.
Et sicut ipse dicebant. Sexus vo-
cibus discrevisse psalmodie cantum
dicebant viri · et femine respondebant.
Cumque ante fores celle exhibentur
celestes exequie · sancta illa anima
carne soluta est. Qua ad celum ducta
· quanto chori psallentium altius ascen-
debant · tanto cepit psalmodia lenius
audiri · quousque ad eiusdem psalmodie
sonitus et odoris suavitas elongata
finiretur. Hec ergo quam diu vixit in corpore
quis illam habuit in honore. Que indigna
cunctis · omnibus despecta videbatur.
Quis ad illam · quis ad illam attendere
dignaretur. Sed latebat in sterquilinio
margarita dei · sterquilinium limi sic
hanc ipsam corruptibilitatem corrup-
tibili corpori appello. Ceterum quam limini ab

ceterorum paupertatis. Assumpta est ergo
margarita que latebat in sterquili-
nio. et posita in celestis regis or-
namento. Iam inter sidereos cives emi-
cat. iam inter ignitos lapides illos
eterni diadematis coruscat. Quos
qui in mundo vos divites aut esse
creditis. aut estis conferte si potestis
falsas divicias vestras veris divi-
tiis Romule. Vos qui in hunc mundi
via omnia amissuri possidetis. Illa
nichil in itinere quesivit. et omnia inve-
nit in perventione. Vos leta vita
ducitis. et tristem mortem timetis
Illa tristem vitam pertulit. ad letam
mortem pervenit. Vos autem queritis
obsequium hominum. illa despecta ab homi-
nibus socios choros angelorum
Discite ergo fratres. talia cuncta de-
spicere. discite honorem temporalem
contempnere. eternam gloriam amare
Honorate quos pauperes cernitis. et
quos foris conspicitis despectos simi-
mitus arbitramini amicos dei. Cum
hiis participamini quod habetis. ut hii quandoque
dignentur vobiscum participare quod
habent. Pensate quod ore magni gen-
tium doctoris. In hoc tempore vestra ha-
bundancia illorum inopiam suppleat
ut et illorum habundancia vestre sit
inopie supplementum. Pensate quod
ipsa per se veritas dicit. Quamdiu feci-
stis uni ex hiis fratribus meis minimis
michi fecistis. Ad veniendum quam pigri
estis quando hec que iacentibus in
terra porrigitis sedenti in celo datis.
Sed hec omnipotens deus qui nunc
in vestris auribus loquitur. Ipse in
vestris mentibus loquatur. Qui vivit
et regnat cum patre in unitate
spiritus sancti deus per omnia secula
seculorum Amen

Omelia sancti evangelii secundum Lucam
Erunt signa in sole et luna
Omelia sancti evangelii secundum Lucam
Assumpsit Ihesus xii discipulos suos
et ait illis Ecce ascendimus
Omelia sancti evangelii secundum Matheum
Loquente Ihesu ad turbas. ecce mater
eius et fratres
Omelia sancti evangelii secundum Matheum
Misit Ihesus xii discipulos suos dicens
In viam gentium
Omelia sancti evangelii secundum Matheum
Ambulans Ihesus secus mare Gali-
lee vidit duos fratres
Omelia sancti evangelii secundum Matheum
Cum audisset Iohannes in vincu-
lis opera Christi
Omelia sancti evangelii secundum Iohannem
Miserunt Iudei ab Ierosolimis sacerdotes
Omelia sancti evangelii
secundum Lucam Exiit edictum a Cesare Au-
gusto.
Omelia sancti evangelii secundum Matheum
Homo quidam peregre proficiscens
Omelia sancti evangelii secundum Matheum
Cum natus esset Ihesus in Bethleem in diebus
Herodis regis
Omelia sancti evangelii secundum Matheum
Simile est regnum celorum thesauro
abscondito in agro
Omelia sancti evangelii secundum Matheum
Simile est regnum celorum x virginibus que accipi-
entes
Omelia sancti evangelii secundum
Lucam Sint lumbi vestri precincti
et lucerne ardentes
Omelia sancti evangelii secundum Iohannem
Ego sum pastor bonus
Omelia sancti evangelii secundum Lucam
Exiit qui seminat seminare semen
suum
Omelia sancti evangelii secundum Matheum

Sumptus est ihesus in desertum a spiritu
Omelia sancti ewangelii
Secundum Lucam Designavit dominus ihesus
et alios septuaginta duos
Omelia sancti ewangelii secundum Johannem
Quis ex vobis arguet me de peccato
Omelia sancti ewangelii secundum Matheum
Simile est regnum celorum homini patrifami
lias
Omelia sancti ewangelii secundum Lucam
Anno quintodecimo imperii tiberii cesaris
Incipiunt omelie tempore
maioris vocatur in anno xx ti
Omelia sancti ewangelii secundum Matheum
In illo tempore Una sabbati maria
magdalena et maria iacobi
Omelia sancti ewangelii secundum Johannem
In illo tempore Una sabbati Maria mag
dalena mane venit cum tenebre
Omelia sancti ewangelii secundum Lucam
In illo tempore Duo ex discipulis ibant
in castellum
Omelia sancti ewangelii secundum Johannem
In illo tempore Manifestavit se iterum
ihesus
Omelia sancti ewangelii secundum Johannem
In illo tempore Maria stabat ad monu
mentum
Omelia sancti ewangelii secundum Johannem
In illo tempore Cum sero factum esset una
sabbatorum
Omelia sancti ewangelii secundum Johannem
Dixit In illo tempore Dixit ihesus di
scipulis suis hoc est preceptum
Omelia sancti ewangelii secundum Johannem
In illo tempore Erat quidam regulus
cuius filius
Omelia sancti ewangelii secundum Matheum
In illo tempore Euntes in mundum
Omelia sancti ewangelii
secundum Johannem In illo tempore Dixit
ihesus discipulis suis Si quis di
ligit me

Omelia sancti ewangelii secundum Lucam
In illo tempore Dicebat ihesus turbis
similitudinem hanc Arborem fici habebat
Omelia sancti ewangelii
secundum Lucam Dixit ihesus discipulis
suis Si quis vult post me
Omelia sancti ewangelii secundum Lucam
In illo tempore Rogabat ihesum quidam
phariseus
Omelia sancti ewangelii secundum Lucam
In illo tempore Accesserunt ad ihesum pu
blicani et peccatores
Omelia sancti ewangelii secundum
Lucam In illo tempore Cum
Dicebat ihesus discipulis suis
Cum audiretis prelia
Omelia sancti ewangelii secundum
Lucam In illo tempore Dixit
ihesus similitudinem hanc homo
quidam fecit cenam magnam
Omelia sancti ewangelii secundum Lucam
In illo tempore Dixit ihesus turbis
Si quis venit ad me et non odit
patrem et matrem
Omelia sancti ewangelii secundum
Matheum In illo tempore Dixit ihesus
turbis parabolam hanc Simile
factum est regnum regi qui fecit nuptias
Omelia sancti ewangelii
secundum Lucam In illo tempore
Cum appropinquaret ihesus iherusalem
videns civitatem flevit super illam
Omelia sancti ewa
gelii secundum Lucam In illo tempore
Dixit ihesus discipulis suis
Homo quidam erat dives et
induebatur purpura et bysso





Incipit Aug. de beato latrone et

Deus erat in xpo mundum
reconcilians sibi. i(n) dum
tas opabatur i(n) corpe
apparebat in fragili-
tate humanitatis et i(n)
virtute maiestatis Ad
hoc utique nobiscum vixit i(n) car-
ne ut pferret nobis exemplum
iusticie Ad hoc pro nobis mortem
subiit ut conferret munera salutis
eterne. Hominem adhoc induit ut
et erudiret Ad hoc tradidit ut re-
dimeret. ad hoc reassumpsit ut in
deo vinceret vitam adhoc depo-
suit. ut dampnaret mortem
. Ad hoc suscepit ut vinceret q(uod)
tamen psumptum morti redditur
quasi servus quedam subtribuit
Sed quasi dominus imperavit Si-
quidem nec animam inferni pta-
ret totus teneri morali corrup-
cione valebat Anima in infer-
nis eadem hora regnum mortis
aia destruebat Cunis rebus eius
dno p(er) inimicos tante dignationis
de plenitudine celesti in factura
suam se fore exinanivit Militauit
Xpi Crux cum pugnatorem dicat
ro triumphante Altissimo celo
celo egressio eius et usque ad inf(er)-
ni profundum descensio in una eadem
q(ue) psona quam bene manifestat(ur)
nature due humana scilicet et divina
sedem tartari penetrauit se confessus
est. Cum descendit deum se pre-
dit. Cum redivit ut redimeret
impios ut ait sermo divinus ut re-
dimeret impios inter duos latrones
reputatus est quos dextra levaque
legimus pependisse. unum confessori
et obprobrio crucis tradidit ut la-
tronem viatorem glorificaret Sed

si bene respiciamus non illi soli prestitum
deprehendimus. nam dum tam insi-
gnem reum relaxat. dum tanto debi-
tori refundit in manus debiti
cautionem humano generi conscripsit securi-
tatem et consolacionem ut spes fieret totius
populi absolucio. vix desperati ad penam
dum in publicum restaret exitium
Quod indubitanter credendum est quod la-
troni ad commendacionem fidei sue etiam
spei nostre ualitatis accessit. Immensa
enim dei nostri bonitas libenter tribuit
que etiam gravauit perpetua pnoscit
Et ideo iuxta fiduciam nostre cleme-
cie si quis omnium crimina sua probabili
compensatione dampnauit et prim(um)
toto corde tradiderit. etiam ut latro in
semetipso ingressum paradisi apparuisse
se non sentit quantum agit in spem salutis
humane magnitudo fidei et altitudo
divinitatis nostre dei Ecce homines sce-
leribus involutum pena misit ad inno-
centiam et offensa perduxit ad gloriam
qui salutem perdiderat hunc predicto inveni(t)
trinitatem absoluit. Triumpha conferunt
Sed non sine causa tamen meruit Vi-
deamus quo tempore fidelis apparuit
Erat inter signa et virtutes attestantibus
miraculis et acclamationibus aliquis tri-
umphis. in discipulis nostris iam robusta
titubant et inter xpi supplicium predicatio
credentibus in latrone fides nouella
convaluit sub ipso passionis tempore
ab ancilla interrogatus unus ex di-
scipulis beatus petrus peculiaris i(n)
familiaris xpo cognitum credidit No-
n novi hominem istum qui autem non
noverat exclamat Memento mei domine
dum veneris in regnum tuum Cum
singularis et quam stupenda devocio
subito tempore venis tradidit quo ne-
gaverant electi laudabilius hoc utique
in latrone ac magnificentius fuit. quod
homines aditum inorti et inter extrema
deficiente supplicia tradidit dominum quem

si inter viventium opera tradidisset. Non
utique sine causa tantum meruit. Ad-
vertamus plenius. quo tempore dum constit-
ferveret impietas persequentium ex-
ultabat impietas blasphemantium
totius livoris et vulnera Christi in
homine deridebat. patientiam manuum
in ligno crucis extensio. et reverenda
confessio. que cordi compugnabat. Nec
et ceca manus ad interdicti ligni
cibum inconcessa sceleris transgres-
sione porrecta. Hec magna itaque
confessio per omnia infirmitate hominis
asserebat. Illi se prelatus laude vene-
randa professio ondebat. deum apostolis
pre dubio incredula desperantibus solus
hic non negavit. scandala crucis et
mortis. solus hic testis est maiestatis
qui socius paratur doloris et inde
hic in latrone posita invisibilem
dei angelus iam oculis videt.
Illuminabat credo nascentem fidem
latronis iam credentis in Christo
spiritus in corpore admota divinitas
que largius sub momento illo per-
agende redemptionis infundebat. Vi-
deamus qualis fuit ipsa de peccato
confitentis. Memento mei domine
dum veneris in regnum tuum. Non
dixit. Si deus es deposita supplicio
eripe me. Ideo magis quia deus
es. De presenti iudicio libera me. Cum
tanto replevit eum spiritus sancti eruditio
per quem futuri examinis diem reco-
gitans et si intollerabile probat quod
meruit praedixit securius. Iudicem confes-
sus precedere non dum vocatus sed iam electus
non dum famulus sed iam amicus
non dum discipulus sed iam magister
atque exaltatione confessor. Memento
mei. mei gloriosa vox. prius ~~...~~
crucifixus tempore dixit. Quod et
si pena cepit in latrone novo que
consummatur in morte. Delicta anterius
clamat. sed iam ipsa retributionis
videamus. Quid meruit ista redeat

et larga dei bonitas que sic excessit
vota. Ita quidem adiungit et dicit
Hodie mecum. tamquam si diceret. Ego
me o fidelis meus comes et magni
tanti testis triumphi. Quid me
tanto tempore exhortandum putas ut
in die iudicii mei memineris tui.
Quid me adspicite retributorem parti
dissimulatis longe. Quod in futura
scla fidem ut te prestam fatigas.
Hodie mecum eris in paradiso tamquam
hereditaria et propria sedes que expul-
so adam ex expulsis duobus est clau-
sa. in manus ipsius te intravente
reserabit. Ingredere hic primus
intra paradisum. nequaquam ultra
enim adam inferni in infirmum
nullum illic cibum letale. nullam
aut iam legem in illa arborem
permiserat. Ego sum illic unicus cibus
et vita. et ne forte vereris. Ne
sit aliquis hostis in illo beato ne-
more. Ne antiquus draco illic si-
dictur possessio sit illic me intra-
dante formabilem. Credat ergo
infidelitas. que deum et hominem
tamen recognoscit et iam sit discussa
est. qui de paradiso expulit. ita deus
est qui reddidit. Sed carissimi per
deum hominem cognoscimus operan-
tem positus in patibulo velut
arbiter in medio dampnatorem nega-
tem repulit. confitentem suscepit.
hunc deputat regno. illum relinquit
inferno. Hunc igitur credamus in ma-
iestate mediatorem. et iudicaturum
que iam in cruce vidimus exercere
iudicium. credamus magnum en expla
victute patris. Cum dum absolve-
rent et cruci traditur. sic ergo homi
filium pollicetur. qui illas ipsas in-
iurias et plagas congestas in cor-
pus commisit in pena mundi. sed et
ipsius mundi rationabilis irrationabilis
creatura motibus suis deum loquatur.
Nam media passione domini salvatoris
celestia et terrestria turbant. lux
enim nocte miscetur elementa

statuuntur et ab antiquis mistice
effinguntur apte rerum natura com-
moveri perspicitur velut in vin-
dictam auctoris sui. Nam etiam
ipsa terra contremuit a fundamentis
suis quasi que super se tantum
dominum vix sustineat tamquam ad
scelus proprium contremiscit. Dies re-
fugio lucis quod post recepit la-
mentum et fusco tristium tenebrarum
habitu more lugentis induta se
tota terre facies dum te nativitatis
gloriam nova luce testatur. Ita eius
iniuriam novis tenebris detestatur
Et que duritia cordis humani re-
us qui ista non credimus. Quasi quidem
creatura insensibilis que recipe-
re non potest credulitatis affectum dat tamen
deo confessionis affectum obsequium. Et
cum pro solo homine Christus mortuus
est exhibet tamen et ei per illa indi-
cia testimonium divinitatis ad quem non per-
venerunt beneficia passionis. Sciens
tamen ista sunt agnoscat homo quantum
valeat et quantum illi obnoxium
faciat vel natura vel gratia agno-
scat quam ab illo expectat deus. Et quam
tanta dignatione habuit carum quem
velit esse in comparatione gloriosum vel
preciosum. Agnoscat homo quanti va-
leat et quantum debeat et dum pre-
cium cogitat vilis esse se designat et
potius recto muneris salvatori ex pre-
tiosus suo vel de confinata salute re-
stituat. Custodiamus ergo sollicite quod
tanto sudore commercio Christus redemit
nos. Itaque erit non parvi precii sa-
guinis Christi qui violat et macu-
lat animam Christi sanguine mundatam
blasphemus homicida castitatis pro-
ditor. Hec tria capitalia crimina
contestamur Christi vere causas eternas
malorum Blasphemus homicida proditor

castitatis sue expugnator alienigene Aug.
vel qui legittime thori legem transgreditur
qui extra coniugem suam per mortife-
ros eruat amplexus reus erit
eterne mortis quia vilem in se habuit
sanguinem redemptoris et quod clamat
apostolus neque adulteri neque rapaces
regnum dei possidebunt. Abstineamus
manus ab alienigenis oculos ab aliena
femina. Caveamus ne corpori quod assump-
sit Christus et iniuriam faciamus in nostro
corpore. Caveamus itaque pecuniam et criminibus
vita ponderare ne ad nos prophetia
respiciat ista terribilis. Nemo est mun-
dus in conspectu eius in omni tempore
auferuntur iudicia tua a facie eius
Irremediabile periculum est sic aliquos vi- Aug.
tiis et cupiditatibus frena laxare ut se
vere deo non meminerit redituros. Quo
ante magis sit iam pena peccati mei
et incorigam perdidisse futuri iudicii.
Non nobis ita dulcia sint parvum
spolia propter modum nimis amaritura
in loco sic dictum est. Refugiamus tam-
quam aliene ab honorata contagia sordes vitemus a scena
abstersa mitte voluptatum incendia.
Hec quod autem carissimi discipule ac li-
guis tristitia pretiosus succendunt
ignes et ingrum extinguendos toti
imat vapores. Nam tamen est inde si
ad immat homo ut in paucas vite
huius annos consummat eternos et subbre-
vi huius fine congregat se penas
sine fine mansuras. Sed ne forte
tristissimi aliquos nimius terror faciat
aut remississimi tam nova credulitas
ne forte dicatur in corde suo ab Non
me usque adeo quod terreat et cruciat mea
conscientia. non me adeo quod turbet culpabilis
vita. video sub momento. ~~Video~~ Video sub
exiguo spatio latronis crimina sua fuisse
donata. Primum considerandum est in latro-
ne non solum credulitatis compendio-
sa devotio sed temporis illius sub quo hec
agebantur occasio que ... legitur titu-
basse perfectio. Deinde in fide latronis

in te ostende et remissionem beatitudinis
pollicere. Admittit dilationem securitate
ut inferat perditionem nec diminari potest
qui talis hoc inanis spei umbra decipit
Decipiat queso vos ab hac persuasione
in mirabiles populi sub tali forma te-
nendi et variis bonis et malis
plenam exhibeat vite pericula. Cotti-
die expavescenda sunt transitus
nostri et diminutionis initia que et quando
vel imparata vel subita sunt et nec-
non remediis caritura sunt. Sperne-
ndus est deus qui fervente convenit
Ipse se seducit et de morte sua ludit
qui hoc cogitat quod postea ei extremi
temporis indulgentia subvenire. Insa-
num est hoc primum quia periculosa est i-
ultimum diem promissa securitas. De-
inde stultissimum ut causa que de
necessitatibus agitur eternis in ultimis
vite deficientibus committatur. Extremus
Odibile est apud deum quod homo
insidiatur penitentie in senectutem
reservate liberius peccat. Credite ca-
rissimi. Difficile est ut callida dis-
simulatio ordinate confirmationis obti-
nere digna sit facultate aput illum
cordis inspectorem a quo non admittitur
ad salutem. Ille autem de quo locuti
sumus beatus latro. Vitis iniquis
non iam in silvas iniqua viam te-
nens sed viam ipsam in Christo tenens
ac vite predam subito rapiens ete-
rnitatis tue nova spolia de morte
ipsa reportans. Ille nec salutis tem-
pus sciens distulit nec remedia status
sui. Postremam infelix fraude
deposuit nec redemptionis spem
in desperationis novissimum reservavit
quod si fecisset forsitan inter apostolos non
postremus fuisset in mundo qui prior
factus est in regno. Ergo etiam ex hoc
extremo placuit deo quia ad conse-
quendam fidem non fuit illi extrema
hora sed prima. Primus est ergo ut sibi
homo cottidianus actu provideat et paret

Natal. puel.

bonam consummationem. Opus est
ut tota nostra vita talis sit in conver-
satione ut liberari mereamur in fine
et inpassabilis diem transitus
nostri et tue iudicii cogitantes nos
quoque cum latrone in ipsis proclamemus
ad dominum Memento mei domine
dum veneris in regnum tuum
Amen. Deo gratias. Sermo
Crisostomi de spiritu sancto

Hodie nobis terra facta est celum
non stellis de celo in terram descen-
dentibus sed apostolis in celum ascendentibus
quia effusa est copiosa gratia spiritus
sancti et per orbem universum separata
est celum non mutans naturam sed
voluntatem emendans. Invenit
namque publicanum et apostolum reddidit
Invenit latronem et in paradisum indu-
xit. Invenit meretricem et virginem
coequavit. Invenit magos et
evangelistas condidit. Effugavit ma-
liciam et induxit benignitatem. Ex-
terminavit servitutem et induxit liber-
tatem. Concessit debitum et intulit
gratiam dei. Ideo celum factum est terra
Et hoc propterea dixi quod non cessabo
ubi cum terris stellas stelle sunt apostoli
Stelle in celo apostoli super celos promissi
sunt inquit apostolus sapiente ubi Christus
in dextra patris sedens. Stelle de-
ique sensibiles, stelle de nocte lu-
cent in die obscurantur. Apostoli
in die et in nocte sunt ~~pns~~ radiis
hoc est virtutibus effulgent. Stelle
orto sole obscurantur. Apostoli sole
iusticie resplendente sua claritate luce-
scunt. Stelle in fine cadent sicut
folia. Apostoli in fine recipientur
in nubibus. Et illis quidem sideribus
alius antifer alius lucifer
appellatur. In apostolis autem anti-
fer nullus omnes luciferi

et ideo stellis maiores apostoli. Et quemadmodum eos luminaria mundi vocavit non peccabit. Non solum dum erant in corpore sed etiam nunc qui de hac vita migraverunt. Gratia enim et vita sanctorum non minuitur, morte non retardantur. Hic non dissolvuntur in terra, nec nocte obscurantur, nec tenebris obumbrantur. Et hoc res ipsa demonstrat. Piscatores quippe erant illis dormientibus retia operabantur. Et tunc quidem pisces capiebant ad mortem, nunc autem claudos facientes currere, cecos illuminantes, leprosos mundantes, demones effugantes. Testatur multitudo credentium. Vinitores erant, et illis absentibus corpore vinea florescit, et botros affert. Et cum vinitores erant et piscatores, et turres et columpne, et medici et duces, et doctores et portus et gubernatores, et pastores et adlethe et pugnatores.

Columpne quidem qui virtute sua ecclesie robur sunt confirmamenta autem quia in confessione Petri fundata est ecclesia dicente domino: Tu es Petrus et super hanc petram fundabo ecclesiam meam. Portus autem qui tempestates impias represserunt. Gubernatores qui omnem terram via veritatis docuerunt. Pastores qui lupos abegerunt et oves congregaverunt. Vinitores qui labruscas amputaverunt, et ut discas me non incassum hec dixisse adducam Paulum in medium hec omnia facientem. Vis enim plantatorem videre? Audi ergo: Plantavi, Apollo rigavit, sed dominus incrementum fodit. Vis autem structorem vide: Sicut sapiens magister architectus fundamentum posui. Vis autem dimicatorem vide: Sic pugno non quasi aerem verberans. Vis enim videre cursorem? Ab Ierusalem et in circuitu usque ad mare et inde ad Hyspanias et in ultimas partes repletum est evangelium Christi. Vis autem adletham videre? Audi: Accipite arma Dei et induite loricam fidei et galeam salutis et gladium spiritus sancti. Vis enim videre stantem? Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. Vis videre donatum et cum esset unus omnia faciebat. Omnibus sum unitas etiam cum sit dominus unus, sub se etiam immutabilis pro nostra salute omnibus omnia fiat. Tu palmes factus es et ipse tibi vinea, sicut ipse dicit: Ego sum vinea, vos autem palmites. Pro more gressu voluisti, factus est tibi via: Ego sum via, per me si quis introierit egredietur et pascua inveniet. Ovis factus es, ille tibi pastor: Ego sum pastor. Pastor namque bonus ponit animam suam pro ovibus suis. Peccator factus es, factus est tibi agnus: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Manducare voluisti, factus est tibi mensa. Bibere voluisti, factus est tibi poculum: Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. Vestiri voluisti, factus est tibi indumentum: Quicumque autem in Christo baptizati estis Christum induistis. Sponsus fieri voluisti, factus est tibi sponsus: Qui enim habet sponsam sponsus est, sicut Johannes baptista dicit. Mulierem voluisti, factus est tibi vir: Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

Meretrix erat, facta est virgo. Nova et admiranda res: coniunctio apud seculi homines impetit virginitatem dissolvit. Aput spirituales autem impudicas meretrices exeuntibus acceptam ~~ecclesiam~~ ecclesiam et virginibus castiorem effecit. Nuptie me. Hec tu quomodo meretrix effecta sit virgo. Hoc te nescire dicis, et disputare de deo audaci temeritate conaris, et non queris fide vera suscipio. Hec autem omnia operari sancti spiritus gratia

que large effusa est super apostolos
dei, et facta est repente de celo so-
nus, tamquam advenientis spiritus ve-
hementis et replevit totam domum
ubi erant sedentes, et apparuerunt
illis dispertite lingwe tamquam ignis
non ignis, sed tamquam ignis. Si
ignis, inquit, quid non ardebat? Inter-
rogat iudeus. Interrogabo et ego
iudeum. Si ignis erat, quid non com-
burebat rubum, facile lignum, cum
igne vehementi? Quare rubus vilis
et neque lignum exurebat neque ignis
extinguebatur. Et ideo quod trium
puerorum ignis non exussit, sed
caminus in rore versus, et carbones
tamquam rosas arbitrabantur. Certa-
men erat ignis corporis, et in corporum
fiebat victoria. Et quid terra solu-
bilibus et ferro fortius est firmius. Inter-
pretare michi vera et illa pessime
ut tradatur veritati. Quare spiritus
sanctus in igne apparuit propter velocita-
tem mentis suscepte, non ad propheci-
cios solum, sed sicut ignis spinas com-
burit, sic et spiritus sanctus peccata disper-
dit. Nonne missus est Danieli lacu
leonum et immanem rabiem illorum
compescuit. Divina respexit peragraverunt pi-
scatores orbem terrarum et infirmi-
tatum invenientes ad sanitatem redu-
xerunt et in ruina positum ad sta-
bilitatem revocaverunt, non scuta monen-
tes, non arcus tendentes, non sagittas
mittentes, non pecunias largientes, non
in eloquentia confidentes, sed erant
habundantes, unde pelos sed induti
Christo pauperes sed divites pecuniarum
indigentes, sed regnum celorum pos-
sidentes, non habentes humana solacia
habentes autem dominum suum. Ecce enim
inquit vobiscum sum omnibus diebus
usque ad consummationem seculi. Peragrat

universum orbem terrarum oves sic-
ut in lupis. Quis vidit, quis audi-
vit? Dicit: Mitto vos sicut oves
in medio luporum. Quis unquam
pastor oves mittit in medio
luporum, sed magis si viderit
lupos congregat oves. Christus
preter contrarium facit oves ad lu-
pos dixit et voluntate abstinens
non sunt, sed magis lupi ad
ovium mansuetudinem sunt conversi.
Et ut non dicant illis: Oves sumus
et mittis nos in escam luporum.
Timorem illorum Symone abstulit
non dixit: Ite, nec enim virtute
eorum mittebat eos, sed ecce misi.
Ego mitto vos. Infirmi quid
vos, sed qui mittit potens est.
Quis es tu? Ego sum qui
celum extendi, qui terram
fundavi, qui mare infrenavi,
qui mortem dissolvi, qui chiro-
graphum quod contra vos erat deleui
affixi cruci. Qui veterem legem immutavi,
qui vos ad supernam patriam evo-
cavi, et dissolutos conforto. Christus
mea fortitudine, sed per mea clementia intol-
lerabilem illius impetum retun-
dit et continet. Ecce ego inquid
mitto vos, qui mortis et vite
habeo potestatem, qui de celo descendi.
Ecce ego mitto vos ut oves in me-
dio luporum, tamquam mittunt quid
bestie fierent omnibus ut nec fuga
ingenerent committit saluti ... cal-
lati undique. Multus mittentes
in medio luporum oves, contra
lupis, et mutati sunt lupi et
facti oves sunt, sicut enim natura sed
voluntate lupi erant. Ecce ego
mitto vos. Quid ergo nobis precipit?
Estote prudentes sicut serpentes.
Serpens et si in toto corpore vulneret
caput autem suum salvet, tota est sa-
nitas. Sic et tu, si pecuniam

adversarius tollere vult, libens trade
et si omnes facultates auferre conatur
cede, et si ipsam temporalem vitam tuam
extorquere cupit, ne resistas thesaurum
fidei tuum custodi, illa illesa ma-
nente omnia ingruentia mala faci-
lime evincit, mundique existi devicto-
rem in iis tuis. Nudus redibis.
Sed forsitan in exilium mitteris?
Tu dicito: Domini est terra et pleni-
tudo eius. Si mors forsitan te
occupaverit, non est timenda sed transi-
tus est, tamen fidem sine charitate
inefficacem dicimus semper. Horum
que dicuntur multi testes sunt, qui
fidem non perdiderunt, et per excessum
de corpore fortiores sunt, vivunt. Propter
nos enim homo factus sum, propter salva-
tionem mundi, ut orbem universum
salvarem. Multum enim deo ecclesia
cara est. Non muris edificata sed
fide circumscripta, propter ecclesiam namque ex-
tensum est celum. Diffusum est mare,
extensus aer, terra fundata est,
paradisus plantatus est. Mirabilia
multa facta sunt: pelagus scindebatur,
petra frangebatur, et aqua congelabatur,
manna pluebat de celo, et coturnicum
numerosa ponebatur mensa. Propter ecclesiam
prophete, propter ecclesiam apostoli. Et quid
plura dicam? Propter ecclesiam uni-
genitus dei filius homo factus
est, sicut dicit Paulus: Unico suo
filio non pepercit, ut ecclesiam
redimeret, sanguinem filii effudit
propter ecclesiam. Hic sanguis irrigat
ecclesiam.

Et ideo plantaria eius marcescere
non possunt nec amittunt
folia arbusta eius, non subiacent ne-
cessitati temporis nec est conditioni
obnoxia, ut per estatem coma foliorum
tegatur, hyeme autem amittat,
non tenet tempus quantitate sed eam spiritus
sancti gubernat gratia. Et ideo nunquam
senescit nec contrahitur et multis

oppugnantibus non opprimitur. Multi
ab initio oppugnaverunt ecclesiam, que
fidei semina iaciuntur, et arma con-
tra eos commota sunt. Sed quanto impu-
gnabatur tanto clarior reddebatur.
Sed nunc quidem propter dei gratiam et
reges et duces et milites et universus
orbis repletus est fide. Nam ipsum
et ut dictum in cunabulis ecclesie
reges furentes impii, duces insani,
populus seditiosus, seditiones et bonum
ubique dampnabat. Aer incedebat
venenosus, fumus et odor pessimus
ipsum maculabat aerem, terra coinqui-
nabatur sanguine, diaconus vendebat,
pater abdicabat filium, filius inho-
norabat patrem, natura quidem scindebatur
sed pietas non dividebatur. Ubi sunt
nunc qui audebant ecclesie contra,
novella erumpit, in non potuit
ledi, et nunc quomodo usque ad celum per-
venit estimans eam posse superare?
Et quidem cum videret tentare capti
multi eos superare potuerunt, si pauci
homines totum ceperunt mundum.
Et nunc quando terra et mare et orbis terrarum
et inhabitabiles regiones et civitates
et omnes fines terre pietate reple-
te sunt. Putasse eam te posse teneri
sed non potens, prius enim ipsa terra passa
est quam porte inferi non prevalebant
adversus eam. Facilius celum exter-
minari potest terra perire quam aliquid mali
pati ecclesiam. Verbum est qui hoc dicit:
Ipse Christus loquitur: Celum et terra
transibunt, verba autem mea non transibunt.
Quare enim verbum dei ipso celo validius
est? Quia celum opus verbi est. Dixit enim ipse
deus: Fiat celum. Et verbum in opus
apparuit. Currebat natura et nemo
impediebat, quia natura deus imperabat,
qui et facere et immutare potest. Ego
eam edificavi, quam celum statui, sed propter
celum non fundi sanguinem, propter celum crucifixus
non sum, nec propter celum celeste corpus ac-
cepi. Et quid dicam celi angelorum corpus

De ecclesie persecutione ab inicio
mundi

Tu es petrus et sup hanc petram i. sup fidem petri

no accepi ut dictus qm celo et angelis
et omni creature honorabilior ecclesia
est. Uerbo celum et terra transibunt
uerba autem mea no transibunt. Assit
gentilis. assit iudeus. si hec inania
uerba sunt redarguat. Si autem uera
est. que uera sunt adorent uenientem
dei. Dicit xpus celum et terra tran-
sibunt. uerba autem mea no transibunt. Fa-
cilius est celum pterire et terram deua-
stari quam uerba mea excidere. Que
autem sunt uerba eius. adducam in me-
dium. Uideamus ne forte incidere
no dubitans dico. sed hereticos ab-
scindo. Que ergo sunt uerba. Celum
et terra transibunt uerba autem mea no trans-
ibunt. Cuius sermones que uerba. Tu
es petrus et sup hanc petram edi-
ficabo ecclesiam meam. et porte inferi non
preualebunt aduersus eam. Sup hanc
petram no dixit super petrum. nec enim
super hominem. sed sup fidem edificauit
ecclesiam suam. Quid autem erat fides.
Tu es xpus filius dei uiui. Petram
uocauit ecclesiam suscipientem fluctus
et no titubantem. Et cum ecclesia su-
scepit temptationes et tamen no uincitur.
Sicut domus est supra petram. hoc est supra
confessionem. sup firmitatem pietatis. Nec
forsitan interrogabis utrum hec edificatio
sustineat lapides aut ligna aut fru-
ctum magis. Nec est cum sensibilis edi-
ficatio. Ergo si talis erat soluere tempus
confessionem aut pietatis. neque de-
mones. neque ulla creatura uincere
potest. Testantur martires quorum latera inde-
bantur. sed fides no frangebatur. O
noua res martires. Paries effo-
ditur. et thesaurus no aufertur. Caro
scinditur et fides no rumpitur. Tales
quippe muri sunt. Et cum ergo hanc
petram edi. ecclesiam meam. et porte
inferi no preualebunt aduersus eam.
Attendite diligenter uerba porta-
rum inferi. pericula uocat que morte

pariunt. Quid ergo inferni intrare
quisque eam pericliatur. quia sicut enim
porte introitus ciuitatis sunt.
sic pericula introitus mortis sunt.
Et tamen magis no prohibet temptationes
ut ostendat uirtutem eius. Si neque
eam impugnare possent dicere
portant. Cum si impugnaretur
utique uinceretur. Ideo permitto impu-
gnari ut ecclesie repugnantium
fidei uictorie imputetur. et porte
inferi no dixit no appropinquabunt
ei sed no preualebunt aduersus eam.
Quid ergo impugnabitur. no tamen uinci
patitur. Tempestates suscipit ecclesia
sed no demergitur. Uerbera i. eam
irruunt. sed no perforatur. Machina-
menta parantur sed turris no ceditur.
Uiui sermonem

Et quid dico ecclesiam. uiui
sermone locutus est pastor
et sic turres immobilius perornat.
Quanti tyranni obruere hoc edificium conati
sunt. sed no potuerunt. Supra petram
enim fundata erat. Considera tyran-
nos regis diademata gladios
acutos bestiarum dentes. mortem
minantes. Caminos sartagines
manus feras et uultus et omnia
machinamenta parata. et pharetras
quibus pia enerauerint diaboli.
Sed nihil lesit ecclesiam. Porte in-
feri no preualebunt aduersus eam. Testatur
res ipsa. quanti impugnauerunt et no
preualuerunt. et impugnatores ta-
citurnitati et obliuioni dati sunt.
Ecclesia autem cottidie ultra aliquos me-
tatur. ubi unda gladius. ubi
augustus ubi cladius. ubi nero
ubi tyberius. no nomina sunt unda
Petrus autem nemo. nec ulla hora
meritis. et quia ecclesiam impugna-
uerunt. et ideo et memoria perdiderunt.
Ecclesia autem clarior resplendet
ubique terris ad Indos ad mauros

ad britanos ad hyspanos usque
ad vltimum tharsenses invenies
Impia° erat vrbium / et nunc ipsa re-
ligione plena. Ante hoc enim
nunc ipsa erant impietate repleta
/ nunc autem non solum civitates reli-
gione florent et fide christi / sed
etiam heremus in nomine domini gloriatur
Ante namque et regine coram hominibus vi-
rorum saltabant sicut filia herodiadis
fecisse legimus / nunc vero vix fa-
mula dignatur hoc facere. Anti-
quitus gentilium filii pueritiam iocabant
cum iubilo et favore cum
et fratribus iungebantur impune / nunc
vero virginitatem appetunt. Ante
hoc autem aliquando in britania
humanis vescebantur carnibus
/ nunc ieiunium b refrenant quam sua
Massagete et persas miseros pu-
tant qui egritudine moriuntur et pa-
rentes cognatos propinquos qui cum
ad senectutem veniant iugulantes
devorant. Isti sunt dicentes / ut
a se potius quam a vermibus consumantur
/ nunc vero post passionem ihesu christi
et resurrectionem eius / abstinen-
tia et castitate devote imitantur
christo et ipse omnes gentes patere sunt
pro nomine ihesu christi fundere sangui-
nem. Ante hoc impii et persecuto-
res erant reges / nunc vero ad ce-
lum offerunt pietatem et magni-
dicentes lune eciam deponunt co-
nas / et crucem christi pro depingunt
in suis frontibus. forte arma hec
iusticia fore scripta hic sacrauit
tore celebrato. Theodosius filius
patris theodosii religione ac pie-
tate perpes. Deo igitur patri omnibus
gratias agamus. Deus per ihesum christum
dominum nostrum. Cui est gloria et potestas
cum spiritu sancto per immortalia

secula seculorum. Amen. Deo
gracias. Incipit tractatus de do-
gmatibus fidei beati Augustini

Credimus unum deum
esse patrem et filium et
spiritum sanctum. patrem eo quod
habet filium. et filium eo quod
habeat patrem. Spiritum sanctum eo quod sit a
patre et filio. Pater ergo est principium
deitatis et sine ullo omnino principio
eternum. quia nunquam fuit non deus. Ita
nunquam fuit non pater. de quo filius
ineffabiliter natus / a quo spiritus sanctus
non natus / sed procedens / quia spiritus
non est filius / neque gignens ingenitus
quia non est pater / nec factus / quia non
ex nichilo / sed ex deo patre et deo filio
deus procedens. pater eternus eo quod habeat
filium eternum / cuius eternus sit pater. filius
eternus / eo quod sit patri et spiritui sancto coeter-
nus. Spiritus sanctus eternus eo quod sit patri
et filio coeternus. Non confusa in una
persona trinitas ut sabellius dicit
Neque separata aut divisa in natura
divinitas ut arrius blasphemat
Sed alter in persona pater. alter in persona
filius. alter in persona spiritus sanctus
Unus in natura in sancta trinitate deus
pater et filius et spiritus sanctus. Non pater
carnem assumpsit. neque spiritus sanctus / sed
filius tantum. Cum venit plenitudo
temporis ut qui erat in divinitate patris
dei filius / ipse fieret in homine hominis
matris filius ne filii nomen ad alterum
transiret. qui non esset nativitate filius
dei. Ergo filius dei / hominis factus
est filius / natus secundum veritatem nature
ex deo dei filius / et secundum veritatem nature
ex homine hominis filius / ut veritas
geniti non adoptione / non appellatione /
sed in utraque nativitate filii nomen
nascendo haberet / et esset verus deus / et
verus dei filius / et verus homo unus filius

In britania
ad hũanis
vescebant
carnibus

Non ergo duos Christos neque duos filios sed separandas naturas Nestorius credidit, sed Deum et hominem unum filium credimus manentem in duabus substantiis sicut ei veritas nature contulit. Non tamen confusis naturis, neque mixtis aut commutatis sicut Tymotiani voluit, sed societate unitis. Deus ergo hominem assumpsit, homo in Deum transivit, non nature versibilitate sicut Appollinariste dicunt, sed Dei dignatione, ut nec Deus mutaretur in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo in divinam glorificatus in Deum, quia mutatio et versibilitas nature diminutionem et abolitionem substantie facit. Natus ergo Dei filius ex homine, id est Maria semper virgine, non per hominem, id est non ex viri coitu sicut Ebion dicit, sed carnem ex virginis corpore trahens, et non de celo afferens sicut Marcion dicit et Origenes, Euticetes et eorum sectatores dicunt. Neque in fantasia, id est absque carne, sicut Valentinus ait. Neque aeriam enoesi, id est putative imaginationis, sed verum corpus, non tamen carnem ex carne sicut Marcianus ait, sed verus Deus ex divinitate et homo verus ex carne, unus filius in divinitate Deum patris et Deus in homine et anima et caro. Anima non absque sensu et ratione ut Appollinarius dicit, neque caro sine anima ut Eunomius dicit, sed animam cum ratione sua et carnem cum sensibus suis, per quos sensus veros in passione et ante passionem carnis sue dolores sustinuit. Neque sic natus est ex virgine ut et divinitatis initium homo nascendo acciperet, quasi antequam ex virgine nasceretur Deus non fuit, sicut Arthemon et Berillus et Marcellus docuerunt, sed eternus Deus homo ex virgine natus est, non amittens quod erat, dignatus est esse quod non erat. Nichil creatum aut serviens in trinitate credendum est ut vult Dyonisius fons Arrii; nichil est inequale ut vult Eunomius; nichil gratia inequale ut vult

Aethius. Nichil anterius posteriusve aut minus ut vult Arrius. Nichil extraneum aut officiale alteri ut vult Macedonius. Nichil persuasione ad surreptionem insitum ut vult Manicheus. Nichil corporeum ut vult Melliton et Dacianus. Nichil corporaliter effigiatum ut vult Antropomorphus et Vadianus. Nichil sibi invisibile ut vult Origenes. Nichil creaturis visibile ut vult Fortunatus. Nichil moribus et voluntate diversum ut vult Marcion. Nichil ex trinitatis essentia ad creaturarum naturam deductum ut vult Plato et Tertullianus. Nichil officio singulare aut alteri communicabile ut vult Origenes. Nichil confusum ut vult Sabellius, sed totum perfectum, quia ex uno toto et unum, non tamen solitarium ut presumit Silvanus et Praxeas Penthanopolitana illa abominabilis doctrina. Homo non quidem in patre aut coeternalis unus substantie in divinitate patri filius hominis, non patri et filio et spiritu sancto. Homo non Deo et homine unus filius manens filius in homine suo in gloria patris venerabilis videri ab angelis sicut pater et filius et spiritus sanctus adoratur ab angelis et ab omni creatura. Non homo preter Deum, sed [illegible] cum Deo sicut Nestorius blasphemat, sed homo in Deo et in homine Deus.

Erit resurrectio mortuorum hominum, sed una et semel, non prima iustorum et secunda peccatorum ut fabula sompniat, sed una omnium. Et si id resurgere dicitur quod cadit, caro ergo vere in veritate resurget sicut et in veritate cadit, et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est aliud novum corpus pro carne, sed eadem caro corruptibilis que cadit surget incorruptibilis tam iustorum quam iniustorum, ut pena vexari possit pro peccatis vel in gloria eterna manere pro meritis. Omnium hominum erit resurrectio. Si omnium

erit ergo omnes moriuntur ut mors
data in adam omnibus eius filiis
ducatur et maneat illud privilegium
in domino quod de eo specialiter dicitur Non
dabis sanctum tuum videre corruptionem
et caro eius non videbit corruptionem
Hanc rationem maxima turba patrum
tradente suscepimus. Verum quia sunt
et alii aeque catholici et eruditi
viri qui credunt Anima in corpore
manente immutandos ad incorruptionem
et immortalitatem eos qui in adventu
domini vivi inveniendi sunt et hoc eis
reputari pro resurrectione ex mortuis quod morta-
litatem immutatione deponant non morte
quolibet quis acquiescat modo non est hereti-
cus nisi contentione heretica fiat Sufficit
enim in ecclesie lege carnis resurrectionem
credere futuram de morte quod autem in
symbolo in adventu domini dicitur vivos
et mortuos iudicandos Non iustos
sed peccatores iudicandos sicut Diodorus si-
gnificari putat sed vivos qui eos
qui in carne inveniendi sunt dicti
qui adhuc morituri creduntur vel
immutandi sicut alii volunt ut susci-
tati continuo et reformati cum ante mor-
tuis iudicentur. Post resurrectionem et
iudicium non credamus restitutionem fu-
turam quam Origenes delirat ut de-
mones vel impii homines post tor-
menta quasi suppliciis purgati vel illi
angelicam qua creati sunt redeant
ad dignitatem vel isti sanctorum societate
donentur eo quod hoc conveniat divine pie-
tati ne quod ex rationabilibus pereat creatura
sed quolibet modo salventur Sed nos credamus
ipsi Iudici omnium et retributori iusto
qui dixit Et ibunt impii in suppli-
cium eternum iusti autem in vitam eternam
ut percipiant fructum operum suorum Et
iterum Ibunt in ignem eternum qui paratus
est diabolo et angelis eius In principio
creavit deus celum et terram et aquam
ex nichilo et cum adhuc tenebre ipsam
aquam occultarent et aqua terram absconderet

facti sunt angeli et omnes celestes virtutes
ut non esset ociosa bonitas dei sed haberet
in quibus per multa ante spatia bonitatem
suam ostenderet Et ita hic visibilis mundus noster
ex hiis que creata fuerant factus est et or-
natus. Nichil incorporeum et invisibile
credendum nisi solum deum patrem et filium
et spiritum sanctum Qui ex eo incorporeus
creditur quia ubique est et omnia implet atque
constringit Ideo invisibilis quia omnibus
creaturis incorporeus est Creatura omnis
corporea angeli et omnes celestes virtutes
corporee licet non carne subsistant Ex eo
autem corporeas esse credimus intellectua-
les naturas quod localiter circumscribuntur sicut anima
humana que carne clauditur et demo-
nes qui per substantiam angelice sunt nature
Immortales credimus intellectuales
naturas quia carne carent nec habent quo
cadant nec resurrectione egeant post ruinam
Animas hominum non esse ab initio inter ceteras
intellectuales naturas sicut Origenes fingit
neque cum corporibus per coitum seminantur
sicut Luciferiani et Cyrillus et aliquanti la-
tinorum affirmant presumptores quasi nature
consequentiam servientes Sed dicimus cor-
pus tantum per coniugii copulam seminari dei
vero iudicio coagulari in vulva et
compingi atque formari ac formato iam
corpore animam creari et infundi ut vi-
vat in utero homo ex anima constans
et corpore et egrediatur vivus ex utero
plenus humana substantia Neque
duas animas dicimus esse in uno homine
sicut Iacobus et alii Syrorum scribunt
unam animalem qua animetur corpus et in-
mixta sit sanguini et alteram spiritalem
que rationem ministrat Sed dicimus unam
eandemque esse in homine animam que et
corpus sua societate vivificat et semetipsam
ratione disponit habens in se libertatem arbi-
trii ut in sua substantia eligat cogitatione quod
vult Solum hominem credimus habere que
exuta corpore vivit et sensus suos atque inge-
nia vivaciter tenet neque cum corpore
moritur sicut Arabs asserit neque post
modicum intervallum sicut Zenon dicit
quia substantialiter vivit Animalium vero anime
non sunt substantive sed cum carne et cum

ipa carnis unitate nascuntur et cum
carnis morte finiuntur / et ideo nec ratione
reguntur sic plato et alexander disspu
tat / sed ad omnia nature incitamenta
ducuntur. Anima humana non cum car-
ne moritur, quia nec cum carne sic seminis
concubitu seminatur. Sed formato in
ventre matris corpore dei iudicio creari
et infundi ut vivat homo intus in utero
et sic procedit nativitate in mundum.
Duabus substantiis constat homo, anima
tantum et carne. Anima cum ratione sua et
caro cum sensibus suis q(ui) visu tactu au-
ditu gustu odoratu. Quos tamen sensus
absque anime societate non movet caro.
Anima vero et absque carne racionalem
sui motum tenet. Non est tertius in substantia
hominis spiritus ut didimus contendit sed spiritum
ipse est anima pro spirituali natura vel eo quod spi-
rat in corpore spiritus est appellatus. Anima
vero ex eo vocatur quod ad vivendum vel ad
vivificandum animet corpus. Tertium vero
quem ab apostolo cum anima et corpore inducitur
spiritum gratiam sancti spiritus intelligamus
quam orat apostolus ut integra perseveret
in nobis ne nostro vitio inminuatur aut
fugetur a nobis quia spiritus sanctus ef-
fugiet corde ficto. Libertati arbitrii
sui commissus est homo statim in prima
mundi conditione ut salva vigilan-
tia mentis et cum precepti custodia
perseveraret si vellet in illud quod creatus
est permanere; postquam vero seductione sed
peccatis per avariam cecidit a nature bono
perdidit vitam et vigorem arbitrii, non
tamen electionem ne non esset suum quod
emendat peccatum. Nec in multo quos
indulgetur quod non arbitrio dilu-
isset. Manet utique ad querendam salu-
tem arbitrii libertas. Non tamen quis
obtinendum sine illa que gradientes fecit
invenire, que pulsantibus aperit, que
petentibus donat. Sicud ergo initium
salutis nostre deo miserante et inspi-
rante habemus credimus, Ita arbitrium

Ho commissus est ipse libertati

De baptismo

nature nostre sequiper esse divine inspi-
racione liberi confitemur. Igitur
ut nos lavamur a bono vel nature
vel muniti sollicitudinis nostre ~~vere~~ et
celestis post adiutorii / ut autem lava-
mur pro statis nostre et ignavie.
Baptisma unum est, sed in ecclesia
ubi una est fides, sed in nomine
patris et filii et spiritus sancti. Et ideo
si apud hereticos baptizati sunt, qui
in sancte trinitatis confessione bap-
tisant et veniant ad nos, recipiantur
quidem quasi baptizati ne sancte trini-
tatis invocatio vel confessio annulle-
tur. Sed doceantur ante et instruantur
quo sensu sancte trinitatis misterium
in ecclesia teneatur. Et si consentiunt
credere vel acquiescunt confiteri
Iam fidei integritate confirmentur
manus impositione. Si vero parvuli
sunt vel hebetes qui doctrinam non
capiunt, respondeant pro illis qui offe-
runt iuxta morem baptizandi et sic
manus impositione et crismate com-
muniti eucaristie misteriis admittantur.
Illi autem qui non in sancte trinitatis
invocatione apud hereticos baptizati
sunt et veniunt ad nos baptizari
debent primum quia non rebaptizari
neque credendum est eos fuisse bapti-
satos. In nomine patris et filii et spiritus
sancti iuxta regulam a domino
positam tincti non sunt. Paulia-
niste perdiani Carbaite Gnosi-
phorii ffotianiti Mantanite
Manichei variata inpietatis ger-
mina vel cetere istorum Origenes Cristo-
sine ordinis pestes qui duo princi-
pia et ingenita introducunt ut
Cerdo et Marcion vel contraria et Ma-
nicheus vel ea ut barbara vel multa
ut valentinus vel christum hominem
esse absque deo ut Cherintus Ebyon
Archemon et ffotinus. Existis in quem
si qui ad nos venerint non requirendum

De communione Eucaristie

ab eis utrum baptizati sint an non. Sed hoc tantum si credant in ecclesie fidem et baptizantur ecclesiastico baptismate

Cottidie eukaristie communionem accipere nec laudo nec vitupero. Omnibus tamen diebus dominicis communicandum hortor si tamen mens in affectu peccandi non sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi gravari magis dico eukaristie perceptione quam purificari. Et ideo quamvis quis peccato mordeatur peccandi de cetero non habeat voluntatem et communicaturus satisfaciat lacrimis et orationibus hoc tamen faciat confidens de domini misericordia qui peccata pie confessione donare consuevit accedat ad eukaristiam intrepidus atque securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia et mortalia non gravant. Nam quem mortalia crimina post baptisma commissa premunt hortor prius publica penitencia satisfacere et ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari si non ad iudicium et condempnacionem sui eukaristiam vult percipere. Sed et secreta satisfactione solvi mortalia crimina non negamus sed mutato prius seculari habitu et confesso religionis studio per vite correctionem iugi immo perpetuo luctu miserante deo. Ita duntaxat ut contraria pro hiis que penitet non agat. Et eukaristiam omnibus diebus dominicis supplex et submissus usque ad mortem percipiat. Penitencia vera est penitenda non admittere et admissa deflere. Satisfactio penitencie est causas peccatorum excidere nec earum suggestionibus aditum indulgere. In divinis repromissionibus nichil terrenum vel transitorium expectamus sicut Melitiani sperant. Non nuptiarum copulam sicut Cherintus et Marcion delectantur. Non quod ad cibum et potum pertinet sicut Papia auctore Hireneus et Tertullianus et Lactancius acquiescunt. Neque per mille annos post resurrectionem Christi regnum futurum in terra et sanctos cum illo in deliciis regnaturos speramus sicut Nepos docuit qui primam resurrectionem iustorum et secundam impiorum confinxit. Et inter has mortalium nationes gentes ignorantes deum in angulis terre in carne servandas que post mille annos illius regni in terra iustorum instigante diabolo movende sint ad pugnam contra iustos regnantes. Et domino pro iustis pugnante imbre igneo compescendas atque ita mortuos tam istos quam in impietate mortuos ad eterna supplicia in incorruptibili carne resuscitandas. Nullum credimus ad salutem nisi deo invitante venire, nullum invitatum salutem nisi deo auxiliante operari, nullum nisi orantem auxilium promereri, nullum voluntate dei perire sed amisisse et electionis arbitrium ut ingenuitatis potestas semel homini attributa ad similem venire cogatur necessitatem. Malum vel malicia non est a deo creata sed a diabolo inventa. Qui et ipse a deo bonus creatus est. Sed quia liberi arbitrii ut potentis voluntatis creatura commissus est et cogitavit accipere facultatem etiam boni vertit in malum et invenit malicia cogitationis suus est inventor mali, quod in se prius viderat invidus in aliis non contentus solus perire precipit et aliis ut qui esset prius inventor malicie fieret et aliorum ruine auctor. Ergo eo malum vel malicia pervenit in rationales creaturas volentes

Nullus potest salvari sine dei adiutorio

Unde firmiter credimus nichil esse natura immutabile nisi solum deum patrem et filium et spiritum sanctum qui mutari non potest a bono quia natura possidet bonum nec potest quid aliud esse nisi bonus. Angeli vero qui in illa qua creati sunt beatitudine perseveraverunt non natura possident bonum ut non mutentur cum ceteris sed arbitrii servantes bonam voluntatem bonum condicionis et fidem domino suo servant. Unde et mutati ab ipso deo sancti angeli vocantur quia tenuerunt arbitrii facultatem nec eorum exemplo deviaverunt a bono.

Nichil in natura est immutabile preter solum deum

Bone autem sunt nuptie si causa filiorum et compescende fornicationis obtentu. Melior est continentia sed non sufficit ad beatitudinem si non pro solo

Nuptie sunt optime filiorum causa

Nullus catecuminus sine fide salvatur

amore pudicitie continent. Sed et post
tam hoc affectu tempus vacandi deo ut
eligat. Aliquin dormortuum coniugium magis
videtur esse quam castitas. Virginitas utri-
usque precelsior est quia et naturam vincit et pu-
gnat cum natura corporis integritate perpetue
et castitatis pace. Bonum est cibos cum
actione gratiarum percipere quos deus edendos
precepit. Abstinere autem ab aliquibus, quasi non
malis sed quasi non necessariis, non est malum.
Moderatius vero eorum usus pro necessitate
et tempore proprie christianorum est. Thalamos dicere
nuptiales et fornicationi comparandos
aut stupro. Ciborum vero credere malos
vel mali causas creare percipientibus
non est christianorum sed proprie Encratita-
rum et Manicheorum. Preferre deo vir-
ginitati nuptias coequare aut pro amore
castigandi corporis abstinentibus a vino
vel a carnibus vel vini attingere nec
hoc christiani sed Ioviniani est. In-
tegra fide credendum beatam dei geni-
tricem et virginem genuisse et post partum
virginem permansisse. Nec blasphemie
Helvidii acquiescendum, qui dixit
virgo ante partum non virgo post partum.
Elementa id est celum et terram non credenda
abolenda per ignem sed in melius commu-
tandam figuram mundi id est ymaginem
non substantiam transituram. Bonum est facul-
tates pauperibus cum dispensatione ero-
gare. Melius est pro intentione sequendi
dominum et semetipsum simul donare
et absolutum sollicitudine cum christo egere.
Maritum duarum post baptismum matro-
narum clericum non ordinandum neque eum
qui unam quidem sed concubinam non ma-
tronam habuit nec illum qui viduam aut
repudiatam aut meretricem in matrimonio
sumpsit. Nec eum qui semetipsum quomodolibet
in corporis membro indignatione aliqua
vel iusto zelo vel timore superatus
truncavit, neque illum qui usuras acce-
pisse convincitur. Aut in scena lusisse
dinoscitur. Aut eum qui publica penitencia
mortalia crimina defert. Neque eum qui ali-

in furiam versus insanivit. Aut af-
flatione diaboli vexatus est. Nec eum
qui per ambitionem ad mutationem primo-
matris pecuniam obtulit. Sanctorum corpora
et precipue beatorum martirum reliquias ac
si Christi membra sincerissime honoranda
et basilicas eorum nomine appellatas
velud loca sancta divino cultui mancipata
affectu piissimo et devotione fidelis-
sima adeundas. Si quis contra hanc
sententiam venit non christianus sed Eu-
nomianus et Vigilantianus creditur.
Baptizatis tantum esse salutis iter credimus.
Nullum catechuminum quamvis in bonis
defunctum vitam eternam habere credimus ex-
cepto martirio ubi tota baptismi sa-
cramenta complentur. Baptizandus
confitetur fidem suam, et interrogatus
respondet hoc. Et martir coram persecutore
facit, qui et confitetur fidem et inter-
rogatus respondet. Ille post confessionem
vel aspergitur aqua vel intingitur,
iste vel aspergitur sanguine vel contin-
gitur igne. Ille manus imposi-
tione pontificis accipit spiritum sanctum,
hic habitaculum efficitur spiritus sancti
dum et domino. Non est ipse qui lo-
quitur in illo. Ille communicat eucharistie
mortis domini in commemoratione domini,
hic ipsi christo commoritur. Ille confi-
tetur se mundi actibus renuntiaturum,
hic ipse renuntiat vite. Illi peccata
omnia remittuntur. In isto extinguntur.
In eucharistia non debet aqua pura
offerri et quidam sobrietatis imagine
falluntur. Sed vinum cum aqua mixto-
tum. Quia et vinum fuit in redemp-
tionis nostre misterio cum dixit Non bibam
amodo de hoc genimine vitis. Et aqua
mixta que post cenam dabatur. Sed et
de latere eius quod lancea perfossum
est, aqua cum sanguine effusa est. Vi-
num de vera carne eius vite cum aqua
expressum ostenditur. Bona est caro
nostra et valde bona ut pote a bono
et a solo deo condita et non est mala
ut volt Sethianus et Ophianus

Mariam virginem fide credimus matrem dei esse et virginem post partum permansisse

Aucte nota

et puniamus, nec mali causa ut vitu-
peremus, nec ex bono et malo compacta
ut Manicheus blasphemat. Sed tamen
sit creatorem bona arbitrio anime efficiuntur
nobis vel bona vel mala non immuta-
tione substantie sed executionis merito.
Ipsa enim est que stabit ante tribunal
Christi, ut referat anima propria
corporis prout gessit sive bonum sive malum.
In resurrectione ex mortuis sexus
forma non mutabitur. Sed mortuus
resurget vir in viri forma et femina
in forma femine carens sexus huius
vite conditione non in specie naturali. Nec
non sit vera resurrectio si non id resurgat
quod cadat. Post ascensionem ad celos
domini sanctorum anime cum Christo sunt
et exeuntes de corpore ad Christum vadunt
expectantes resurrectionem corporis sui, ut in integram
et perpetuam beatitudinem cum ipso pariter
immutentur. Sic et peccatorum anime in inferno
sub timore posite expectant resurrectionem
corporis sui ut cum ipso ad penam transmutentur
etiam. Ante passionem domini omnes
sanctorum anime in inferno sub debito preva-
ricationis Ade tenebantur. Donec auctori-
tate domini per indebitam eius mortem
de simili eius conditione liberarentur. Penitentia
aboleri peccata indubitanter credimus
etiam si in ultimo vite spiritu admis-
sorum peniteat et publica lamentatione
peccata prodantur. Quia propositum dei quo de-
crevit salvare quod perierat stat immobile.
Et ideo quia voluntas eius non in ipso mu-
tatur, que sine emendatione vite si ei
tempus conceditur sine supplici confes-
sione si continuo vita excedit veniam
peccatorum fideliter penitentibus promittat ab illo qui
non vult mortem peccatoris sed ut convertatur
a perditione penitendo et salvatus
domini miseratione vivat. Si quis aliter
de iusticia domini pietate sensit non
christianus est sed novatianus. Internas
anime cogitationes diabolum non videre
certissimum est; sed motibus corporis ab illo

et affectuum indiciis colligi experimen-
to didicimus. Secreta autem cordis solus
ille novit ad quem dicitur: Tu solus
nosti corda filiorum hominum. Non omnes cogi-
tationes nostre male semper diaboli instinctu
excitantur, sed aliquotiens ex nostri arbitrii
motu emergunt. Bone autem cogitationes
semper a deo sunt. Demones autem per
energiam non credimus substantialiter illabi
anime, sed applicatione et oppressione
uniri. Illabi autem menti illi soli possi-
bile est, qui creavit eam, qui natura
subsistens incorporeus capabilis est
sue facture. Signa et prodigia et
sanitates etiam peccatores facere in nomine
domini ab ipso domino audivimus. Et tamen
alios in presumptione nominat Scariothem,
cum Evangelii gloriae noceret quia gloriantur
in falsa datori; non mirantes debito san-
ctis et prodigiis clarum posse fieri in
non tamen sanctis in parvis moribus et
asperis agat. Temperatis autem et placidis
moribus etiam absque prodigiorum efficacia
et sanctum et perfectum hominem fieri credere
credimus. Nullus sanctus et iustus caret
peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus
vel sanctus cum affectu teneat sanctitatem.
Non enim nature viribus sed proposito adiuma-
mento per dei gratiam acquirimus sanctitatem.
Et ideo veraciter omnes sancti se pronunciant
peccatores, quia ex veritate habent quod plan-
gant. Et si non ex reprehensione conscientie
certe mobilitate et prevaricatione nature.

Incipit correctio in libro Augusti-
ni de agone christiano etc.

Liber de agone christiano fratribus
in eloquio latino ineruditis humili
sermone conscriptus est fidei regulam
continens et precepta vivendi. In quo i-
d scriptum est: Nec eos audiamus
qui carnis resurrectionem futuram negant
et commemorant quod ait apostolus Paulus:
Caro et sanguis regnum dei non posside-
bunt, non intelligentes quod ipse dixit apostolus:
Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem

et mortale hoc induere immortalitatem. Cum enim hoc factum fuerit, iam non erit caro et sanguis sed celeste corpus. Non sic accipiendum est quasi carnis non sit futura substantia. Sed carnis et sanguinis nomine ipsam corruptionem carnis et sanguinis intelligendus est apostolus nuncupasse, que utique in regno illo non erit, caro ubi incorruptibilis erit. Quamvis et aliter possit intelligi, ut carnem et sanguinem opera carnis et sanguinis dixisse accipiamus apostolum, et eos regni dei non possessores qui perseveranter ista dilexerint.

Corona victorie non promittitur nisi certantibus. In divinis autem scripturis assidue invenimus promitti nobis coronam si vicerimus. Sed ne longum sit multa commemorare, apud apostolum Paulum manifestissime legitur: Opus perfeci, cursum consummavi. Iam superest mihi corona iustitie. Debemus ergo cognoscere quis sit ipse adversarius quem si vicerimus coronabimur. Ipse est enim quem dominus noster prior vicit. Et etiam nos in illo permanentes vincamus. Et dei quidem virtus atque sapientia et verbum per quod facta sunt omnia, qui filius dei unicus est, super omnem creaturam semper incommutabilis manet. Et cum sub illo est creatura etiam que non peccavit, quanto magis sub illo est omnis creatura peccatrix. Ergo cum sub illo sunt omnes sancti angeli, multo magis sub illo sunt omnes prevaricatores angeli, quorum diabolus princeps est. Sed quia naturam nostram deceperat, dignatus est unigenitus dei filius ipsam naturam nostram suscipere, ut de ipsa diabolus vinceretur, et quem semper ipse sub se habet, etiam sub nobis eum esse faceret. Ipsum significavit dominus: Princeps huius mundi missus est foras. Non quia extra mundum missus est, quomodo quidam heretici putant, sed foras ab animis eorum qui coherent verbo dei et non diligunt mundum cuius ille princeps est, quia dominatur eis qui diligunt temporalia bona que hoc mundo mutabili continentur. Non quia ipse dominus est huius mundi, sed princeps cupiditatum earum quibus concupiscitur omne quod transit, ut ei subiciantur qui negligunt eternum deum et diligunt instabilia et mutabilia. Radix est enim malorum cupiditas, quam quidam appetentes a fide perierunt et inseruerunt se multis doloribus. Per hanc cupiditatem regnat in homine diabolus et cor eius tenet. Tales sunt qui diligunt istum mundum. Mittitur autem diabolus foras, quando ex toto corde renunciatur huic mundo. Sic enim renunciatur diabolo qui princeps est huius mundi, cum renunciatur corruptelis et pompis et angelis eius. Ideoque ipse dominus iam triumphante natura hominis portans: Scitote, inquit, quia ego vici mundum. Multi autem dicunt: Quomodo possumus vincere diabolum, quem non videmus? Sed habemus magistrum, qui nobis demonstrare dignatus est quomodo invisibiles hostes vincantur. De illo enim dixit apostolus: Exuens se carne principatus et potestates exemplavit fiducialiter triumphans eos in semetipso. Ibi ergo vincuntur inimici nobis invisibiles potestates, ubi vincuntur invisibiles cupiditates. Et ideo qui in nobis ipsis vincimus temporalium rerum cupiditates, necesse est ut in nobis ipsis vincamus et illum qui per ipsas cupiditates in homine regnat. Cum enim dictum est diabolo: Terram manducabis, dictum est peccatori: Terra es et in terram ibis. Datus ergo est in cibum diabolo peccator. Non simus terra si nolumus manducari a serpente. Sicut enim quod manducamus in nostrum corpus convertimus, ut cibus ipse secundum corpus hoc efficiatur quod nos sumus, sic malis moribus per nequitiam et superbiam et impietatem hoc efficitur unusquisque quod diabolus, id est similis eius, et subicitur ei, sicut subiectum est nobis corpus nostrum

Et hoc e qd dr manducai asspente
Demisqmis itaqz timet illu igne
qui pata e dya° et anglis ems
Det opam triumphare deillo i se-
metipo Eos em qui foris nos
oppugnat intq vincimq vincedo
concupias per quas nobis dndant
et quos invenerint sui similes
secu ad penas trahunt Sic et apq
dicit Cf in semetipo pugnet adu-
sus ptates exteriores Qt em no est
nobis colluctatio adusus carne et
sanguinem Sed adusus principes
et ptates rcmq mundi harz tene-
brarz adusus spualia neqitie in
celestibz Celum em dr et iste aer
ubi venti et imbes et procelle et t-
bines sunt sic etia scriptura dicit
multis locis Et nito mit decelo
domiq et aves celi et volatilia
celi cum manifestu sit aves i aere
volare et nos in osuetudine huc
aerm celum appellamq Nam cum
de seno vel nubilo qrimq Celu dicq
Qualis e iste aer Aliqn dicimq
quale e istud celu Hoc dixi ne qs
existimet habitare ibi mala demoia
ubi sole luna et stellas deq ordiat
Que mala demonia io apq appellat
spualia qr etia mali angli i scriptur
spus appellant Ideo aut rectores
harz tenebrarz eos dicit qui peccatores
tenebras appellat quiq isti dnant
Ideo et alio loco dt Fuistis aliq tene-
bre nunc aut lux in dno qma
ex peccatoribz iustificati erant Non
ego arbitrerm ut summo celo habitare
dya° cu anglis suis unde lapsu
ee credimq Sic em erravit ma-
nichei qui dicit an mundi constitu
cion fuisse gente tenebrarz que con
deum rebellavit Inquo bello cre-
dimt omnipotentem dnm no e alit

ale potuisse succurre nisi pte sua
con eam mitteret Cuiq gentis prin
ceps secud illi dicit devoraverit
ptem dei et temperati sunt ut possent
mundus deillis fabricari Hic dicit
deum pervenisse ad victoriam cu ma-
gnis calamitatibz et cruciatoribus
et miseris membroz suoz que mebra
dicit ee quixta tenebros visitibz
principu illoz ut eos teparent et asu
lore compescent Et no intelligunt
hec tam sacrilega ee et tam sua ut
credunt omnipotete dnm no p creatar
qui fecit p i paui iz nam sua bellasse
cum tenebris qd nephas e crede
Neqz hoc solum sed etia ios qui
victi sut scos ee meliores qr cor
copressus e nam que vicit stam
ee miseriam Dicit em eam separaz
commixtione pdidisse intellectu celsi-
tudine sua et magnis erroribz et
cladibz ee implicitam qui s aliqn
vel totam purgai dicent magna
cu impietate con omnipotete dnm
affirmavent cuiq pte credent tanto
tempe in erroribz et penis ee iacta-
tam sine aliquo pcca eiud Nunc
vo infelices audent adhuc dice
nec tota posse purgai et ipaz pte
que purgai no patint psice ad vin-
culum ut inde involuat et ingule
malicie sepultam et sic ibi semper
sit pars ipa di misa que nichil
pccavit et affigatur interim carceri
tenebrarz Hoc illi dicit ut sim-
plices animas fallat Sed quis
ta simx e ut ista no sentiat ee
sacrilega quiq adfirmant omnipotete
deum necessitate oppssum ee ut pte
sua bona et innocente tantis cladibz
obruenda et tanta inmundicia inqui-
nanda traderet et no tota liberare
posset et qd liberare no potuit eterms
vinculis colligaret Eternis ego ista

non exercetur. Neque enim non intelligant impia esse et nephanda. Sed illi qui decipiunt homines non ista dicunt prius que si dicerent viderentur aut fugerentur ab hominibus. Sed eligunt capitula de scripturis que simplices homines non intelligunt / et per ipsa decipiunt animas imperitas querendo unde sit malum sicut in isto capitulo faciunt quod ab apostolo scriptum est. Rectores harum tenebrarum et spiritalia nequicia in celestibus. Querunt enim deceptores illi et interrogant homines scripturas divinas non intelligentes, unde sint rectores in celo tenebrarum, ut cum unde non poterint tradiderint, abducant per curiositatem. Quia omnis anima indocta curiosa est. Qui autem fidem catholicam bene didicit et bonis moribus et vera pietate munitus est, quamvis eorum heresim nesciat / respondet illis tamen / nec enim decipi potest / qui iam novit quid iam pertinet ad christianam fidem, que catholica dicitur per orbem terrarum sparsa, et contra omnes impios et peccatores ipsa. Negligentes autem pro suo gubernatore secura. Neque enim aut dicebamus apostolum paulum dixisse hec nos colluctatorem adversus rectores tenebrarum et spiritalia nequicia in celestibus et probavimus istum celum aerem terre proximum celum vocari. Oportet credere adversus diabolum et angelos eius nos dimicare qui gaudent perturbationibus nostris. Nam ipse apostolus alio loco diabolum principem potestatis aeris huius appellat / quamvis ille locus, ubi ait spiritalia nequicie in celestibus possit et aliter intelligi, ut non ipsos prevaricatores angelos in celestibus esse dixit Sed nos potius qui ut alio loco dicit, conversatio nostra in celis est / ut nos in celestibus constituti, id est spiritalibus

preceptis dei ambulantes dimicemus adversus spiritalia nequicie / que nos inde conantur abstrahere. Magis ergo illud querendum est, quomodo adversus eos quos non videmus pugnare possimus quam vincere, ne putent stulti adversus aerem nos debere certare. Docet itaque ipse apostolus dicens. Non sic pugno quasi aerem cedens, sed castigo corpus meum / et in servitutem redigo, ne forte aliis predicans ipse reprobus inveniar. Item dicit. Imitatores mei estote sicut et ego christi. Unde intelligendum est etiam ipsum apostolum in semetipso triumphasse de potestatibus huius mundi sicut de domino dixerat, cuius se imitatorem profitetur. Imitemur ergo illum nos / sicut hortatur / et castigemus corpus nostrum / et in servitutem redigamus si mundum volumus vincere, quia per illicitas cogitationes delectationes suas et pompas / et per curiosa curiositate nobis dominari potest hic mundus id est ea que in mundo per curiosa delectatione colligant amatores temporalium rerum et diabolo atque et angelis eius servire cogunt. Quibus omnibus si renunciamus redigamus in servitutem corpus nostrum. Sed ne quis forte hoc ipsum querat quomodo fiat ut corpus nostrum servituti subiciamus facile intelligi / et si potest / si prius nosipsos subiciamus deo bona voluntate et caritate sincera. Nam omnis creatura velit nolit uni deo et domino subiecta est. Sed hoc admonemur ut tota voluntate serviamus domino deo nostro quoniam iustus liberaliter servit. Iniustus autem compeditus servit. Omnes tamen divine

prudentie serviunt, et tamquam obaudiunt
tamquam filii et faciunt cum ea quod
bonum est. Alii autem ligantur tamquam
servi et fit de illis quod iustum
est. Ita bonus omnipotens deus
omnique creature qui fecit omnia
sicud scriptum est bona valde, sic
ea ordinavit ut et de bonis et
de malis bene faciat. Quod enim iuste
fit bene fit. Iuste sunt beati boni
et iuste mali penas patiuntur, ergo
et de bonis et de malis bene facit
deus qui omnia iuste facit. Boni
sunt autem qui tota voluntate deo
serviunt. Mali autem necessitate serviunt.
Nemo enim leges omnipotentis evadit.
Sed aliud est facere quod lex iubet, aliud
pati quod lex iubet. Quapropter boni
secundum leges faciunt, mali secundum
leges patiuntur. Nec vos moveat
quod in hac vita secundum carnem quam
portant iusti multa gravia et aspera
tollerant. Nichil enim mali patiuntur
qui iam possunt dicere quod ille vir
spiritualis exultat et predicat apostolus
dicens: Gloriamur in tribulationibus
scientes quod tribulacio pacientiam operatur,
pacientia probationem, probatio spem, spes
autem non confundit, quia caritas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. Si ergo in hac
vita ~~et iusti viri tam talia patiuntur~~
ubi tanta tormenta sunt possunt boni
et iusti viri cum talia patiuntur, non solum
equo animo tollerare, sed etiam in
caritate gloriari. Quid cogitandum est de
illa vita que nobis promittitur, ubi
nullam corporis molestiam sentiemus.
Enim non ad hoc resurgit corpus iustorum
ad quod resurgit corpus impiorum. Sicut
scriptum: omnes resurgemus, sed non omnes
immutabimur. Et ne quisquam putet
non iustis immutationem istam promitti
sed potius iniustis et eam existimet
esse penalem, sequitur et dicit: Et mor-
tui resurgent incorrupti et nos

immutabimur. Utrumque ergo mali per-
sic ordinati sunt, quia unusquisque
sibi et omnes simul sibi nocent. Hoc enim ap-
petunt quod periculose diligitur, et quod
cito auferri potest facile. Et hoc sibi auferunt
invicem qui se persequuntur, et ipsi cruciantur
quibus auferuntur temporalia, quia diligunt
ea. Qui illi autem qui auferunt gaudent.
Sed talis leticia cecitas est et summa mi-
seria. Ipsa enim magis implicat animam
et ad maiora tormenta perducit. Quia li-
Nam gaudet piscis qui hamum non
videns escam devorat. Sed cum piscator
eum adducere ceperit viscera torquentur
primo deinde ab omni leticia sua per
ipsam escam de qua letatus est ad con-
sumptionem trahitur. Sic sunt omnes qui
de bonis temporalibus beatos se putant.
Hamum enim acceperunt et cum illo va-
gantur. Cum aviditate devoraverunt, et
in bonis nichil nocent, quia eis hec
auferunt quod non diligunt. Nam quod
diligunt et unde beati sunt auferre nemo
potest. Cruciatus vero corporum malas animas
miserabiliter affligit, bonas autem fortiter
purgat. Sic fit ut malus homo
et malus angelus divine prudentie
militent, sed nesciunt quid boni de illis
operetur deus. Non itaque pro meritis of-
ficii sed pro meritis malicie stipendiantur.
Sed ut hee anime que habent volun-
tatem nocendi et vim cogitandi sibi subdi-
tis legibus ordinate sunt ne aliquid
iniustum quisque patiatur. Ita omnia et
spiritualia et corporalia in genere suo et in
ordine suo divine prudentie subdita
legibus suis ministrantur ac ministrant.
Ideo dominus dicit: Nonne duo passeres
asse veneunt, et unus eorum non cadit in
terram sine voluntate patris vestri. Hoc
enim dixit volens ostendere quod quidquid
vilissimum homines putant omnipotentia
domini gubernari. Sic enim et volatilia
celi ab eo pasci et lilia agri ab eo vestiri
veritas loquitur que capillos etiam

nos iniquos esse dicit Sed qui uni-
das animas ronales p ipm deus
curat siue in occultis et in magnis an-
gelis siue in homib tota b volutate
servientibus Recta no p ipos gubnat vere
sine dici potuit etia illud ab aplo non
enim de vobis cura e deo In scripturis
eni sanctis deus homines docet quo cum
homib agant et ipi deo serviant Quos
aut agant cum peccorib ipi sunt i.
quos salute peccorum prox gubnet ipi
et pecca et ronc nali quia quod ornat
de magnis in creatoris opib attenperet
Quum go pt intellige que uniuse crea-
ture conditor deus gubnet eam per
animas scas que ministra eius sunt
in celis et in tris quia et ipe sancte
anime ab ipo fce sunt et in eius creatura
pmatum tenet Qui go pt intellige
intelligat et intret in gaudium dni
sui Si aut hoc no possum quamdiu
sum in corpe et peregrinam a domino
gustemus saltem qm suauis e dns
qui dedit nobis pignus spm in quo
sentiamus eius dulcedinem et desideremus
ipsum vite fonte ubi sobria ebrietate
inundemur et irrigemur sic lignum quod
plantatum e secus decursus aquarum
et dat fructum in tpe suo et folia eius
no decident Dicit enim spussanctus
Filij aut homin in tegmine alarum
tuarum sperabunt et inebriabuntur ab ubr-
tate domus tue et torrente voluntatis
tue potabis eos qm apud te e fons
vite Talis ebrietas no euertit mentem
(cecu) sed tn rapit sursum et obliuionem prestat
om terrenorum Sed si possumus toto affectu
dicamus dice Quemadmodum desiderat ceruus
ad fonte aquarum Ita desiderat anima
mea ad te deus Et si forte ad hunc
spt egritudines aie quas de seculi amore
concepit nec gustare sumus idonei
qd dulcis e dominus nec credamus diuine
puidentie qd valent ee in scripturis scis

de filio suo qui factus e ei ex semine
dauid secundum carnem sicut apostolus loquitur
Omnia enim p ipm facta sunt sicut in
euangelio scriptum est Et sine ipo
factum e nichil qui nre infirmitati
nuptus est Quem imbecillitatem
no eius opere sed nra voluntate
meruimus Nam deus homine inexter-
minabilem fecit et ei liberum voluntatis
arbitrium dedit Non enim esset optimus
si dei preceptis necessitate no voluntate
seruiret facile e omnibus quantum existimo
quod intelligere nolunt qui catho-
licam deseruerunt fidem et xpiani
vocari volunt Nam si nobiscum fa-
tentur naturam nostram sanari nisi recte
faciendo fateantur eam non infirmari
nisi peccando Et ideo no e credendum
aiam nram hoc esse quod deus
quia si hoc esset nec sua volunta-
nc te aliqua nec necessitate in deterius mutaretur
quia omnimode incommutabilis intelligitur
deus Sic aberis qui no in contentione
et emulatione et vane glorie cupiditate
amat loqui qd nescit sed humilitate
xpiana sentit de dno in bonitate
et in simplicitate cordis querunt eum
Hanc igitur imbecillitatem nram
suscipere dignatus e filius dei
et verbum caro factum e et habitabit
in nobis Non quia eternitas illa
mutata e sed quia mutabilis crea-
ture mutabilibus oculis hominum suo
qd in commutabili maiestate suscepit
Sunt aut stulti qui dicunt
Non poterat aliter sapia dei homines
liberare nisi susciperet hominem et na-
sceretur de femina et a peccatoribus omnia
illa pateretur Quibus dicimus poterat
omnino sed si aliter faceret similiter vre
stultitie displiceret Si enim no appareret
lucem oculis peccatorum lucem eius eternam
quod itaque per interiores oculos videtur
inquinatis mentibus videri no posset

de spu sco

Nos autem quia visibilibus nos commovere dignatus est ut ad invisibilia prepararet. Displicet avaris quia non aureum corpus habuit. Displicet impudicis quia ex femina natus est. Multum enim oderunt impudici quod concipiunt et pariunt femine. Displicet superbis quod contumelias patientissime pertulit. Displicet timidis quia mortuus est, et ut non videantur vicia sua defendere, non in homine dicunt sibi hoc displicere sed in filio dei. Non enim intelligunt quid sit eternitas dei, que hominem assumpsit, et quid ipsa humana creatura que mutationibus suis in pristinam infirmitatem revocabatur, ut disceremus docente ipso domino infirmitates quas peccando collegimus recte faciendo posse sanari. Ostendebatur enim nobis ad quam fragilitatem homo sua culpa pervenit et ex qua fragilitate divino auxilio liberetur. Itaque filius dei hominem assumpsit et in illo humana perpessus est. Hec medicina hominum tanta est quanta non potest cogitari. Nam que superbia sanari potest si humilitate filii dei non sanatur. Que avaricia sanari potest si paupertate filii dei non sanatur. Que iracundia sanari potest que caritate dei filii non sanatur. Erigat spem suam genus humanum et recognoscat naturam suam. Videat quantum locum habeat in operibus dei. Nolite vos ipsos contempnere viri: filius dei virum suscepit. Nolite vos ipsas contempnere femine: filius dei natus est ex femina. Nolite tamen amare carnalia, quia in filio dei nec masculus nec femina sumus. Nolite amare temporalia, quia si bene amarentur, amaret ea homo quem suscepit filius dei. Nolite timere contumelias et cruces et mortem, quia si nocerent homini, non ea pateretur homo quem suscepit filius dei.

Hec omnis exhortatio que iam ubique predicatur, ubique veneratur, que omnem obedientem animam sanat, non esset in rebus humanis, si non essent facta illa omnia que stultissimis displicent. Quem indignatur imitari viciosa iactantia, ut ad virtutem percipiendam possit adduci, si erubescit imitari eum de quo dictum est antequam nasceretur quod filius altissimi vocabitur, et per omnes iam gentes quod negare nemo potest filius altissimi vocatur. Si multum de nobis sentimus, audeamus imitari piscatores et publicanos qui eum imitati sunt. O medicina omnibus consulens, omnia tumentia comprimens, omnia tabescentia reficiens, omnia superflua resecans, omnia necessaria custodiens, omnia perdita reparans, omnia depravata corrigens. Quis iam se extollat contra filium dei. Quis desperet de se, pro quo tam humilis filius dei esse voluit. Quis beatam vitam esse arbitretur in hiis que contempnenda esse docuit filius dei. Quibus adversitatibus cedat qui naturam hominis tantis persecutionibus custoditam credit in filio dei. Quis sibi clausum regnum celorum putet qui cognoscit publicanos et meretrices imitatos esse filium dei. Qua perversitate non careat qui facta et dicta illius hominis intuetur et diligit et sectatur, in quo se nobis ad exemplum vite prebuit filius dei. Itaque iam et masculi et femine et omnis etas et omnis huius seculi dignitas ad spem vite eterne commutata est. Alii neglectis temporalibus bonis convolant ad divina. Alii cedunt eorum virtutibus qui hoc faciunt et laudant quod imitari non audent. Pauci autem adhuc murmurant et inani livore torquentur, aut qui sua querunt in ecclesia quamvis videantur catholici, aut ex ipso nomine Christi gloriam querunt ut heretici, aut peccata impietatis sue defendere cupientes Iudei, aut vane licentie perdere timentes pagani. Sed ecclesia catholica per totum orbem

De Agone xpiano

longe lateque diffusi impetus eorum
fortibus tribus frangerentur, magis ma-
gisque roborata est non resistendo sed perse-
verando. Nunc vero insidiosas ques-
tiones fides irridet, diligentia discutit,
intelligentia dissolvit. Ventilatores pa-
leae suae non curat, quia tempus
messis et tempus areae caute diligenter
distinguit. Ventilatores autem
firmamenti sui aut errantes corrigit
aut invidentes inter spinas et zizania
computat. Subiciamus ergo animam deo
si volumus servituti subicere corpus
nostrum et de dyabolo triumphare. Fides
est prima que subiugat animam deo,
deinde precepta vivendi, quibus custoditis
spes nostra firmatur, et nutritur caritas,
et lucere incipit quod antea tantummodo
credebatur. Cum enim cognitio et actio
beatum hominem faciant, sicut in cognitione
cavendus est error, sic in actione cavenda
est nequitia. Errat autem quisquis pu-
tat veritatem se cognoscere posse,
cum adhuc nequiter vivat. Nequitia
est autem mundum istum diligere, et ea
que nascuntur et transeunt pro magno
habere, et ea concupiscere, et pro hiis laborare
ut acquirantur, et letari cum habunda-
verint, et timere ne pereant, et contristari
cum pereunt. Talis vita non potest illam
puram et incommutabilem videre veritatem
et inherere illi, et in eternum iam non moveri.
Itaque prius quam mens nostra purgetur,
debemus credere quod intelligere nondum valemus,
quoniam verissime dictum est per prophetam: nisi
credideritis non intelligetis. Fides ergo etiam
brevissime traditur in ecclesia qua commen-
dantur eterna que intelligi a carnalibus
nondum possunt, et temporalia preterita et futura
que pro salute hominum gessit et gestura
est eternitas divine providentie. Credamus
ergo in patrem et filium et spiritum sanctum.
Hec eterna sunt et incommutabilia, id est unus
deus, una substantia, et trinitas eterna, deus
ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia.

fatasiis

Nec eos audiamus qui dicunt patrem
tantum esse, nec habere filium, nec esse tamen
spiritum sanctum, sed ipsum patrem aliquando appel-
lari filium, aliquando spiritum sanctum. Nesciunt
enim principium et ymaginem eius per quam
formantur omnia, et caritatem eius qua
ordinantur omnia. Nec eos audiamus
qui indignantur et fremunt, quando
non tres deos colendos dicimus. Ne-
sciunt enim quid sit una eademque substantia
et fantasmatibus suis illuduntur, quia
solent videre corpora vel animalia tria
vel quecumque corpora tria locis suis esse
separata. Sic putant intelligendam
substantiam dei, et multum errant quia superbi
sunt, et non possunt discere quia nolunt
credere. Nec eos audiamus qui patrem
solum verum deum et sempiternum esse contendunt,
filium autem non de patre genitum,
sed ab ipso factum de nichilo, et fuisse
tempus quando non erat. Sed tamen primum
locum tenere in omni creatura, et spiritum
sanctum minoris maiestatis esse quam filium,
et ipsum factum esse post filium, et has per-
sonas diversas esse substantias, tamquam aurum
et argentum et eramentum. Nesciunt
enim quid loquantur, et de hiis rebus
quas oculos carneos videre con-
sueverunt vanas ymagines ad
disputationes suas transferunt, quia
revera magnum est mente conspicere
generatorem qui non sit ex aliquo tempore,
sed eternus est, et ipsam caritatem et sanc-
titatem qua generator et generatus ineffa-
biliter sibi copulantur. Magnum et diffi-
cile est hoc mente conspicere etiam si pa-
cata et tranquilla sit. Non possunt ergo sic
ut illi hec intueri qui carnales genera-
tiones nimis intuentur, et adiciunt te-
nebras ad hunc fumum quem
de contentionibus et certaminibus cottidianis
excitate non cessant hinc inde animas
carnis affectibus diffluentes, tamquam
ligna humore saginata, in quibus
ignis fumum solum vomit et habere

flammas lucidas non potest. et hoc quidem
de omnibus hereticis rarissime dici potest.
Credentes in commutabilem trinitatem
credamus etiam dispensationem temporalem pro
salute generis humani. Nec eos audiamus
qui filium dei ihesum christum nil esse dicunt
quam hominem dicunt. sed ita iustum
ut dignus sit appellari filius dei.
Et hos enim catholica disciplina in-
sit foras / quia vane glorie cupiditate
decepti contentiose disputare voluerunt
antequam intelligerent, quid sit dei virtus
et dei sapientia et in principio verbum
per quod facta sunt omnia, et quomodo caro
verbum factum est / et habitavit in nobis.
Nec eos audiamus / qui non verum hominem
dicunt suscepisse filium dei / neque na-
tum esse de femina. sed falsam carnem
et imaginem simulatam corporis humani
ostendisse videntibus. Nesciunt quo
enim substantia dei administrans universam
creaturam inquinari omnino non possit.
Et tamen predicant istum visibilem
solem radios suos per omnes feces et
sordes corporum spargere et eos mundos
et sinceros ubique servare. Si ergo vi-
sibilia munda visibilibus immundis
contingi possunt et non inquinari, quanto
magis invisibilis et incommutabilis veritas
per spiritum animam et per animam corpus suscipiens
toto homine assumpto ab omnibus
eum infirmitatibus nulla sui contamina-
tione liberavit. Itaque magnas pa-
tiuntur angustias. et cum timent quod fieri
non potest, ne humana carne veritas inqui-
netur, veritatem dicunt esse mentitam.
Et cum ille preceperit dicens Sit in ore vestro
est est. Non non. Et apostolus clamat
non erat in illo est et non. Sed est in illo
erat. Isti totum corpus eius falsam
carnem fuisse contendunt. ut non sibi
videantur imitari christum, si non suis
auditoribus mentiantur. Nec eos
audiamus / qui trinitatem quidem unam
eternam substantiam confitentur / sed hominem ipsum
qui in temporali dispensatione susceptus

est audent dicere / non habuisse mentem hominis
sed solam animam et corpus / hoc est dicere
non fuit homo sed membra corporis habebat
humana. Anima enim et corpus habent /
et bestie / sed rationem non habent que mentis
est ipsa. Sed si execrandi sunt illi
qui eum negant humanum corpus habuisse
quod est optimum infimum in homine / miror
quod isti non erubescunt / qui hic etiam negant
habuisse quod est optimum in homine. Multum
enim lugenda est mens humana si
vincatur a suo corpore, si quidem in illo corpore
non reformata est in quo ipsum corpus
humanum iam dignitate forme celestis acce-
pit. Sed absit ut hoc credamus quod
confinxit temeraria cecitas et superba
loquacitas. Nec eos audiamus qui
sic dicunt ab illa eterna sapientia susceptum
esse hominem qui de virgine natus est
quomodo et alii homines ab ea sapientes
fiunt / qui perfecte sapientes sunt. Nesciunt
enim proprium hominis illius sacramentum
et putant hoc solum eum amplius
habuisse inter ceteros beatissimos, quod de virgine
natus est. Quod ipsum si bene considerent
fortassis credent ideo illum hoc pre ceteros
meruisse quod aliud etiam habet ipsa susceptio
proprium preter ceteros. Aliud est enim sapien-
tem tantum fieri per sapientiam dei, et aliud est
ipsam personam sustinere sapientie dei.
Quamvis enim eadem natura sit corporis ecclesie
multum tamen distare inter caput et membra
cetera quis non intelligat. Si enim ecclesie
caput est homo ille, cuius susceptione
verbum caro factum est, et habitavit in nobis
membra cetera sunt omnes sancti quibus
perficitur et completur ecclesia. Nunc ergo anima
totum corpus nostrum animat et vivificat,
sed in capite et videndo sentit et
audiendo et odorando et gustando
et tangendo. In ceteris autem membris
tangendo tantum, et ideo capiti cuncta subiecta
sunt ad operandum. Illud autem supra
collocatum est et consulendum / quia ipsius anime
que consulit corpori, quodammodo personam sustinet
caput. Ibi enim omnis sensus apparet

Sed unum in ipso populo sanctorum tamquam
unum corporis caput est mediator dei et
hominum homo christus iesus Et ideo sapientia
dei et verbum in principio per quod facta sunt
omnia non sic assumpsit illum hominem
ut ceteros sanctos sed multo excellen-
tius multoque sublimius quomodo ipsum
solum assumi oportuit in quo sapientia
hominibus appareret sicut eam visibiliter
decebat ostendi Quapropter alii sunt
sapientes ceteri homines quicumque sapientes
vel esse potuerunt et alius ille mediator
dei et hominum homo christus iesus qui
sapientie ipsius per quam sunt sapientes quicumque
homines non solum beneficium habet sed
etiam personam gerit Recte enim sapientibus
et spiritualibus animis recte dici potest quod habeant
in se verbum dei per quod facta sunt omnia
Sed in nullo eorum recte dici potest quod
verbum caro factum est et habitavit in nobis
quod in solo domino nostro iesu christo rectis-
sime dicitur Nec eos audiamus qui
solum corpus humanum susceptum esse
dicunt a verbo dei et sic audiunt quod
dictum est Verbum caro factum est ut negent
illum hominem vel animam vel aliquid
hominis habuisse nisi carnem solam
Errant enim nimium nec intelligunt
ideo carnem solam esse nominatam in eo quod
dictum est Verbum caro factum est quia oculis
hominum ipsa que facta est illa susceptio
caro sola potuit apparere Nam si absur-
dum est et valde indignum ut humana [illegible]
spiritum homo ille non haberet se [illegible]
[illegible] quanto magis absurdum
et indignum est ut nec spiritum nec animam
habuerit et hoc solum habuerit quod etiam
in pecoribus vilius est et extremum
id est corpus Auferatur ergo a fide etiam ista
impietas excludaturque totumque hominem
atque perfectum a verbo dei esse susceptum credamus
Nec eos audiamus qui tale corpus
dominum nostrum habuisse dicunt ut quale ap-
paruit in columba quam vidit Iohannes

baptista descendentem de celo et ma-
nentem super eum in signo spiritus sancti
Ita enim persuadere conantur filium dei
natum non esse de femina quia si car-
nalibus oculis oportebat eum ostendi po-
tuit inquiunt sic assumere corpus
quomodo spiritus sanctus Non enim et columba
illa de ovo nata est et tamen humanis
oculis potuit apparere Quibus illud
primo respondendum est quod ubi legimus
in specie columbe apparuisse Iohanni
spiritum sanctum ibi legimus etiam christum
natum esse de femina et non oportet
in parte credere evangelio et in parte
non credere Unde enim credis in
columbe specie demonstratum spiritum sanctum
esse nisi quia in evangelio legisti
Ergo et ego inde christum natum
esse de virgine quia in evangelio
legi Quare autem spiritus sanctus non
est natus de columba quemadmodum
christus de femina illa causa est quia
non columbas liberare venerat spiritus sanctus
Sed hominibus significare innocentiam
et amorem spiritualem quod in columbe
specie visibiliter significatum est Dominus
autem iesus christus qui venerat ad
homines liberandos in quibus et ma-
res et femine pertinent ad salutem
nec mares fastidivit quia marem
suscepit nec feminas quia de femina natus
est Huc accedit magnum sacramen-
tum ut quoniam per feminam nobis mors
vita per feminam nobis nasceretur ut de
utraque natura id est femina et mascu-
lina victus diabolus cruciaretur quoniam
de ambarum subversione letabatur cui
parum fuerat ad penam sed ambe nature
in nobis liberarentur nisi etiam per ambas
liberaremur Neque hoc ita dicimus ut
dominum iesum christum dicamus solum
verum corpus habuisse spiritum autem fallaciter
apparuisse oculis hominum sed ambo
illa corpora vera corpora credimus Sicut enim non
oportebat

Quare spiritus sanctus non est natus de columba

oportebat ut homines falleret filius dei
per se ipsum mentiretur. Sed omnipotenti deo
qui universam creaturam ex nichilo
fabricavit, non erat difficile verum corpus
columbe sine aliorum columborum ministerio
figurare. Sicut enim non fuit difficile
verum corpus in utero Marie sine virili semine
fabricare, cum etiam corporea et in visceribus
femine ad formandum hominem
et in ipso mundo ad formandam colum-
bam imperio domini voluntati quod servivit.
Sed stulti homines et miseri quod aut
ipsi facere non possunt, aut in vita sua
numquam viderunt, et ab omnipotente
deo fieri potuisse non credunt. Nec
eos audiamus qui postea nolunt
credere ut inter creaturas filium dei nu-
merent quia passus est mutabilis est
si mutabilis est creatura est, quia deus
sublimis non potest immutari. Cum quibus
etiam et nos dicimus, et deum sublimem
commutari non posse et creaturam non
esse mutabilem. Sed aliud est esse
creaturam, et aliud suscipere creaturam.
Filius ergo unigenitus dei qui est
virtus et sapientia dei et verbum per quod
facta sunt omnia, quia deus immutabilis
omnino non potest suscepit humanam crea-
turam, quam lapsam erigere atque innovatam
renovare dignatus est. Nec in eo
per passionem ipse in deterius commutatus
est, sed per eam potius per resurrectionem
in melius commutavit. Nec postea
verbum patris id est unicus dei filius per quod
facta sunt omnia negandum est natum
et passum esse pro nobis. Et martires
enim passos dicimus et mortuos pro
regno celorum. Nec tamen in ea pas-
sione et morte anime eorum occise sunt.
Dicit enim dominus: Nolite timere
eos qui occidunt corpus, animam
autem nichil nocere possunt seu facere. Er-
go martires passos et mortuos dicimus
in corporibus que portabant sine anime

interfectione vel morte, sic dei filium passum
et mortuum dicimus in homine quem
portabat, sine divinitatis aliqua commutatio-
ne vel morte. Nec eos audiamus qui ne-
gant tale corpus domini resurrexisse quale
positum est in monumento. Si enim tale non
fuisset, non ipse dixisset post resurrectionem di-
scipulis: Palpate et videte quia spiritus
ossa et nervos non habet sicut me videtis
habere. Sacrilegium est enim credere dominum nostrum
cum ipse sit veritas in aliquo fuisse men-
titum. Nec nos moveat quod clausis
hostiis subito eum apparuisse discipulis scriptum est
ut propterea negemus id fuisse
corpus humanum quia contra naturam huius
corporis videmus esse per clausa hostia intrare.
Omnia enim possibilia sunt deo. Nam
et ambulare supra aquas contra naturam
huius corporis esse manifestum est et tamen
non solum ipse dominus ante passionem
ambulavit, sed etiam Petrum ambulare
fecit. Ita est et post resurrectionem de corpore
suo fecit quod voluit. Si enim ante pas-
sionem potuit clarificare id sicut splen-
dore solis, quare non potuit et post
passionem ad quantam vellet subtilitatem
in temporis momento redigere, ut et per
clausa hostia posset intrare. Nec eos
audiamus qui negant ad dexteram
patris sedere filium. Dicunt enim: Numquid deus
pater habet latus dextrum aut sinistrum
sicut corpora. Nec nos hoc de deo pre-
sentimus. Nulla enim forma corporis
deus finitur atque concluditur. Sed dextera
patris beatitudo perpetua que sanctis datur
sicut sinistra eius recte dicitur miseria
perpetua que impiis datur, ut non in ipso
deo sed in creaturis hoc modo quod diximus
intelligatur dextera et sinistra. Quia et corpus
Christi quod est ecclesia in ipsa dextera hoc
in ipsa dextera id est in ipsa beatitudine
futura est. Sicut et apostolus dicit: Quia et
simul nos suscitavit et simul sedere
fecit in celestibus. Quamvis enim corpus
nostrum nondum ibi sit, tamen spes nostra

Quid intelligitur per dexteram
et quid per sinistram

De die iudicii

iam ibi est. Postea et ipse Dominus post
resurrectionem invenit discipulos quos et piscato-
res invenerat ut in dexteram partem mitte-
rent retia. Quod cum fecissent ceperunt
pisces qui omnes magni erant, id est iustos
significabat quibus promittitur dextera.
Hoc significat quod etiam in iudicio dixit
se agnos ad dexteram, edos autem ad sini-
stram esse positurum. Nec eos audiamus
qui negant diem iudicii futurum et
commemorant quod in evangelio scriptum est,
cum qui credit in Christum non iudicatur,
qui autem non credit in illum iam iudica-
tum esse. Sicut enim si et ille qui credit
quod iam iudicatus est. Ubi sunt qui
iudicaturus est in die iudicii. Non
intelligunt sic loqui scripturas ut prete-
ritum tempus pro futuro ponant, sicut
supra diximus quod apostolus dixit de
nobis, quod simul nos sedere fecit in cele-
stibus, non dum factum, sed quia certum
est futurum, ita dictum est quasi iam factum sit.
Sic et ipse Dominus discipulis dixit: Omnia
que audivi a patre meo nota feci vobis.
Et paulo post dicit: Multa habeo vobis
dicere, sed non potestis illa portare modo.
Quomodo ergo dixerat omnia que audivi
a patre meo nota feci vobis, nisi id quod
per spiritum sanctum certissime facturus erat quasi iam
fecisset locutus est. Ergo cum audimus
qui credit in Christum non veniet ad
iudicium, intelligamus quia non veniet
ad damnationem. Dicitur enim iudicium
pro damnatione, sicut dicit apostolus: Qui
non manducat manducantem non iudicet,
id est non de illo malo existimet. Et Dominus
dicit: Nolite iudicare ne iudicemini
de vobis. Non enim tollit nobis intelli-
gentiam iudicandi, cum et propheta dicat:
Si vere iustitiam diligitis, recte iudicate
filii hominum. Et ipse Dominus dicat: Nolite
iudicare personaliter, sed iustum iudicium
iudicate. Sed illo loco ubi vetat iu-
dicare, id admonet ne dampnemus
aliquem cuius vel cogitatio nobis incerta
est, vel nescimus qualis postea sit futurus.

Sic ergo cum dixit: Ad iudicium
non veniet, hoc dixit quia non ve-
niet ad damnationem. Qui autem non
credit iam iudicatus est, hoc dixit
quia iam damnatus est prescientia Dei qui
novit quid immineat non credentibus.
Nec eos audiamus qui dicunt
spiritum sanctum quem Dominus promisit in evangelio
discipulis, aut in Paulo apostolo venisse,
aut in Montano et Priscilla, sicut Ca-
thafriges dicunt, aut in nescio quo Ma-
nete vel Manicheo, sicut Manichei
dicunt. Nam tam ceci sunt isti, ut scripturas
manifestas non intelligant, aut tam
negligentes salutis sue ut omnino
non legant. Quis enim cum legerit
non intelligit, quod in evangelio post resurrectionem
Domini scriptum est dicente
Domino: Ego mitto promissa patris mei
in vobis. Vos autem sedete hic in
civitate quousque induamini virtute
ab alto. Et in actibus apostolorum postea
quam Dominus ab oculis discipulorum abces-
sit in celum, decem diebus peractis, die
pentecostes non attendunt apertissime
venisse spiritum sanctum, et cum centum illi
in civitate sicut eos monuerit
implevisse illos, itaque ut loquerentur
linguis. Nam diverse nationes que
tunc aderant unusquisque audiebant
linguam suam intelligebant. Sed isti
homines decipiunt eos qui negligen-
tes catholicam fidem et ignorantes fidem
suam, que in scripturis manifesta est, no-
lunt discere, et quod est gravius et multum
dolendum, cum in catholica negligenter
versentur, etiam hereticis aurem diligenter
accommodant. Nec eos audiamus
qui sanctissimam ecclesiam que una ca-
tholica est negant per orbem esse dif-
fusam, sed in sola Affrica, hoc est in
parte Donati, posse arbitrantur. Ita
surdi sunt adversus prophetam dicentem:
Filius meus es tu, ego hodie genui
te. Postula a me et dabo tibi gentes
hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre.
Et alia multa sive in veteris sive novi
testamenti libris que scripta sunt

De ecclesia katholica

ut aptissime declararent ecclesiam Christi
per orbem terre esse diffusam. Quod cum
eis obicimus, dicunt iam omnia ista
fuisse completa, antequam esset pars Donati.
Sed postea totam ecclesiam perisse et
in sola Donati parte eius reliquias
remansisse contendunt. O linguam
superbam et nephariam, nec sic vere
dicentem, ut vel inter se pacem possint
custodire. Hunc autem non attendunt
iam in ipso Donato completum fuisse
quod dictum est: In qua mensura
mensi fueritis in ea remecietur vobis.
Hic enim Christum dividere conatus est
sicut ipse a sua cottidiana concisione
dividitur. Ad hoc pertinet etiam illud
quod dominus dicit: Qui enim gladio percus-
sit, gladio morietur. Gladius enim
illo loco pro nimio in malo positus est
discordiam seminans linguam significat
quia tunc ille infelix quidem percussit
sed non occidit. Non autem dixit dominus
qui occidit gladio, gladio morietur.
Sed qui gladio usus fuerit nisi gladio
morietur. Ergo ille qui percussit etiam
lingua litigiosa quia inter ipse con-
ditum, ut omnes disperdat et moriatur
et tamen id timuit apostolus Petrus non superbia
sua sed quoniam carnali amore domini
fecerat, utique innocuus recedit gladius.
Iste autem nec victus hoc fecit. Siquidem
tamen Christo Ceciliano cum tamen diceret
a iudicibus episcopis Rome quos ipse
petiverat, nichil eorum que intendebat
potuit probare, et sic remansit in
scismate ut suo gladio moreretur. Similiter
autem ipsius qui non audit prophetas et
evangelium in quibus aptissime scriptum
est, ecclesiam per omnes gentes esse
diffusam, et audit scismaticos non
dei gloriam querentes sed suam, satis ostendit
servum se esse non liberum, et aurem dex-
teram se habere precisam. Petrus enim er-
rans in amore domini servo non
libero aurem dextram precidit. Ergo
significat eos qui gladio scismatis feriuntur

et servos esse carnalium deceptorum non
eductos in libertatem spiritus sancti ut iam
non confidant in homine, et non audire
quod dextera est, id est domini gloriam per catholicam
ecclesiam latissime propagatam et audire
sinistrum humane inflationis errorem.
Sed tamen cum dominus in evangelio dicat
Cum per omnes gentes evangelium fuerit
predicatum tunc finem esse venturum
futurum. Quomodo isti dicunt quod iam cetere
omnes gentes ceciderunt a fide, et in
sola Donati parte remansit ecclesia, cum
manifestum sit, ex quo ista pars ab unitate
precisa est, iam multas gentes postea cre-
didisse et adhuc esse aliquas que non-
dum crediderint, quibus cottidie non ces-
satur evangelium predicari. Quis non
miretur esse aliquem qui se christianum dici
velit et adversus Christi gloriam tanta im-
pietate armatur, ut audeat dicere
Omnes populos gentium qui modo adhuc
accedunt ecclesie dei, et in dei filium
festinanter credunt inaniter facere
quia non eos aliquis Donatista bap-
tizat. Sine dubio ista execrarentur
homines et eos pre dilatione relinque-
rent si Christum quererent, si ecclesiam dili-
gerent, si liberi essent, si aurem dexteram
integram retinerent. Nec eos aliquando
qui quamvis neminem rebaptizarent, pre-
cederent se tamen ab unitate et luciferiani
magis dici quam catholici maluerunt.
Hii eos enim quod intelligunt baptisma
Christi non esse repetendum recte faciunt, se-
cunt enim sacramentum sancti lavacri
unicum esse nisi extra catholicam ecclesiam sic
eam formam sanctam habere sacramenti
precisam quam in ipsa vite antequam precidentur
acceperant. Hii sunt enim de quibus
apostolus dicit: habentes speciem pietatis
virtutem autem abnegantes. Est enim virtus
pietatis pax et unitas, quia unus
est deus. Hanc illi non habent, quia preci-
sunt ab unitate. Itaque si quis ab ip-
sis catholicam venerit, non accipit speciem
pietatis quam habuit, sed accipit virtutem.

pietatis, qui non sunt una et cum pietate castigatos ca-
nos demus posse inseri si non permanserint in crudelitate asperrime caritatis docet. Quod cum Luciferiani intelligunt et non rebaptizant, non improbamus; sed quod etiam ipsi precidi ab ea voluerunt, quis non detestandos esse cognoscat? Et ideo maxime quia eis hoc displicuit in ecclesia catholica, quod maxime catholice pietatis est. Numquam enim tam ingerere debet viscera matris quam in catholica ecclesia, ut tamquam vera mater nec peccantibus filiis superbe insultet, nec correctis difficile ignoscat. Non enim sine causa inter omnes apostolos huius ecclesie catholice personam sustinet Petrus. Huic enim ecclesie claves regni celorum date sunt, cum Petro date sunt. Et cum ei dicitur: Amas me? pasce oves meas, debet ergo ecclesia catholica correctis et pietate firmatis filiis libenter ignoscere, cum ipsi Petro personam ipsius gestanti, et cum in mari titubasset, et cum Dominum carnali affectione a passione revocasset, et cum aurem servi gladio precidisset, et cum Dominum ipsum ter negasset, et cum in simulatione cecidisset, videamus veniam esse concessam, eumque correctum atque firmatum usque ad dominice passionis gloriam pervenisse. Itaque post persecutiones que Arrianos hereticos fecit, et postea quam pax quam gaudet catholica in Domino tenet etiam apud temporibus istis reddita est, et qui presidio Arrianorum in illa persecutione constiterant, multi correcti in catholica delegerunt dampnare se quod crediderant sive quod se credidisse simulaverant. Hos ecclesia catholica materno recepit sinu, tamquam Petrum post fletum negationis per galli cantum admonitum, aut tamquam eundem post pravam simulationem Pauli voce correctum. Habent illi nimis caritatis superbe accipientes et impie reprehendentes, quod Petro post galli cantum surgenti non gratulati sunt cum Luciferianis, qui mane oriebatur, cadere meruerunt. Nec eos audiamus qui negant ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere. Itaque miseri dum in Petro petram non intelligunt et nolunt credere datas ecclesie claves regni celorum, ipsi eas de manibus amiserunt. Isti sunt qui viduas si nupserint tamquam adulteras dampnant, et super apostolicam doctrinam se predicant esse mundiores, qui nomen suum si vellent agnoscere, mundanos se potius quam mundos vocarent. Nolentes enim si peccaverint corrigi, nichil aliud elegerunt nisi cum hoc mundo dampnari. Nam quibus veniam peccatorum negant, non eos aliqua sanitate custodiunt, sed egris subtrahunt medicinam, et viduas uri cogunt quas nubere non permittunt. Non enim prudentiores habendi sunt quam Paulus apostolus.

Nec eos audiamus qui carnis resurrectionem futuram negant, et commemorant quod ait apostolus: Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt, non intelligentes quod ipse dicit apostolus: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. Cum enim hoc factum fuerit, iam non erit caro et sanguis sed celeste corpus. Quod et Dominus promittit cum dicit: Neque nubent neque uxores ducent, sed erunt equales angelis Dei. Non enim iam hominibus sed Deo vivent, cum equales angelis facti fuerint. Immutabit ergo carnem et sanguinem et faciet corpus celeste et angelicum. Et mortui enim resurgent incorrupti et nos immutabimur, ut et illud verum sit quod resurget caro, et illud verum sit quod caro et sanguis regnum Dei non possidebunt. Ista fide simplici et sinceritate lactati nutriamur in Christo, et cum parvuli sumus, maiorum cibos non appetamus, sed nutrimentis saluberrimis crescamus in Christo accedentibus bonis moribus et iustitia

iustitia in qua est caritas dei et
proximi perfecta et firmata, ut unusquisque
quisque nostrum de diabolo inimico et
angelis eius triumphet in semet
ipso in Christo qui uicit, quia per-
fecta caritas, nec cupiditate est
seculi, nec timore seculi, nec cupi-
ditate ut acquirat res temporales
nec timore ne amittat res temporales
per quas duas ianuas intrat et
regnat inimicus qui primo timore
dei deinde caritate pellendus est. Debemus
itaque tanto ardentius appetere aptis-
sima et euidentissima cognitionem
ueritatis, quanto nos uidemus iam con-
proficere et in eius simplicitate tran-
quille mundatum, quia in ipso interiore
oculo uidetur ueritas. Beati enim mundo
corde inquit quia ipsi deum uidebunt,
ut in caritate radicati et fundati
praualeamus comprehendere cum omnibus
sanctis, que sit latitudo et longitudo
et altitudo et profundum. Scire etiam
supereminentem scientiam caritatis Christi
ut impleamur in omnem plenitu-
dinem dei, et post ista cum incorruptibili
hoste certamina, qui uolentibus
et amantibus iugum Christi le-
ue est, et sarcina eius leuis, co-
ronam uictorie mereamur. Qui ui-
uit et regnat in secula seculorum.
Amen.

Explicit liber sancti Au-
gustini de agone christiano

Tractatus beati Ieronimi

Incipit exhortacio beati Ieronimi 12
Cum in gloriosissimum adletham Christi
beatissimum Ieronimum eximium doc-
torem extrema hora egrediendi de
corpore urgeret, iam completis nonagin-
ta et sex annis, febre estuans ualida
nos eciam se uoluit esse in unum filios,
quos sicut nouellas plantaciones stabili-
uit amicitie sua quorum uultus luctu
grauatos intuens ut prius et merore
paulisper motus fletibus infremuit
~~dicens et~~ spiritu et lacrimas in me
aliquantulum eleuans oculos plana uoce
inquit. O filii superbi, cur istas inuti-
les funditis lacrimas. Nonne uanum est
super defunctum perfundere lacrimas, quas
~~exitens~~ uiues non cecidit huius corporis
dissolucionem. Deus semel locutus est deus
et audisti audeas contradicere et nosti nullum
sine posse resistere uoluntati. Iam fili
ergo non secundum carnem ambulantes de-
mie flere. Certamen milicie arma
carnalia non sunt. Deinde uoltu
hylari et iocundo alacri uoce ceteros
alloquens filios exclamauit. Cesset
meror, luctus abeat, sit omnium una
uox gaudencium, quia erit tempus acceptabile
~~hec dies~~ Ecce dies iubilacionis et leti-
cie pre omnibus diebus uite mee, in quo
fidelis deus in uerbis suis et sanctus in omnibus
operibus suis, aperit ianuam sanctam ut meum
exaltet animam. De carcere mortis huius
obuertus ~~mortis~~ mei genitoris adde
renotet ad supernam patriam recuperata
per filii sanguinem precioso. Nolite filii
dilectissimi quos semper habui in uisce-
ribus caritatis impedire gaudium meum
ne perhibeatis reddere terre quod suum est.
Corpus meum statim exuite, uite terre ex
sectum est ut redeat unde uenit. Et
finitis uerbis omnes fratres lacrimis made-
facti denudantes sanctissimum corpus
eius squalidum et deforme abstinentiis
quod quidem terribile uisui cernebatur.

· Vanum est flere super defunctum

Nam tanta erat affectus macie, ut ossa
eius potuissent per articulos numerari, sic
vimibus tenuatum ut leprosi potius
tor9 videtur, unde homines pertimuit
tradetur, et ipsi patri similiter nimium
iocunditatis solacii cooperunt. At ubi vi-
dent ipsum tanta asperitate in nimium iocunditatis
convertis est ad fratres pro dolore et angustia
lacrimarum fontibus inundantes inquit
Hortatur ad pacem. Pax

Hortor vos karissimi mei et dilectissimi
filii quos genui et cupio in visceribus
Christi perdilectos et caritate qua dilexi
vos ut paciencie pacem mite habeatis
decet enim vos tamquam dei ministros de-
vestitos et amicos ad spiritualia anhelare
et prestare aliis ad exemplum, vos qui spirituales
estis, cur istas tot infructuosas
funditis lacrimas, peccatori vobis semper
recordatio inducat lacrimas. Tanto prompti
estote ad lacrimas quanto finistis ad culpas.
Si quis peccato moritur flete. Nam si impius
cum prima amorte surgit angeli gaudent
in celis. Certe si homines in peccato moriuntur
angeli dolent. Me vero non tamquam mori-
entem lugeatis, sed me tamquam por-
tum salutis attingentem gaudeatis. Sed
imbecillius inspice huius vite qua tot
continuant dolorum et passionum agmina,
ut nulla pena hora sit in qua unusquisque
quantumcumque homo a dolore cruciat. Si omnes
undique angustiatur timore, ne quos
possidet amittat. Si pauper inquirit,
quiescit ut inveniat. Si bonus homo
quali timet periculum, homo ne vanus
morbus corporis in huius mundi pelago
naufragetur, non mediocre pertimescit. Ideo
nullus sexus vel etas vel condicio
dolorum turpe expers quousque manet
in hac miseria vite. Si quid in nunc
sentis merum impedicet iter dolete.
Heu quot naufragium per hoc mare ma-
gnum et spaciosum in quo sunt tot diversa
genera iniquorum, sed singuli virum quantitates
tolluntantia post multas naufragandi

felicitate, multas victorias iam ar-
dentes fine tempore portatum, iam
quasi aliqua suggestione in hac
hora in laqueum producimus per
indispositione prevenerit. Heu quot
hic vita recommendat, et fama in
quibus peccati consensu dira mors
immittet et ruina. Ideo dum vivit
timeatis fratres, principium sapientie timor
domini, vita nostra militia super terram.
Qui hic vivit conabitur dum hac
pelle tegimur nulla nobis inest
certa victoria. Si vir primus timuisset
nunquam cecidisset. Principium omnium
malorum sui presumptio. Qui non timet
deesse presumit. Quoniam inter latrones quis
omnis carus securus graditur.
Salvator quid nos aliud docet nisi
timere, vigilate inquid quia nescitis horam
qua fur veniet. Nam si sciret
pater familias qua hora fur veniret
vigilaret utique et non sineret perfodi
domum suam. Sic inquit ille claviger
petrus. Sobrii inquit estote fratres et vi-
gilate quia adversarius vester diabolus
tamquam leo rugiens circuit querens
quem devoret. Nemo inter serpentes
securus habitat. Quanto sanctior
et sapientior plus timeat. Nam qui
altior est cadens maiorem casum recipit
certa quali electa est, de malis non
curat que sunt sunt. Cecidit ille sapiens
Salomon. Cecidit et eius genitor
david electus secundum cor domini. Time-
atis fratres iterum rogo, undique timeatis.
Beatus est vir timens dominum. Et cuius
si conspectat ad modum eum castum non ti-
mebit cor eius. Si exinanierit in ex-
plum in hoc probabit, perfecta dilectio
fforas mittit carnis timorem. Timo-
rem carnis non habet caritas, et timor
dei verum est sunt. Confidens enim
hec propheta clamans dicebat Confige
timore tuo carnes meas. Quis ex vobis
est cupiens videre dies bonos. Accedet
hunc et illuminamini et delectabitur in bonis
anima eius facies eius non confundentur.

· Presumptio principium mali est ·

· Sanctior plus debet timere ·

Qui timet deum faciet bona et demorabitur in bonis anima eius, et semen eius hereditate possidebit terram. Quia firmamentum est deus timentibus eum, et testamentum ipsius ut manifestetur eis. Si quid boni facitis, cum magna cautela timeatis. Multi bona faciunt quorum fructum surripit humane laudis appetitus. Decem fuerunt virgines, et tamen medie, acceli heu quot hodie sunt sacerdotes caput te(?) renati qui christianos fingunt nomine, quibus foret melius non fuisse. Est enim gehennalis pena paganorum infinite minor quam malorum christianorum, utinam non foret tamen maior pars. Nemis undique sana verito subiungitur forcius(?). Et errauit homines in hac lata sollicitudine, alii colla iugo auaricie submittentes. Alii luxurie feditati ut turpissime pios deputati. Alii circa inutilia despicienda occupati. Unde abiectis bonis operi cooperantes ut inmenta insipiencia et vmani similes erunt illis qui viam tenuitatis noue vitam non venerunt in regnum celorum, reprobus nullus ingredietur. Templo arta est via eius quo quia predicatur tenditur quamuis larga sit vere timentibus. Amicta(?) Centurioni promittit christus pro eo cum attendere presumeret regulo tamen ipso ire christus denegat, vere non omnis hodie obedunt euangelio. Veniet et amplius tempus in quo sanam doctrinam non sustinebunt, homines plures predicant, sed non omnes vitare predicant simpliciter corda in peccatis alligant. allegant onera grauia in petitis minimis, in grauibus oculo transeunt commaculite(?) etc. De falso doctore capitulum sequitur.

15 Est enim falsus doctor gladius anceps. hinc scindit ope et ex alio hinc peruitit et inficit verbis dolosis et iniquitis. Que vero ignis frigiditate domat, aqua caliditatem, lapis quo sursum graditur. Luxuriosus vir quomodo predicabit castitatem, et si predicat que utilitas in audientibus eueniet. Quo(?) vir dite audiens, nisi quare predicamus quod ope denegas. Bene loquens ore, et male viuens opere semetipsum dampnat, plus enim talis tacens predicat, quam loquens. Ecce quantum sit deo acceptabilis talis predicatio ostenditur per psalmistam. Peccatori dixit deus: quare tu enarras iusticias meas, et assumis testamentum meum per os tuum. Tu vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos post te. Multi legunt grauia, discunt ardua subtilia disputant, ornate locuntur ut applausum honores capiant, ingerunt in plebibus nomina et nil faciunt. Si experto creditur michi credite, plus monet corda hominum vite sanctitas, quam ornatu colloquium effecte(?) et pauca predicate. Tepit(?) plus facere et pauca docere valet facere sine predicare, sed non predicare sine facere. Non dixit deus qui predicaverunt voluntatem patris mei, sed qui fecit. Non vituperes predicatores, nisi non facientes ea que predicant. Subtilium verborum doctor tamen et non operum, est quedam leuis inflacio animi et vitalis fumus cito sine fructu pertransiens. Intelligite sive intelligite que dico. Multo plus meretur qui facit et predicat, quam qui facit et tacet. Si solum bonum facio michi soli proficio ipsi, et si predicas facio michi et aliis presum. Et qui ad iusticiam erudiunt multos erunt sicud stelle in perpetuas eternitates. Sunt enim sancti predicatores lux ad illuminandum quia per eorum doctrinam corda calligantia et tecta in verbe peti, per ipso vero lumine qui lux in tenebris illuditur. Sunt sal eciam ad condiendum, verbum dei quod cibus

No. quod magis valet predicare per bona vita quam per verba ornata

Doctor subtilium verborum et non operum quid est.

Qui scit et solum facit. et alios non docet. tenetur racionem deo reddere.

est cune / opibus bonus tuchis scienti iniungit
predicationis officium / dum non faciat / ymmo
ut plus dicam Qui scit et solum facit
et alios non docet, tenebitur domino reddere
racionem Tunc enim iuxta apostolum Iohannem
Qui odit fratrem suum homicida est Et
qui habuit substanciam mundi et viderit
fratrem suum necessitatem patientem et clauserit
viscera ab eo quomodo manet in eo caritas dei
Quanto magis qui odit et vidit fratrem
suum errantem et mortalibus criminibus oppressum
et non ministrauit ei verbum doctrine ille
qui doctus est homicida et sine caritate
est Timeatis o doctores et rectores quibus
iniungit deus predicationis officium / si non
populo suo verbum dominicum ministretis Et
Quot enim vel vestro exemplo vel vestra
negligentia in peccatis moriuntur, tot de manibus
vestris requiret dominus. Quanto enim hic estis
estis altiores gradu, tanto maioribus
cruciabimini cruciatibus Non estis domini
sed pastores. Vnus dominus est et vnus pa
stor principalis / qui cognoscit oues suas
et eripiet eas de manibus vestris Heu
quot sunt hodie in ecclesia non pastores
sed mercenarii / ad quos nil pertinet de ouibus
ihesu christi Quid vero ut et verius dicam et
quamplures sunt lupi rapaces, qui et oues
rapiunt et dispergunt Ceterum vel peius
vel abhominabilius quam est quod qui custo-
dire debet dissipat Heu quod hodie in
aliquibus ecclesie non pastoribus sed de
structoribus quorum non est pars minor facta
est Curas et labores hominum terrigenarum
inferius insatiabilis degluciunt / et non
solum eos aperte non emendant / sed et
quamplures et per negligentiam vel suis pes-
simis ministris vel suis neptibus auditores op-
pressos eos constituunt ad iudicia Ita quibus
dicam heu hos si impunitos deus reliquerit
deus amplius non esse Et ideo ut supra
dictum est filii carissimi dum viuitis
seruite domino in timore et exultate
ei cum tremore Apprehendite disciplinam
nam ne quando pereatis de via iusta Gustate

filii ~~mei~~ carissimi iterum dico gustate
et videte quoniam suauis est dominus Di-
uites eguerunt et esurierunt et do-
minentes hic in deliciis diuiciis et
voluptatibus suis. nil inuenerunt
in manibus suis Inquirentes autem
dominum non deficient omni bono Iunior
fui et senui et nunquam vidi iustum
in fine derelictum, nec semen eius egens
pane

Hic hortatur ad paupertatem sectandam

Imitatores dei paupertatis estote et
sequamini vestigia eius Qui ~~cum~~ cum
in forma dei esset portans omnia
verbo virtutis sue, In tunc domino pro
diuicie et gloria. semetipsum exinaniuit
formam serui accipiens. et pauper
inops natus est, pauper et plus quam
inops fuit quamdiu vixit, Pauperrimus
mortuus est et sepultus Vnde vul
pes inquit foueas habent et volucres celi
nidos. filius autem hominis non habet vbi
caput suum reclinet Apostolis etiam
in hoc non portare sacculum neque peram
Et illius iuuenem compulit vendere
que habebat et pauperibus erogare Si
christum deum credidistis cuius non falli
posse credite Alioquin non esset deus
et ipsum sequimini Impius est diuitiis
affluit et christum sequi natura denegat
ut contra ministrant non possumus deo
seruire et mamone, aut ego fallor
ut ipsi in fine decipiantur, qui miseri
non credunt cum diuitie sue peruenerint
in egestatem, diues hic epulabatur cot-
tidie indutus purpura et bysso / sed
mortuus quia moysi et prophetis noluit
credere in tormentis positus sensit Nemo
militans deo implicet se negociis se-
cularibus Non saluabitur rex per multam
virtutem nec diuitiis Est enim equus fal
lax diuiciarum ad salutem Nonne diui-
tiis coniuncta est superbia et vbi superbia
est ibi penis Nonne oriuntur mala
ex superbia, tamquam ex omnia radice Cum
enim diues factus est homo / et cum

multiplicata sunt gl[ori]a d[omi]ni[us] eius
nomine superbit, et cum superbiet, inde
polluntur vie eius in omni tempore
Et tunc sedens in insidiis cu[m] diuitibus
in occultis cogitat ut interficiat inno-
centem Oculi eius in pauperem respi-
ciunt, ut insidiatur in occulto, ut rapi-
at eum tamquam leo in cubili suo
dicens in corde suo oblitus est deus
auertit faciem suam ne videat usque in
finem Est enim aliquis dives dormiens
quasi crapulatus a vino Cum enim
plus moratur deus pacia admisericordia
iudicia plus inebriatur vino. et ideo
plus tetriplum est timendus Cum
enim longanimiter tollerat mala, quanto
tantum festinante punit, permittit enim
deus aliquando tempore cruciare et pati
bonos ab iniquis et superbis ut
supra dorsum bonorum fabricent
peccatores et prolongent iniquitatem
sibi, et ideo quantumcumque aliquantulum ob
liuiscatur deus pauperem, tamen non in
fine obliuiscetur miseri Sed cui
pupillo ipse adiutor est, tibi derelictus
est pauper, et superbia respicit deus
humiles, quoniam dat Conteret bra-
chium peccatoris, et maligni exaudies
desiderium pauperis iudicareque pupil-
lo et humili, ut non apponat ultra
superbus magnificare se super terram propter
timorem etc. Hic hortatur ad hu-
militatem.

18 O na propter dilectissimi filii in-
s pauperes estis subpotenti manu
dei humiliamini, ut non amittatis quod
accepistis quod facitis, nisi paupertas glo-
ria est deo sine humilitate Maluit
deus de beata virgine incarnari,
propter humilitatem quam alia quamcumque
virtutem Sicut enim ex sola superbie
radice generantur mala Ita ex ra-
dice humilitatis generantur ~~mala~~ bona
Discite a salvatore qui a mitis est
et humilis corde, humiliamini semet

ipsum pro nobis factus obediens
usque ad mortem, propter quod dico vobis
et. si humiles et ~~velitis~~ mitis esto-
te etiam obedientes omni humane
creature propter deum Considerate
filii carissimi quo censeamini voca-
bulo Monachus .i. unus Non
decet monachum habere nolle et velle
nisi non per eundo Sit enim vobis
nolle et velle hoc unum omnibus
bonis in rebus licitis obedire, ut
multa sunt vobis precepta ut faciatis
Non est obediens sed negligens
qui secundum expectat mandatum
Ad unius enim missionis vocem
petrus et andreas relictis retibus
et omnibus que habebant, domini secuti
sunt vestigia Hec propter vera optat
obedientia, nunquam suo obtemperat vo-
luntati sed aliene Istud ~~natus~~ nempe
in ultima cena exemplum christus
reliquit cum more fabluens pedes
discipulorum quod nisi obediens fieret
non haberet partem secum Ideo dilectis-
simi filii sicud vobis unum est nomen
monachi .i. ita unum sit ~~unum~~ nolle
et velle Bonum est enim et iocundum
habitare fratres in unum etc.

Nec sit in vobis maior et minor
sed qui prelatus est sit sicut minister
ne vero regnum gentium instar cui
a.... est in vobis ductum ceteris
fratribus ut ab eis gaudeat super-
vacuis laudibus attolli Sed ad ex-
emplum regis ihesu christi maior
humilitate efficiatur, quam minor quod habet
Regendo preest Sit vere maior per
humilitatem, socius minori cum bene
agit Sed cum delinquit sit erectus
cum contra vicium per zelum iusticie
Nullum umquam cum viciis federis
Sic diligatur homo ut eius vicium
odiatur Magnum diligamus signum
est homine, in quibuscumque minus

Non est gloriosa paupertas sine humilitate

Non obedit, sed negligit qui secundum expectat mandatum

diligatur homo non vicium

reprehende. Sepe multum nocet va
na humilitas, vnde vana humilitas est
vicia tacendo permitte. Clama ne
cesses quasi tuba exal
ta vocem tuam, annuncia populo meo
scelera eorum. Omnia contra vicia omnis
clamaret creatura. Terra propter peccatorem
deum non timet, tamen homines tene
retur. Unde apostolus nos docet dicens
Irascimini et nolite peccare. Sol non
